MAGNUM OECUMENICUM CONSTANTIENSE CONCILIUM DE UNIVERSALI...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
S
14 — M
22

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TOMUS II.

RERUM CONCILII OECUMENICI CONSTANTIENSIS.

Digitized by Google

TOMUS II.

RERUM

CONCILII OECU-

MENICI

CONSTANTIENSIS

Digitized by Google

TOMUS II

RERUM
CONCILII OECUMENICI CONSTANTIENSIS, DE
PACE AC UNIONE ECCLESIÆ.

Quæ res antiquæ
immensis laboribus & expensis
CÆSARIS SIGISMUNDI
ante hæc tria fere secula confectæ
Sub
AUGUSTISSIMI
CÆSARIS LEOPOLDI
IMPERIO RESUSCITATÆ
FELICISSIMIS AUSPICIIS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
D N. RUDOLPHI AUGUSTI
BRUNSVIC. AC LUNÆBURG.
DUCIS &c.
Ad Cæsareæ Majestatis gloriam
& Ecclesiasticæ historiæ lucem
Ex antiquissimis & authenticis Codicibus MSCtis
CÆSAREIS, ELECTORALIBUS, DUCALIBUS, ACADEMICIS
aliisq; pluribus
erute ac recensita
Cura & labore
HERMANNI von der Hardt.

(*)

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ
IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII
Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1697.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO

AC

POTENTISSIMO

ROMANORUM

ET

HUNGARIÆ

REGI

JOSEPHO

MAJESTATIS

VIRTUTIS

GLORIÆ

POTENTIÆ

ET CLEMENTIÆ

AVITÆ

HÆREDI

Digitized by Google

CONSTANTIENSEM
HANC
PACEM ET UNIONEM
ECCLESIASTICAM
IN CONCILIO OECUMENICO
SUB COELO GERMANICO
CONSTANTIÆ AD RHENUM
IMPERIALI AUSTRIACA
URBE
GLORIOSISSIMI CÆSARIS
SIGISMUNDI
ADMIRABILI SAPIENTIA
ET
HERCULEO LABORE
TRIVM PONTIFICVM
DISSIDENTIVM
BELLIS
SOPITIS ET EXTINCTIS
FELICISSIME
OLIM
PARTAM

Digitized by Google

EX
ANTIQVISSIMORUM
ET
AUTHENTICORUM
CODICUM MANUSCRIPTORUM
LATEBRIS
SERA HAC ÆTATE
TRIBUS FERME SECULIS ELAPSIS
ILLO ANNO
QUO
IMPERIUM ROMANO GERMANICUM
POST MULTA PRÆLIA
NOVA UTINAM CONSTANTI PACE BEATUM
AD
CÆSAREÆ MAJESTATIS
GLORIAM
GERMANIÆ DECUS
ET URBIS CONSTANTIÆ SPLENDOREM
SERENISSIMI BRUNSVICENSIUM
DUCIS
RUDOLPHI AUGUSTI
OPERIS HUJUS CONDITORIS
CELSISSIMI
SAPIENTI CONSILIO
RESUSCITATAM

Digitized by Google

INPRIMIS
EX
AUGUSTISSIMÆ
BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ
VINDOBONENSIS
INÆSTIMABILI
THESAVRO LITERARIO
REDINTEGRATAM
UNA CUM RELIQVIS
CONSTANTIENSIS CONCILII
MEMORABILIBVS
TRACTATIBVS
ET DECRETIS
TOMIS IV SEQVENTIBVS
HOC OPERE
COMPREHENSIS
SERENISSIMI DUCIS
CLEMENTISSIMO NUTU

HUMILLIME
DEVOTISSIMEQVE
CONSECRAT
HERMANNUS von der Hardt.

Digitized by Google

Pacem amanti ac poſcenti *Lectori Chriſtiano*

S. P.

Pacis ac unionis Eccleſiaſticæ negotium, in Conſtantienſi olim Concilio univerſali tractatum & concluſum, præſenti rerum antiquarum compage eſt comprehenſum.

Suaviſſima omnino *geminæ Pacis Conſtantienſis* eſt recordatio. Quarum una à FRIDERICO I. CÆSARE A. 1183. condita, altera hæc à SIGISMUNDO CÆSARE circa Annum 1416. ſancita. Cæterum *civilis* illa *Conſtantienſis pax*, hæc *Eccleſiaſtica*. Illi, ab aliis jam proditæ, *integregius* ſuppetit nobis *MSCtum perantiquum*. Hujus monumenta hoc opere ſumus complexi. Neque verò poſterior hæc *Pax Conſtantienſis Sigismundea* vel gloria vel ſplendore cedit *priori Fridericianæ*. Ut gemina Pace inclyta ſit *Conſtantia*, à gemino Cæſare, *Friderico* & *Sigismundo*, glorioſiſſime parta. Quorum uterque non ſine dulciſſimo omine, æterno *Pacis & Victoriæ* nomine & charactere coruſcat. Neque ullo unquam tempore ſuavior atque amœnior futura hæc *Conſtantienſis Pacis memoria*, quam hodie quando SERENISSIMI BRUNSVICENSIUM DUCIS RUDOLPHI AUGUSTI gratiâ & Principali curâ iſto *reſuſcitata*, eſt anno, quo deſideratiſſimæ *pacis Leopoldinæ*, inter Auguſtiſſimum Cæſarem Leopoldum ac Gallorum Regem Ludovicum concluſæ, molliſſima aura omnium Germanorum pectora perſpiravit ac blandiſſime affecit. Neque plus in votis habemus, quàm ut poſt Cæſareos de Turcis triumphos hoc anno partos, pacis in Imperio conciliatæ gloria geminæ antiquæ paci Conſtantienſi non cedat.

Ut igitur *Conſtantienſis Pacis tractatus & inſtrumenta*, Tomo hoc ſecundo *ordine* ut licuit apto *digeſta* appareant, exem-

plo Primi Tomi viam Lectori hic parabimus, & ne in multitudine rerum tanquam in sylva oberret, fores & hic pandemus, ut hujus horti flores distincte cognoscere ac decerpere cum voluptate possit. Quanquam enim ex *Tomi I. Præfatione* abunde colligi queat, quæ *occasio* deperditas prope ac vetustate sepultas res resuscitandi, quæ prælidia armaq; literaria adhibita: Nihilo tamen minus illis sunt addenda, quæ specialius ad hujus *Tomi II.* congeriem spectant, rerumque ordinem commonstrant.

CAPUT I.

De antiquissimorum MSCtorum apparatu in hoc TOMO II. instruendo adhibito.

SIGISMUNDI CÆSARIS immortalis gloria, in Constantiensi Concilio parta, ex admirabili studio & plus quam herculeo labore, *componendi dissidia Ecclesiastica* inter tres Pontifices illius temporis flagrantia, illisque flammis extinctis suavem Ecclesiarum harmoniã, & ex morum emendatione pulchriorem habitum restaurandi, felicissimo fato est prognata. Quemadmodum igitur, ad SERENISSIMI Ducis RUDOLPHI AUGUSTI arbitrium, *Tomo I.* Ecclesiasticæ emendationis à Cæsare Sigismundo in Constantiensi Concilio tentatæ ac delineatæ fata *ex authenticis MSCtis* suo ordine sunt recensita: Ita, alterum hoc quoque *Cæsaris & Concilii negotium*, non minus arduum, quod *pacem ac unionem Ecclesiasticam concernit*, *ex genuinis & antiquissimis MSCtis Codicibus* decenti ordine sistere, SERENISSIMO PRINCIPI placuit. Præterquam enim quod pleraque & hujus argumenti, tenebris hactenus fuerint involuta & oblivione prope sepulta; illa, quæ fuere in lucem prodita, ex *MSCtis* nova luce meliorique & integriori habitu fuere ornanda.

Suppetierunt ergo & hic *authentica* & ex antiquitate ac rerum pondere pretiosissima *MSCta*.

In his caput summo jure efferunt CÆSAREA VINDOBONENSIA, quorum pretium inæstimabile ex *Tomi I. Præfatione* dignoscere licebit. Eaq; tanto devotius complectenda, quanto est manifestius, in ipso isthoc admirabili Concilio sub cœlo Germanico à viris doctis ac claris *isthæc MSCta* olim esse exarata.

Quod enim concernit *tria Volumina* aut *tres primas partes Actorum Concilii Constantiensis*, quarum vel millies mentio à nobis jam facta, quas toties fere exosculamur, quoties prehendimus & oculos in illas conjicimus: Non parum augebit autoritatem ac venerationem illarum, si illustrem *primum autorem*, scriptorem, collectoremve, *in Constantiensi Concilio inclytum*, digno, ut meretur, ornatum encomio, detexerimus. Fuit is Vir doctissimus, *Nicolaus de Elstraw*, ex Academiis *Magisterii* aut *Doctoratus* insignia referens, ex Curia *Ernesti Austriæ Ducis Secretarii* aut *Consiliarii* munere ornatus, in Constantiensi Concilio *Legati Ducalis Austriaci Ernestini* functione illustris. Qui, Constantiensis Concilii pars nobilis, cuncta oculis suis usurpans,

surpans, vel ipse vel per familiares ac domesticos suos, viros doctos, hæc Constantiensis Concilii acta conscribi, congeri atque adornari solerti studio curavit. Manifestum rei argumentum inter alia est, quod præclarum monumentum Protocollum vel Reformatorii Constantiensis, *Tomo I. Parte X.* recensitum, in laudatissimis illis MSCtis Parte I. ob vium, ab aliquo *domestico Nicolai Elstravv* in Constantiensi Concilio scriptum, expresse hoc referat in fine nominis insigne.: *Finitum 8. Octobr. Anno M. CCCC. XVI.* per *familiarem Nicolai de Elstravv &c.* uti monuimus *Tomo I. f. 488.* Eadem vero in toto promodum isto volumine manus, ejusdem autoris character indubitatus. Accedit, quod *tria hæc volumina Actorum Constantiensium*, in Concilio comparata, possederit ac retinuerit constanter laudatus *Conciliarius Austriacus*, donec ejus vel munere vel testamento in *Leonardi de Valle Brixiensis* manus pervenerunt. Qui laudabili consilio ac fortunato successu *Elstravvianos* hos *Codices* Monasterio & Bibliothecæ Fratrum Ordinis Prædicatorum Viennæ donavit, habitum illius ordinis amplexurus. Id quod sua manu in Parte I. folio primo in dulcem posterorum memoriam testatus est *Leonardus* his verbis: *Liber iste donatus est Conventui Viennensi in Austria Ordinis Prædicatorum à Fratre Leonardo de Valle Brixiensi ante suam professionem. Oretur pro anima optimi Viri, M. Nicolai de Elstravv, à quo ei pervenit in Brixina.* Lectoris vero officio honorabili dein functus est in laudato Monasterio Viennensi *Leonardus* hic, quod plus simplici vice in margine denunciavit & in fine operis repetit, circa annum 1467. adhuc superstes, doctrinâ clarus.

Quartum Volumen Actorum Concilii Const. itidem *authenticum, in Constantiensi Concilio scriptum* & collectum, *autorem*, possessorem, scriptoremve habuit virum itidem doctissimum, aliàs ex merito laudatum, *Johannem Dörre, Presbyterum, Licentiatum Juris & Canonicum.* Qui suapte manu in fronte libri *fata sua Constantiensia* consignavit. *Anno Domini M. CCCC. XVII. XX. die mensis Novembris, hora Completor. vel quasi, Constantiæ, in domo Domini Friderici, dicti Nagels, Vicarii Ecclesiæ Constantiensis, ego Johannes dictus Dorre, Presbyter, Licentiatus in Decretis, impetravi Decanatum & prebendam Ecclesiæ S. Andreæ Wormatiensis, vacantis per obitum Hermanni de Geis, coram Reverendo Patre Domino N. Burgmann, Decretorum Doctore & Decano Ecclesiæ Spirensis executore in dicta gratia expectativa, & præsentibus Notariis, Ernesto dicto Dufel, Clerico Moguntinensis Diœceseos, Hermanno Sartoris de Simsheim &c.* Notariis, *præsentibus testibus, Dielmanni dicto Waack, Vicario Ecclesiæ S. Germani, & Petro Tiel, Vicario Ecclesiæ Spirensis, & Bertramo de Confluentia, Clerico Treverensis diœceseos, testibus ad præmissa. Item Anno & mense quibus supra, XXI. die, hora Vesperarum vel quasi, in dicta habitatione &c. coram B. Rulla, ego Johannes Dorre &c. resignavi* Ecclesiam &c. *præsentibus ibidem pro testibus, dicto Waack & Petro Tiel, Vicariis Ecclesiarum supra dictis &c. Item Anno M. CCCC. XVII. XXVI. die mensis Novembris fuit mihi signata nova provisio per Martinum Papam V. super sex Prebendarum &c. Constantiæ.*

Quatuor hi *Codices MSCti*, *Elſtrawiani & Dorriani*, admirabili olim ſtudio collecti ac concinnati, rariſſima iſthæc monumenta complectuntur, quæ de arduis rebus in Concilio ſunt prodita. Qualia permulta *Tomo I.* exinde depromſimus. Neque crediderim, in ulla Bibliotheca parem rerum illarum Conſtantienſium nobiliſſimarum, ſupereſſe apparatum. Ex his proinde aurifodinis erutæ aureolæ hunc quoque *Tomum II.* ornant & illuſtrant. Quod *omnes* propemodum docebunt *hujus Tomi I partes.*

Ex Electorali Berolinenſi Bibliotheca antiquiſſimus quoque *codex MSCtus*, ætatem Baſileenſis Concilii attingens, ſed & res ſuperiores illius ſeculi complexus, ſuppeditavit *nobiliſſima opuſcula*, quæ Conſtantienſium rerum faciem peregregie illuſtrant, in quæ lectoris ſolertis animum oculosque pelleximus in *Præfatione Tomi I. Cap. IV.* Promiſſis itaque ſtetimus, quod *hujus Tomi Partes* XXI. XXII. & XXIII. luculenter teſtabuntur.

Ex Ducalibus Sereniſſimorum Principum noſtrorum *Bibliotheca Brunſvicenſi ac Wolfenbuttelenſi* producti *Codices antiqui, Acta Piſani, Conſtantienſis & Baſileenſis Concilii* comprehendentes, aliquibus reliquiis veteribus hunc Tomum pariter ſuppleverunt. Quod vel *II. Pars* & aliæ indicabunt.

Academiæ Lipſienſis Bibliotheca, MSCtorum apparatu ſuperba, felici fato & huic Tomo II. dedit ex *antiquo Codice* MSCto ſua ornamenta. Quod *Pars* V. X. XIII. nunciabunt.

Academia quoque noſtra *Julia* non deſtitit ex ſuis *MSCtorum* rabulis ſuppeditare porro, quæ & *huic Tomo* deſideratam afferrent lucem. Quod vel ex fronte illius, *Parte I.* elucet. Suaviterque conſpirant *Pars* VII. & XIV. Quod ad primum iſtum Codicem MSCtum attinet, haud prætereundum, *authenticum* illum utique videri *ab ipſo autore profectum.* Quo de plenius poſtea dicetur.

Ex *Archivo* etiam *Ducali Cellenſi* quasdam Cardinalium literas, ad *Brunſvicenſium Duces, Henricum & Bernhardum*, illa tempeſtate de Eccleſiæ unione perſcriptas, pro ſuo in publicam rem literariam amore, & propenſo in nos affectu, benevole communicavit Illuſtris *Conſiliarius Curiæ Ducalis, Dn. Schraderus.* Et hæc præclara antiquæ ætatis argumenta *Parte II.* comparent.

CAP. II.

Argumentum Tomi hujus ſecundi, De unione ac pace Eccleſiæ, in Conſtantienſi Concilio, Sigismundi Cæſaris labore, parta.

CEterum *Argumentum Secundi* hujus *Tomi*, breviter deſignatum in *Præfatione Tomi I. Cap* XII. paulo hic deducere plenius oportebit.

Schiſma, ut omnes illius ævi ſcriptores non ſine horrore appellant, *ingens, peſtiferum, & exitioſum*, quadraginta annis radicatum, omnem fere ſtatum Eccleſiaſticum & civilem in toto orbe Chriſtiano quaſſaverat ac tantum non peſſum dederat. Poſtquam enim ſub finem ſeculi XIV. quadraginta fere annis ante Conſtantienſis Concilii

cilii initium, diffidere cœperant Cardinales, alium Pontificem in Italia alium in Gallia creantes, tantas res illa turbas creavit, ut omnem publicam rem sæva inundaret tempestas.

Quod enim uteruque sibi omne vindicaret jus imperii Ecclesiastici, duo capita uni corpori nimis molesta evaserunt. Ut consilia utriusque diversa, machinæ oppositæ, decreta contraria, minæ recisæ, fulmina paria hinc inde visa atque audita, terrorem universis incuterent. Hinc non aperto semper ab utroque pugnatum marte, sed occultis quoque dimicatum insidiis, cuniculis subruenda alterius sedes, blanditiis abstrahendi ab altero sectatores. Interea præsidiis ex auro quæsitis opus, ut nec splendori quicquam deesset nec potentiæ. Ex quo factum, ut mille artes excogitarentur ex Officiis Ecclesiasticis æs sacrum effodiendi, venundatione præcipue religiosa. Ut Ecclesiarum esset tranquillitas sublata, cleri vincula soluta, collegiorum harmonia extincta, lites innumeræ, non nisi armis vel morte terminandæ. Quibus civilis res adeo concussa, ut sanguine sæpe madere cives, ferrum stringere ecclesiastici, & in mutuas cædes ruere conspicerentur. Historiam saltem patriam harumve regionum si quis consulat, *Bellum clericale Brunsvicense, De Papenkrieg to Brunswick*, A. 1412. & sequenti, in Constantiensis Concilii exordio gestum, abunde restabitur. Quæ discrimina orta sunt ex *Papæ Johannis* 23. *Diplomate*, quod *Johanni Herbordi*, in Constantiensi mox Concilio claro, *pro Ecclesia Ulricianæ Brunsvicensi* dederat. Neque hæ clericales turbæ, nisi *autoritate Serenissimi Principis Bernhardi, Brunsvicensium Ducis*, A. 1420. componi potuerunt. Fuse bellum hoc ex *tabulis* MSCtis. *Brunsvicensibus* delineatum asservamus, dignum sane, quod pro pristina illa rerum facie cognoscenda hic legeretur, ni locus deesset.

Ex quo igitur illæ tempestates ortæ, quæ cœlum Europæum nubibus obducerent, non parsum votis & precibus Regum ac Principum, si qua illis malis, mature mederentur. Donec, doctorum Virorum judicio, in *Concilio Universali* remedium quærendum aut adhibendum videretur. Quæ prima fuere *Constantiensis Concilii præludia*. Claruere illo tempore in Parisiensi Academia Viri, omni laude majores, *Henricus de Hassia*, Germanus, Academiæ Vice-Cancellarius, Theologus, & *Petrus de Alliaco*, itidem Theologus, postea Cancellarius, Episcopus, & Cardinalis. Hi duumviri in *Concilio universali* sedandorum morum illorum spem omnem ponendam esse scriptis publicis asseruerunt. Eaque consilia adeo fuere fructuosa atque fortunata, ut tandem, serius licet, ex totius Christiani orbis voto implerentur. Ante vero, quam ad Concilii celebritatem res perveniret, privatis congressibus ac colloquiis legatorum utriusque Pontificis, *Benedicti* præsertim & *Gregorii*, frequenter tentatis. Verum, quod absque fructu colloquia vel dissimularentur vel diffluerent, *Concilii* opem implorandam judicarunt omnes, in quo uterque *ad spontaneam cessionem* invitaretur, aut *cedere* compelleretur.

Coivit igitur *Concilium* primum *Pisis*. In quo uterque rogatus atque *ad cessionem* invitatus. Qua contenta, uterque Concilii Pisani decreto

decreto sede motus est A. 1409. Conclusum simul, *continuandum* esse hoc jam inchoatum *Concilium triennio elapso*, ad reliquas Ecclesiæ maculas, ex superioribus illis dissidiis ortas, eluendas, decentemque Ecclesiæ formam reddendam.

Cum interea duo illi sede moti Pontifices, *Benedictus & Gregorius*, spreto Concilii statuto, nullo modo Papatu cedendum judicarent, Alexandro auctus Pontificum numerus, miseriam publicam litibus cumulatis auxit. Crevitq; magis calamitas, quando Alexandro mox A. 1410. successit *Johannes 23.*

Nil jam videbatur superesse ex trium horum, *Benedicti*, *Gregorii & Johannis* contentionibus, artibus atque machinis, præterquam omnis publicæ rei, sacræ & civilis, pernities.

Quapropter, cum *Imperator* electus esset divino consilio *Sigismundus*, A. 1410. in hunc Deus omnem devolvit molem. Ab hoc expectabat atque expetebat orbis Christianus salutem, pacem, tranquillitatem, Ecclesiæ integritatem, reique civilis decorem. Nec defuit *Augustissimus Imperator* Ecclesiæ quassatæ.

Instabat *terminum* à Concilio Pisano definitus *continuandi Concilii*. Johannes huic responsurus concilium vix Romæ inchoatum mox rupit. Quare Imperator Johanni autor fuit *Concilii Constantiæ congregandi*, quo Pisano decreto satisfieret.

Id quod literis, legatis, ac colloquio, *Laudæ* postremo inter Cæsarem & Johannem instituto, feliciter tandem confectum.

Universi proinde orbis oculi in *Sigismundum* conversi, quem Numinis instar cœlitus demissi venerarentur. Hic *in Constantiensi* hoc *Concilio* collapsa resuscitaturus, confusa restauraturus, Ecclesiasticorum lites compositurus, cleri maculas deleturus, serenamq; faciem publicæ rei universæ redditurus sperabatur. Aggressus, pro celsa prudentiâ, vastam hanc rerum confusarum molem.

Quandoquidem igitur *ingens* hoc *& insuperabile saxum in Constantiensi Concilio erat volvendum*, ut trium istorum de primatu contendentium Pontificum lites sopirentur, illisq; sopitis salus publica revocaretur: Cum ceteris Concilii patribus infracto studio & Herculeo labore hoc egit Sigismundus, ut *viâ brevissima & aptissimâ* pax Ecclesiæ & unio distractarum Ecclesiarum orbi redderetur. Placuit *mollissimum remedium* Cæsari & Concilio, *cessionis & spontaneæ renunciationis trium istorum concertantium de suprema dignitate sacra Pontificum.* Ab hoc puncto totius orbis Christiani pendebat salus. Hæc dere inexordio statim Concilii deliberatum sedulo. Congressibus quotidianis, consultationibus continuis arduum hoc *pacis momentum* versatum.

Donec *Johannes*, primùm blandis verbis ad voluntariam, liberam & ingenuam cessionem multis modis scriptisque invitatus, consentire videretur. Durissimus hic nodus, qui non arte sed marte, non verbo sed ferro Cæsareo scindendus tandem ac solvendus erat. *Simulaverat* namque in Concilio *se cessurum:* Ast animus alienus, simulationis diuturnæ impatiens, *fugam* suasit, Constantiæ igitur Papa dignæ,

dignæ, immemor, Constantiam reliquerat Balthasar, totam Synodum absens subversurus: Nisi Cæsaris Sigismundi longissima manu, Majestate munita, à fuga retractus, autoritate Papali exutus, carcere mancipatus esset. E vinculis igitur & carcere respondit. Roganti & injungenti cessionem concilio annuit. Cessit papatui, postquam cesserat concilio. Reliquerat Paparum, cum deseruisset synodum. Voluit igitur cum dedecore, quod noluit antea cum honore.

Superarant Gregorius & Benedictus, quibus ex Concilio paria imminerent fata.

Angelus de Corario, Gregorius, sive exemplo Johannis capti territus, sive angelica animi bonitate flexus, sive divino Cæsaris & Concilii nutu victus, absque longis ambagibus lubens & sponte cessit, dignitate Papali relictâ, Cardinalitio honore contentus.

Restabat durissima petra, nullis machinis frangenda, Petrus Lunensis. Passa erat hæc Luna eclipsin, neque ut lucem orbi redderet effici poterat, nisi divina Sigismundi manu moveretur. Tenebras igitur, quæ orbem premerent, dispulsurus Imperator, ad Lunam è Concilio ascendere haud dubitavit, suapte manu Lunam prehensurus, rotaturus, locoque & sede moturus, donec cedens lucem referret orbi, pace reddita desideratissima. Migravit Constantiâ in Hispaniam, celsos montes superans. Illic quippe Lunam conspici vel attingi propius posse creditum. In consortium istius laboris acciti a Cæsare Reges ac Magnates Hispaniæ. Cœlumque tunc & terram moveri contigit, urgente ac rotante Cæsare, auxilio Hispaniæ Regum suffulto. Donec, ad umbram tenebrasve ab Ecclesia dispellendas, Luna cedere, fugere aut occumbere cogeretur, luce solis orientè, ac serenæ pacis radiis promicantibus. Hispani quippe Lunæ obscuræ luceque privatæ aspectum sibi à Regibus suis interdici, solennissimisque decretis Regiis omnem obedientiam Lunensi huic subtrahi audiverant.

Vel pulso itaque, vel fuga elapso, ac in munito angulo delitescente, atque ob pertinaciam *pessime audiente Benedicto, sanciendæ concordiæ initium* fecere Cæsar & Reges Hispaniæ, unionis fœderisqi sacri vinculis *Narbonæ* paratis, sibique invicem suavissimo complexu oblatis.

Reversi Constantiam Cæsar Legatique Concilii ex concordia cum Hispanis inita magnam advexere lucem, ut totus in Concilio jam suavissime conspiraret orbis Christianus, Lunam laborantem lucemque denegantem prorsus linqvendam, ortumqve Constantiæ novum ex orbis unione solem adorandum esse.

Cesserat itaq; Concilio & papatu *Balthasar*: Qvia pacem fugerat, fugeratque Constantiâ, dignitatem summam fugere jussus, consilio ac fortunâ infelix & inconstans. Cesserat *Angelus*, quo mirus supremam impositorum affectaret sedem. Correptus tandem à Paulo *Petrus*, aut cedere aut animum mutare compulsus erat.

Quibus sic compositis post longas consultationes illisq; *trib' capitibus motis*, in hanc itum in Concilio sententiam, *novum Pontificem summum*, prioribus

prioribus meliorem, consilio meneq; probiorē, moribus ornatiorem, regimine cautiorem, fatisque feliciorem, *virtutis ac bonæ disciplinæ Ecclesiasticæ columnam*, eligendum esse. Electus itaq; Cæsaris & Concilii applausu Constantiæ in Concilio, sub cœlo Germanico, *Otto de Columna*, Cardinalis, Papa MARTINUS V. appellatus. Quod perdiderant, quod confuderant, quod neglexerant, qvod destruxerant in superiori litium tumultu antecessores, ab hoc Martino in ordinem redigi, restaurari, ac redintegrari, optarunt ac sperarunt cum Imperatore Sigismundo Reges atqve Principes universi.

Fusius hæc nunc, prosequi haud necessarium. Quippe quod ex veteribus æqve ac recentioribus rerum Ecclesiasticarum Scriptoribus, Annaliumque conditoribus, nullus sit, qui non horum fatorum meminerit. Præ cæteris tamen, ex *illius ævi scriptoribus* ac vivis illorum fatorum *spectatoribus* cupido lectori satisfaciet *Theodericus Vrie*, *Westphalus*, in sua *Constantiensis Concilii historia*, quam *Tomo I. in fronte Operis* collocavimus. Tantoque clarius lectori, pacis illius in Concilio paratæ cognoscendæ avido, totam illorum consiliorum ac fatorum ideam ob oculos posuerit, quanto dilucidius, affectus, contendentium Pontificum, pacem molientis Cæsaris, in spem erecti Concilii, fluctuationem, dubitationem, metumqve Ecclesiæ ex ancipitibus intervallis, gaudiumque postremum ex novo Pontifice subortum depinxit. Ex nostri ævi viris claris de toto hoc negotio cum fructu ac voluptate consuli posse videbitur *Petrus Puteanus*, *Consiliarius Gallicus*, in erudita sua *Schismatis illius Historia*, *infra f. 159.* à nobis commendata.

En autem *uno intuitu* summam antiquissimorum monumentorum Constantiensium, quæ pacem ac unionem Ecclesiæ concernant. Actum scilicet à Patribus Concilii

De damnis, ex diro Pontificum schismate in Ecclesiam & rempublicam redundantibus.
De jure Cæsaris & Principum, turbis illis obviam eundi, ac publicam Ecclesiæ & reipublicæ salutem restaurandi.
De variis mediis lites tales componendi.
De Universalis Concilii autoritate in motibus illis sedandis.
De Capite Ecclesiæ primario & essentiali, Christo.
De Capite Ecclesiæ secundario & accidentali, Pontifice summo.
An Ecclesia carere possit secundario illo capite.
An plures possint esse Papæ, an unum duntaxat esse oporteat.
De Pontificum autoritate, divina an humana.
De jure illos eligendi, penes quos olim fuerit, & ad quos, & qua via transierit.
De lapsibus erroribusve Pontificum, Concilii ope emendandis.
De cessione, remotione aut depositione Pontificum, an & per quos hoc effici possit.
De variis ejus rei casibus & conditionibus.
De Concilii decretis, eorumque valore vel autoritate.
De suffragiorum jure in Concilio.
De Nationum in Concilio distinctione, earumque consultandi ac definiendi jure.

Specia-

Speciatim de Sigismundi Cæsaris divino zelo pro Ecclesiæ tranquillitate.
De Cæsaris studio pro Concilii integritate ac conservatione.
De Cæsaris armis pro insidiis Concilio positis arcendis.
De Cæsaris itinere in Hispaniam & Galliam pro pace ac unione Ecclesiæ paranda.
Deque Papali gratia Cæsari relata pro immensis sumptibus hanc in rem factis.
De Balthasaris sive Johannis 23. callidis consiliis Concilii scopum & finem eludendi.
De simulata illius cessione.
De illius fuga è Concilio.
De illius arctibus Concilium dissolvendi.
De carcere illius, & solenni à papali dignitate per Concilium facta remotione.
De Angeli Corarii sive Gregorii conatu elabendi Concilii manus & cessionis onus.
De prompta illius & libera cessione, promptitudinisque illius præmio.
De Petri de Luna, s. Benedicti XIII. pertinacia & quæsitæ cessionis contemtu.
De publica illius in Concilio degradatione.
De novi Pontificis in Constantiensi Concilio eligendi nova ac singulari methodo.
De Martino V. unanimiter Constantiæ electo.

Nostrum de universis his rebus *judicium* suspendere decuit, unionis Ecclesiasticæ generibus enumerandis non occupari, recentioresque mores intactos relinquere par & æqvum fuit. Quippe jussa SERENISSIMI DUCIS exequi oportuit, qui in antiquarum rerum hic comparentium collectione *ab omni abstinere censura religiosissime* sapientissimeque mandavit. Sufficere autumans, nuda *monumenta antiqua* absque colore aut fuco exhiberi. Ut cuivis lectori arbitrium judiciumve sit relictum. Neque adeo quicquam in his nobis vindicamus, præter *ordinem*, atque ex MSctorum tenebris hæc eruendi ac eruderandi *laborem*.

Neqve *eruditorum illa ætate virorum* disputationes aut consultationes repetere necesse fuit, qvibus inter se disqvisiverunt *sub Constantiensi Concilio*: Consultumne Ecclesiæ esset, illam tantopere quæsitam pacem Ecclesiæ externam confici aut acquiri? An illæ afflictiones Ecclesiæ, ex tribus illis Pontificibus dissidentibus ortæ, salutares illi magis quam damnosæ forent? Utrum justitiæ atqve bonæ conscientiæ pax præferenda paci Ecclesiæ temporali: Et quæ similes erant quæstiones, quas *Nicolaus* præcipue *Clemangius*, sive pro suo Zelo, sive in Benedictum ardenti affectione, cum aliis agitavit. Uti ex Tom. I. Parte II. constat.

CAP. III.

De ordine & nexu Monumentorum, quæ TOMO hoc II. sunt comprehensa.

QUod in digerendis *Tomi I.* rebus spectatum, ut *ordo* rerum gestarum, *tempori, fatis, successui & eventui respondens* servaretur, illud & in *farragine* hac *secunda* distinguenda sollicite observa-

servare mandavit SERENISSIMUS PRINCEPS RUDOLPHUS AUGUSTUS, ordinem rerum animam esse memor.

Quandoquidem igitur *rerum* in Constantiensi Concilio gestarum *nexus* postulabat, *dissidiorum* Papalium in Concilio componendorum *originem* demonstrare aut digito saltem attingere, ea re fore visum est, ex antiquioribus *monumentis ineditis* unum alterumque in lucem proferre, quibus *prima Constantiensis Concilii ansa* eaque remotior, quoad pacem ac unionem Ecclesiasticam restaurandam, luculenter esset descripta.

Quod igitur constaret, in Gallia præcipuè, ubi alter dissidentium Pontificum sedem habebat, consilia impensius agitata, ac Parisiis potissimum ab Academia conclusum, *Concilio universali* publicæ illi rerum confusioni consulendum, & illius opera bella ista hæc sacra componenda esse: Ex illustribus *illius rei ejusdemq; temporis scriptoribus*, qui Concilii Universalis operam commendarunt, *Petrus de Alliaco, Gallus, & Henricus de Langenstein Hassiacus*, Theologi, clara *Academiæ Parisiensis lumina*, oculis sese præcipue ingerebant. Placuit autem, uti in *Tomo I.* ita & *hoc II. Germanum scriptorem* in acie ponere.

De HENRICI de HASSIA Academiæ Parisiensis Vice-Cancellarii scriptis Henoticis.

INfronte igitur exercitus comparet inclytus *Henr. de Langenstein, de Hassia* appellatus, *Germanus*, sub cœlo Gallico literis imbutus, Parisiis in Theologorum ordinem evectus, in Academia *Vice-Cancellarii* honore auctus. In patriam dein, Germaniam dulcem, reversus, Viennam Austriæ allectus, in nova Academia ordinis Theologici caput est constitutus. *Henr. Pantaleon in Prosopographia Virorum illustrium Germaniæ*, brevibus fata ipsius est complexus. Henricus de Langenstein, inquit, *dictus de Hassia, literarum amore Lutetiam profectus est, ubi etiam solerti studio lauream Doctoratus promeruit. Erat is in divinis scripturis & humana Philosophia doctissimus, præterea felicissimo ingenio præditus. Contigit autem ut eo tempore circiter Annum Domini* 1390. *Albertus Austriæ Dux, Cæsaris Alberti II. Pater*, Viennensem *Academiam fundaret. Tum enim studia in monasteriis refrixerant, atq; si quæ remanserant, intricatis quæstionibus & frivolis argumentis erant consparcata. Optimæ artes cum antiquis autoribus in pulvere jacebant, atque blattis & tineis relinquebantur. Itaque Henricus ille Vienam vocatus fuit, ut novam ibi Academiam plantaret, & suis professionibus decoraret. Ibi Geneſin explicare cœpit. Atque suam lectionem per multos annos continuavit. Erat autem adeo copiosus, & ad omnes occurentes quæstiones promptus, ut vix multis annis ad quartum caput libri perveniens, totidem volumina complerit.*

Scripsit inter multos alios libros in Academia Parisiensi, in principio turbarum illarum Ecclesiasticarum, *circa Annum* M CCC LXXXI. quinto fere anno ab orto ferali Schismate, nobile opusculum, *Consilium pacis*, quod agit *de unione ac reformatione Ecclesiæ in Concilio Universali quærenda*. Non hic dissimulandum, in opuscu-

pusculi hujus recensione ingentem *doloris* partim, partim gaudii materiam nobis esse submin[istratam]. Doluimus, caput libri, *solium* nempe *primum*, *à MSCto*, quo usi sumus, injuria temporis excidisse. Autoris proinde nomen simul oculis subtractum ægerrime tulimus. *Deperditi primi capitis argumentum* duntaxat in fine libri signatum, adeoq; hoc saltem indice reliquum. Forte opusculum hoc integrum superest in Cæsarea Vindobonensi Bibliotheca, vel in Vaticana in *XXX. MSCtis Voluminibus*, quibus Acta illius diri Schismatis, quod Constantiense Concilium tandem postulavit, sunt comprehensa, quæ se vidisse ait *Spondanus in Annal. Ecclesiast. ad Ann.* 1378. *f.* 600. & admodum frequenter allegat *Palatius*, Venetus, in *Monarchia Sacra*. Dolorem vero, qui omnibus antiquitatis scrutatoribus similis quotidie subnascitur, suaviter temperari sensimus, quando blanda animi delectatione non solum augurio quodam felici autorem deregi, sed & Germaniæ reddi ac vindicari posse deprehendimus. Qualis felicitas nobis obtigit *Tomo I. Parte I. in Theodorico Vrie*, quem cœlo Germanico restituimus ac patriæ suæ Westphaliæ vindicavimus.

Auguria vero nostra *de Autore libri*, non vana, ut opinamur, non sunt silentio prorsus prætereunda. Nimirum circa principium Schismatis illius, anno 1378. exorti, gemina Parisiensis Academiæ in Theologorum consessu capita circa Ann. 1381. præ ceteris egregie de *Concilio universali* scripsisse, ex historia constat, scilicet *Petrum de Alliaco & Henricum de Hassia*. De quibus id notavimus in vita Petri de Alliaco, *supra Tomo I. f.* 456. & in vita Gersonis, *Tomi I. Parte IV. f.* 31. sejuvabit Gersonem, qui his viris præceptoribus usus est. In *Propositione facta 1408. coram Anglis ad Pisanum Concilium euntibus, Consider. 3. Undequæso*, (inquit,) ut habetur in MSCto, *tam diu, viri patres & fratres venerandi, tardata est fieri* congregatio Concilii generalis & sacri, *nisi quod tam diu non fuerunt auditi spirituales viri, quales, si Apostolo creditur, dijudicant de omnibus. Ecce, quod præclara Universitas Oxoniensis, unde sibi nequit satis congratulari, pridem ad hoc Concilium petendum determinavit se, & misit in Franciam. Scio, qui præsens interfui, dum proponeretur hæc conclusio compendii sub hoc themate, Joel. 1. Vocate cœtum, coadunate. Sed pridem annea* Parisiensis Universitas ab exordio nascentis divisionis *deliberavit solemniter & concordi sententia, conclusionem hanc petendam & prosequendam esse. Quam ex parte sui proposuit Reverendus Pater, & præceptor meus præcipuus Dominus nunc* Cameracensis, coram Ludovico Duce Andegavensium *regente in Francia. Circa quod tempus scripsit pro eadem conclusione* clarissimæ memoriæ Magister Henricus de Hassia, Magister in Theologia Parisiensis & Vice-Cancellarius, *Magister in Theologia* Cancellario Parisiensi. *Scripsit sub Magistro Johanne de Calore* Matisensis, magnus & devotus, *& Licentiatus in artibus, Parisiensis. Scripserunt quoque alii, sicut ex eorum tractatibus adhuc constat.*

Ceterum nostrū hoc *Pacis Concilium* de Concilio universali illo præcise *anno scil.* 1381. *scriptum* esse, quo Duumviri isti præ ceteris præclare

de Concilio scripserunt, inter multa alia **argumenta**, ipsi autoris aperta **testatur** confessio, cujus verba *capite XII.* hæc sunt: *Cum hoc tempore, scil. anno Domini 1381. nulli electorum, utpote nec Clementi VII. nec Urbano VI. universaliter à Christianis tanquam Papæ obediatur, nec per tres precedentes annos obedi***batur** *&c.* Ut adeo ratione *temporis* in alterum illorum hoc opus **curate** incidat. Quod igitur alteri horum duumvirorum hoc **opus** adscribendum esse dubio omni careret, de quibus clarum erat, quod eodem illo anno de eadem re, Concilio np. universali, scripserit **ne**, quale opus hoc nostrum: *Henrico Langenstein*io de Hassia non Alliaceno hunc operis conditi **honorem** tribuendum esse judicavimus. **Idq**ve ex eo primum conjecimus, quod illas liber referat sententias **aperte**que propugnet, quas *Henricum de Hassia in opere de Concilio* **general**i propalasse plus simplici vice postea notarat Gerson. In lau**data** *Propositione*, *Consid. rat. 4.* etsi dissentiat ab *Henrico de Hassia*, **ejus** tamen sententiam hoc *libro de Concilio* comprehensam his **design**at verbis, ut emendatius habeatur in MSCto: *Congregatio Ecclesi***astica** *non habet vel habuit ex se potestatem se ipsam ordinandi & confirmandi* **per** *gradus varios atq; hierarchicos dignitatum & administrationum*, *quales in ipsa reperimus à summo prælatu usq; ad infimum administ***ration**is *gradum, quicunque sit ille.* Patet, quia supernaturali est **beni**ficio *tituto, consurgens ex solo beneplacito liberalissimi conditoris.* Nec, *ut opinor*, voluisset unquam *oppositum sentire* præfatus Magister Henric**us** de Hassia, *dum ponit in quodam tractatu de Concilio, quod Ecclesia* **posset** *sibi instituere summum Pontificem, si non fuisset immediate constitut***us** *à Christo.* Addit enim, *quod hoc potuisset Ecclesia a spiritu S. edoct***a** *& autorizata.* Quod est *probabiliter sentiendum.* Atquæ hæc ipsa **Henrici** de Hassia mens ac sententia disertis verbis in nostro hoc *opere* **De** *Concilio* reperitur expressa, *capite* nim. *XIV. f. 34. Esto, ait, quod Christus* nullum discipulorum *constituisset sibi generalem vicarium in terris*, **adhuc** Ecclesia habuit potestatem talem sibi constituendi, & Spiritu S. **docente** constituisset. Tum quia optima & decentissima politiarum dis**cipline** rationis naturalis est, cui unus Monarcha præsidet. Igitur. Tum et**iam**, quia Christus non fecit, mentionem de constitutione generalis Vicarii **in** *temporalibus*, sc. Imperatoris, nec Vicariorum ejus particularium in spir**itualibus**, qui sunt Episcopi. Qui tamen nihilominus veri vicarii ejus sunt **per**petua electionem ipsorum. Igitur. Et ita si Christus Petrum non instituisset **Papam**, adhuc per electionem, ab Ecclesia vel ex parte Ecclesiæ fiendam, fieret electus generalis vicarius Christi in terris. Similiter in tractatu *De Auferibilitate Papæ ab Ecclesia*, in principio Concilii Pisani scripto, ac in Constantiensi dein repetito, *Consider. 7.* aperte hanc Henrici de Hassia sententiam in *tractatu de Concilio Generali* haberi affirmat, uti ex *MSCtis* repetimus. *Nulla*, inquit, *communitas, etiam universitas hominum mortalium simul congregata, talem aliquem gradum modo instituere potuisset, cum potestate quale in quolibet reperitur, qui super naturam existens ipsam sibi præsupponi & substerni quodammodo sicut formam materiam. Nec opinor, quod aliquis Doctorum Theologorum sen-*

fisset

fisset in hoc contrarie. Quamvis verba quædam Epistolæ *cujusdam seu* Tractatus *de Concilio generali videri possunt aliqualiter hoc sonare, nisi benigno interprete foveantur.* Ex quibus omnibus ad oculum patet, nostrum hoc *De Concilio universali* præclarum opus, A. 1381. Parisiis editum, autorem agnoscere *Henricum de Hassia, Theologum & Vice-Cancellarium.*

Accedit, quod ex nostro MSCto antiquissimo satis aperte videntur patere, *ipsius Henrici de Hassia* docta & eleganti, pro illo seculo, *manu* hoc opus esse exaratum, quod suis usibus privatis servavit. Siquidem sub finem ultimæ pagellæ *chirographum Canonici* cujusdam Parisiensis adhuc comparet, qui ab Henrico de Hassia certam pecuniæ summam mutuo acceperat. Quam iterum sibi solutam *manu subscripta* testatus est eadem plane, qua totus libellus exaratus. Quod profecto jucundum sed & robore suo instructum reputamus pro Autore argumentum. En Chirographum uti ex fugientibus literis superest: *Ego Guillelmo de Salvarnilla, Cantor Parisiensis, recepi mutuo à Reverendo Patre Domino* Henrico de Hassia, Vice-Can. *centum & decem florenos, quos sibi promitto fideliter reddere, teste baccedula scripta manu mea & signo signato meo 2. die Sept. Anno* 1382. *Guil. S.* Solutio facta significata manu Henrici de Hassia his verbis: *Solvit per Magistrum Arnoldum Gnekisse.*

Ex quo porro charactere *MSCti* hujus nostri *antiquitas* & grande *pretium* luculenter apparet. Quippe quod circa annum 1381. scriptum, & præterea *ipsa Autoris doctissima manu exaratum.* Et quidem nobile hoc antiquitatis documentum & pretiosum eruditionis monumentum, injuria licet temporis pene laceratum, certe capite truncatum, & vetustate prorsus spoliatum, reliquiarum instar in *Academia nostræ Juliæ Bibliotheca* asservari, non postremam autumaverimus gloriæ illius partem.

Ceterum, non sufficerit nobis, resuscitasse *Germanum*, cœlo eum Germanico vindicasse, monumentumque auro nobilius e tenebris in lucem provocasse. Pretium operis augendum amplius fuerit, ex eo quidem, quod hic liber viris doctis illius ætatis percharus exiterit, quem legerent, comendarent, ac sæpe commemorarent. Quod vel ex *Gersone* abunde liquet. Etsi verò Gerson, modestissime tamen, dissenserit alicubi à sententia sui hujus Doctoris: Ea tamen *libri* apud illum fuit *veneratio*, ut integra exinde excerperet capita, frequentius rumminanda. Ut postmodum inter illius libros ac chartas deprehensa isthæc *Hassiana excerpta* pro Gersonianis miscerentur. Quæ in hunc usque diem inter Gersoniana comparent, Henrico de Hassia jure meritoque reddenda, tanquam vero ac legitimo autori. Sunt autem illa *Hassiana*, sub *Gersonis* umbra hactenus delitescentia, quæ extant *Tomo I. Operum Gersonis* sub hoc titulo, *Declaratio compendiosa defectuum virorum Ecclesiasticorum.* Cujus initium est: *Forte dicetur mihi: Ecclesia fundata est supra firmam petram, flaverunt venti, insurrexerunt fluvii, non cecidit: ergo ruinam: Quomodo judicii Reformatione indiget? &c.* Quod est initium

tium *Capitis XVI.* libri Hasliaci de Concilio, ut patet infra f. 48. Contenta Excerpta illa Hasliaca apud Gersonem integra *quinque capita ultima* præsentis libri, absque distinctione longa serie recensita. Et quidem, quod mirandum, cum carmine *Hasliaco*, quo totum suum opus clauserat, corruptissime præterea in hac Gersoniana umbra expresso. Quo carmine Hasliaci majoris *libri*, unde excerpta depromta, *titulus* clare detegitur: *Epistola Consilii pacis.*

Sic ergo & Hasliaco nostro *Germano* merito vindicavimus, quæ ipsi longa ætate subducta sub peregrino *Gallo*, *Gersone* inquam, nomine delituerant.

Gersonem verò libri totius autorem esse nemo dixerit, qui præter superiora memor fuerit, circa annum 1381. cum hoc opus arduum & memorabile ederetur, Gersonem, A. 1363. d. 14. Dec. natum, minorennem, nondum viginti annos natum, Academiam Parisiensem nuper demum salutasse. Vid. *Tom. I. parte IV. f. 33.*

Forte nec hoc postremo sicco prætereundum pede, quod, cum frons libri à MSCto nostro abiit, titulum non nisi ex epilogo colligere datum fuerit, in quo appellatur *Epistola Concilii vel Consilii Pacis*, vel nude, *Epistola Pacis*. Ambigua verò nobis visa vox altera, *Concilii*, ut in MSCto, an *Consilii* legendum, ut apud Gersonem in Excerpris. Sæpissime namque apud veteres *concilium* pro *consilio* scriptum. Neutrum à scopo libri alienum. Agit enim de Concilio, quo Pax Ecclesiæ concilianda, & est *Consilium*, qua ratione pax sit reparanda. Quod autem alterum à nobis solum erat exprimendum, in illa ambiguitate elegimus *Consilium Pacis*, utpote characterem clariorem. Esto tamen arbitrium penes lectorem.

Dici verò non potest, quam erudite hoc negotium tractaverit Autor, qua arte cuncta distinxerit, quo argumentorum pondere omnia probare studuerit, quo denique, pro illius seculi fortuna, ornatu opus condecoraverit. Ut delectare non minus lectorem oratione queat, quam statu illius temporis misero, vivis coloribus depicto, terrere & vel in lacrymas resolvere.

De cetero *Henricum de Hassia*, *Carthusianum*, & *Ecclesiæ Wormatiensis Canonicum*, è Gallia *in Germaniam revocatum*, ac *Viennæ in Academia Theologico ordini junctum*, *claruisse A.* 1418. *obiisse A.* 1428. memorat cum aliis *Wartbon*, in *App. Hist. Lit. Cave*, f. 96. Temere in dubium hæc vitæ fata non revocaverim, quin hactenus cum aliis admiserim. Nihilominus scrupuli non pauci me urunt, jubentque subdubitare. Siquidem jam A. 1380. Noster claruit, ut ex superioribus patet. Cumque in publico Ecclesiæ totiusque Christianæ orbis negotio tunc scriberet, sane ejus fuerit ætatis, ut trigesimo major, experientiæ ac prudentiæ virilis præsidio gauderet. Quod confirmat splendidum in Academia Parisiensi munus Vice-Cancellarii, quo illo jam functus tempore. Quadragenario igitur proximum illo tempore fuisse, res fere omnis docet. Octogenarius vel nonagenarius fuerit Constantiensis Concilii tempore, & si obiit A. 1428. centenarius, vel illo gravior. Adde, quod scrupulum vehementer auxit, quod Gerson

son, Henricum Hassiacum nostrum circa Annum 1408. allegans, ut supra notavimus, *defuncti* notam addere videatur, *clarissimæ memoriæ* virum appellans. Quod sæpius, & in ipso Constantiensi Concilio repetiit, eum *claræ memoriæ* virum vocans. Quod patet vel ex libro Gersonis Constantiæ edito *De probatione spirituum*. Unde conjectura mentem subiit, *geminos* tunc floruisse *Henricos de Hassia*, sicuti gemini tunc claruerunt *Hieronymi de Praga*, unus Constantiæ crematus, alter in Basileensi Concilio adhuc superstes, scriptis quoque publicis, quæ mihi sunt ad manus, celebris. Roborarque nonnihil conjecturam, quod *Seniorem* nunc legamus *Henricum de Hassia*, nunc *juniorem*. Quorum vitam, fata & res gestas, scripta præsertim, distingvere curate operæ pretium.

Plura alia Nostrum hunc Henricum Hassiacum *de illius temporis schismate ac Concilio* scripsisse, vel Gerson supra monuit. In quibus etiam est doctum nec parvum opus, cui nomen *Epistola Pacis*, in *Concilio Pacis* ab ipso allegatum. Quod egregium monumentum multa doctrina refertum *Tomo huic II.* ex MSCto itidem inseruissemus, nisi temporis nunc fuisset habenda ratio. Forte huic accepta etiam ferenda *Epistola de Cathedra Petri*, ad Bertholdum Episcopum Frisingensem, ejusdem argumenti, prosa & metro contexta, circa annum 1395. conscripta, lectu digna & jucunda. Præterea alius est *Magistri Henrici de Hassia tractatus, de schismate Paparum, ad eundem Bertholdum Episcopum Frisingensem*, à superiori epistola diversus, qui allegatur in MSCto quodam *Academiæ nostræ Helmstadiensis*, additis nonnullis excerptis. Juvabitque *flosculos* illos *Hassiacos* hic exhibuisse ex laudato antiquo MSCto.

Magister Henricus de Hassia in quodam tractatu de Schismate Paparum, quem scripsit ad Magistrum Bertholdum Frisingensem Episcopum, in capitulo 19. & viceſimo, dat modos reformandi Ecclesiam. Et in 18. Capitulo, loquitur de quodam eremita Theologo, qui, quo spiritu doctus nescitur, dogmatizavit audaliter, quod Deus disposuit, divitias temporales cum dominio auferre à clero & reddi Principibus & mundi potentibus. Quæ sicut olim hujusmodi clero & Ecclesiis propter Christum contulerunt, ita ait dicit, finaliter ipsum omnibus illis denudabunt. Et ita dicit quod tunc Ecclesia reformabitur. Sed dicit Magister Henricus de Hassia, quod hunc modum reformandi Ecclesiam asserare, & scripsisse, non solum est temerarium, sed & Ecclesiæ valde periculosum. Nam laici juvenes, qui tamen nimis infesti sunt clero, audientes dispositionem Dei esse, ut clerus divitiis & dominiis finaliter privandus sit, avisum recipient amplius ipsum infestandi & spoliandi. Recipient occasionem, de injuriis & damnis ante Ecclesiæ & clero illatis non pœnitendi, sed potius excitandi, quasi in hac intentione Dei executores fuerint, & adhuc amplius futuri sint, donec clerum penitus tempori subjecerint. De facili enim potest humilis occasio præberi hoc faciendi, ad quod erat inclinatum. Rursus attente, quod tam pii tamque devoti Imperatores & cæteri Principes, propter Christianæ Ecclesiæ temporalium dotaverunt, dominia addederunt, magnifice liberaverunt, dubium esse non potest, quin hoc à Deo proceserit, & sibi gratum erat. Quia sacrum sanctis & devotissimis viris, Dei Spiritu eum habentes, ipsi quacunque facere debebant suggerentem. Ecclesia etiam, quia Spiritus S. regitur, quamodo temporalia recipiet, aut male recepta renuisset, si ad ipsius destructionem pro casu ablationis temporalium à clero, abusum eorum. Tum, quia si unus illis abuteretur, alter bene & rectè uteretur. Tum etiam eadem ratione divitiis auferri debrent à laicis divitibus, cum illis plerumque sint ad

interla-

interitum, & communiter magis abutantur temporalibus, quam clerici. Nec videtur fieri convenienter reformatio per ablationem temporalium ab Ecclesiis & clero. Quia illa tam diu possederunt & divina dispositione tenuerunt, quod ad hujusmodi ablationem mala sequerentur plurima, videlicet, murmuratio Clericorum, damnatio laicorum, & Ecclesiæ depressio, Cleri derisio, & Dei contumelia, potentum in seculo fastus & superbia. Non ergo fieret hoc modo Ecclesia reformatio, sed potius totalis dissipatio. Quoniam laici diminuerentur clero, nullam potestatem aut facultatem habenti, qua arceret hæreticos, compesceret violentos, procuraret pestimentia ad divinum cultum, & alia, generaliter salui fidelium & infidelium necessaria. Ille ergo non est convenions reformationis modus. M. Henricus de Hassia cap. XX. dicit, quod congruentiori modo reformaretur Ecclesia amoto Schismate, si post illud Deus daret unum sanctum Papam, divinis signis vel aliis undecunq; verum Christi vicarium in terris declaratum, qui rigorosa visitatione facta, per se vel per alios, omnium Ecclesiarum abusus temporalium, eis sanctæ devotione collatorum, ameveret, & alios fidelis talium bonorum dispensatores præponeret, & de cetero Ecclesias parvis & magnis de optimis rectoribus provideret, aut qui ut provideatur amplius de bonis præfatis efficaciter disponeret. Et iterum conveniens Ecclesia reformaretur, si Deus daret Papam, qui zelo Dei accensus, limitaret status singulos clericorum, qui præsunt, inferiorum & superiorum, secundum Christianæ religioni exigentiam, qui præfixa in singulis statibus, oportunis reservatis. Et de residuo temporalium bonorum procuraret augeri divinum cultum, dilatari fidem, increpari vitia, augeri virtutes, facilioneperum caritatis. Adhuc alius modus reformationis Ecclesiæ esset, videlicet, si Imperator, Reges & ceteri Principes universæ Christianitatis offerrent sponte dominia sua, cum omnibus bonis suis temporalibus uni sancto vicario Jesu Christi & suis successoribus, per eos principaliter ad Dei honorem, cujus omnia sunt, dispensanda Principibus mundi, deinceps à Papa ponendo solum advocatis ipsius in temporalibus, quæ certis temporibus haberent sibi vel suis fidelem computationem facere de receptis & expensis. Ut ita de residuo temporalium bonorum totius Christiani populi augere divinum cultum posset, fidem dilatare prædicatoribus missis ubique, & cetera opera perficere spiritualia, ad qua complenda in salutem omnium in gloriam Dei concessa sunt hominibus à Deo omnia divitiæ mundi & potestas ejusdem. Nec mireris de hoc modo reformationis Ecclesiæ & dispositionis ut puto Deo gratissima. Quia si Christum personaliter adhuc præsideret in Papatu, omnes Principes sua dominia resignare haberent & sua dispensationi omnia hujus temporis bona ad Dei honorem impendenda ex toto committere. Cum de spe sempiterna sit, postulta à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam &c. Regis eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringeos. Et illud, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quolibet ergo trium illorum modorum congruentius & salubrius reformaretur Christi Ecclesia, quam per ablationem temporalium a clero. Et tantum de illo.*

Est præterea nobis ad manus ex antiquo MSCto *Henrici de Hassia* prolixa *Epistola ad Episcopum Wormatiensem*, de flebili illorum temporum conditione. In qua pluribus differit de Hildegardicis vaticiniis. Ex Hassiana epistola post plures annos longam excerpsit corruptionis ideam *Jacobus de Jüterbock, Caribusianus*, in libro *de Erroribus & Moribus Christianorum, Propos. VI.* Cujus itidem tenemus MSCtum.

De Eckardi à Dersch. Episcopi Wormatiensis, scriptis Pacificis.

Episcopum Wormatiensem, Eckardum, haud contemnendæ eruditionis scripta illo tempore de periculosis illis & reipublicæ æque ac Ecclesiæ exitiosis Pontificum dissidiis edidisse, in solenni Oratione coram Anglis ad Pisanum Concilium commeantibus, non sine Episcopi

pi laude, commemoravit Gerson. Quæ igitur in publica Legatorum Anglicorum corona encomium Gersonis meruerant *Eckardiana* de feralibus illis motibus *monumenta*, magno studio diu frustra qvæsivimus, omnis generis antiquas excutiendo tabulas. Donec & hæc mole haud exigua in *antiquissimo Codice MSCto* felici fato in nostras inciderent manus, *scripta A.* 1383. Qvanquam verò cum Hassianis Eckardiana ista lucem meruissent, ne tamen operis moles nimium excresceret, dissimulavimus, aliis reservanda usibus. Continent autem eruditas disquisitiones, inter Eckardum Episcopum Wormatiensem aliumque virum magnum ac eruditum (Henricum forte de Hassia) institutas, de Urbano VI. & Clemente VII. Pontificibus, de illorum electione, tumultu, jure, metu, affectibus, diversisque rerum illarum fatis.

Alia similis quodammodo argumenti illo tempore à laudato Eckardo, Wormacienſi Episcopo *ligata oratione* esse scripta, memorant alii, nobis hactenus haud visa.

De Bernardi Alamandi, Episcopi Condomiensis, monumentis, Ecclesiasticæ unioni inservientibus.

Præclara circa annum 1398. de Ecclesiæ illius temporis quassato statu, deq; illi⁹ unione ac redintegratione monumenta inter alios viros magnos edidit & *Bernardus Alamandus, Decretorum Doctor, Condomiensis* apud Gallos *Episcopus*. Quorum unum XV. constat Partibus, alterum IX. capitibus absolvitur. Cui posteriori ultima manus imposita est *Parisiis A.* 1395. *d.* 15. *Febr.* Inscripta hæc opera mole satis grandia *Regi Galliarum Carolo*, ægritudine nonnihil tunc affecto. Digna sane & hæc, quæ, cum lucem hactenus vidisse non meminerim, è tenebris producta, huic Tomo II. cum *Hassiacis Eckardianis*q; fuissent inserta, cum præclara eorum possideamus *MSCta*. Ast nimia moles, temporisque brevitas, & hæc in aliud tempus differre jussit.

Quæ, aliis juncta antiquitatis ejusdemque ætatis scriptis eruditis, hactenus, quod sciamus, ineditis, vel secundæ si volet Deus horum Tomorum editioni, vel alii operi consecrabuntur.

Lectoris interea fuerit, loco illorum, *Francisci Zabarellæ* Jcti, Episcopi, dein Cardinalis, in Constantiensi Concilio magnæ autoritatis viri, *opus de Concilio diffidiisq; illis Papalibus, ope Concilii componendis*, circa annum 1408. proxime ante Pisanum *Concilii scriptum*, à *Schardio* superiori seculo editum, consulere. *MSCtum* illius antiquissimum, multo editis emendatius atque plenius felici fortuna nacti sumus, recensere tamen hic loci operis vastitas prohibuit.

Addi poterit gemimum *Gersonis* opusculum, utrumque eodem Schismatis tempore, in Pisani Concilii exordio scriptum: *De Auferibilitate Papæ ab Ecclesia*: Quod in Constantiensi postea Concilio repetitum: Cujus *MSCtum* correctius, atq; emaculatius possidemus: Et *Oratio* coram Anglicis Legatis ad Pisanum Concilium tendentibus habita. Cujus itidem correctius supperit MSCtum.

Nos uno hac vice contenti *Hassiaco*, Eckardum, Alamandum, Zabarel-

barellam, Gerſonem, aliosque, lucem his Concilii Schismatisve perilud ſedandi rebus affuturos miſimus. Satis interea clare Haſſiacus occaſionem & nervum Concilii deſiderati detexerit. Isſimi Quapropter *Concilii Piſani*, utpote initii aut *fundamenti* proximi *Concilii Conſtantienſis*, ideam ſtitimus.

Poſtquam nimirum immedicabile malum enſe reſcindendum, *Concilii* inquam *ope* tollenda Pontificalia bella, toto pene orbe, paucis exceptis, in hoc conſpirante: *Piſis* Concilium A. 1409. eſt coactum. In quo ut conſilia principum & doctorum, *de ceſſione utriusque contendentium*, finem ſuum ſortirentur, omni ſtudio laboratum. Qui *cedere renuentes*, per Concilii decreta Pontificali dignitate ſunt exuti, tertio novoque Pontifice Alexandro electo.

Concluſumque, *continuandum* hocce *Concilium eſſe poſt triennium*, alio in loco. Quod *Conſtantiæ* tandem factum. Quoniam igitur *fundamentum, exordium, regula & lumen Conſtantienſis Concilii* fuit *prævium* illud *Piſanum*, quoad unionem pacemque Eccleſiæ ceſſione comparandam: *Ideam Actorum illius Concilii* dare neceſſe fuit, quod *Parte II.* præſtare ſumus conati. Ita quidem ut ex *fragmentis antiquiſſimi Codicis MSCti Vindobonenſis*, in ipſo ut apparet Piſano Concilio contignari, ſiſteremus plurima hactenus inedita, quibuscum conferenda fuerunt Richeriana, aſt ex MSCto Wolfenbuttelenſi emendata ac locuplerata. Inprimis præmiſimus ex reconditis Curiæ Cellenſis rabulis Cardinalium ad Brunsvicenſium Duces epiſtolas, quibus conſilium & auxilium Ducum in ancipiti iſthoc Eccleſiæ ſtatu exorarunt.

Addidimus memorabilem *Pilei Archi-Epiſcopi Genuenſis orationem*, in limitibus Piſani Concilii Genuæ habitam, de utriusque Pontificis ceſſione deſiderata. Quam ex *MSC. Lipſienſi* hauſimus. Subingeſſimus etiam ſuo loco ex *MSCto Helmſtadienſi* primam & graviſſimam in Concilio Piſano habitam *Cardinalis Mediolanenſis, Petri de Candia*, mox creati Pontificis, *orationem*, ſi modo integra in MSCto comparuit, de miſerrimo Eccleſiæ illius temporis ſtatu. Cumulari plura eaque rara momenta & hic potuiſſent, ſi locus tuliſſet. Suggeſta etiamnum ex *novis*, quæ imperravimus *MSCtis*, præclara alia harum rerum documenta, aliàs haud obvia. Ceterum ſolertis erit lectoris, ad hæc Piſana præcipue negotia plenius cognoſcenda, & de pace ac unione Eccleſiæ freqventata conſilia obſervanda, conferre *Theodorici à Niem*, rerum illarum ſpectatoris olim oculatiſſimi, *de iſthoc Schismate libros*. Quos etſi ſuperiori ſeculo ediderit *Schardius*, renovarique hoc contigerit ſeculo, longe tamen locupletiores atque ornatiores ex *MSCtis*, quæ nobis ſupperunt, dediſſemus, ſi per tempus & locum licuiſſet.

Fundamento Conſtantienſis Concilii qvoad Eccleſiaſticam unionem per Piſanum Concilium poſito, propius accesſimus *ad res pacis in ipſo Conſtantienſi* noſtro *Concilio tractatas*.

Meminerit verò lector, in *Priorii Tomi* farragine compluſcula comparere monumenta, proxime ante Conſtantienſe Concilium edita, quæ non magis Reformationem Eccleſiaſticæ diſciplinæ quam *unionem & pacem*

pacem attingant. Ut ad hanc æque ac illam causam pertineant curatius cognoscendam, si fatorum & consiliorum ordo spectetur. Juvabit proinde interalia consuluisse rarum *Gersonii opusculum antehac ineditum, De Modis uniendi ac reformandi Ecclesiam in Concilio universali*, Petro de Alliaco inscriptum, Tom. I. Parte V. Cum *Petri de Alliaco Responsione* Parte VI. Ut & *Zabarellæ Cardinalis capita rerum in Constantiensi Concilio agendarum*, Parte IX.

Huc acciviſſe decebit *Theoderici Nieuwi* opus *de jure investituræ*, quatenus Cæſari competat conſtituere Pontifices. Quod opus in limitibus Conſtantienſis Concilii perfecit & abſolvit. Quippe qua de re illa tempeſtate quæſtio mota, cum tres Pontifices cedere juberentur. Unde plus ſimplici vice Conſtantienſis Concilii præſentis mentionem fecit, quo Schisma pernitioſum extingui optaret. Inter alia *Veroſimile profecto eſt*, inquit, *quod ſi etiam ita punirentur illi de cetero, qui noviſſime ſchiſmata in ipſa Romana Eccleſia fecerunt & ſuſtentant, ſicut prædictus Otto primus, & poſt eum nepos ejus Otto tertius, Auguſti, illos puniverunt, qui ſub Leonis VIII. & Gregorii V. ſummorum Pontificum prædictorum Pontificatu ſtimulante avaritia & ambitione ſchiſmata excitarunt, quod tunc facile ad perfectam unionem & reformationem ipſa Eccleſia perveniret, quodq; tunc aliqui oculos aperirent, ne diu in ſchiſmate perſeverantes in locum venirent æternorum tormentorum.*

Et paulo poſt. *Quod ſi in iſto generali Concilio Conſtantienſi negotia provide dirigantur, ex hoc multa ipſi Chriſtianitati commoda poterunt exoriri, ſicut orta fuerunt in Alvernenſi Concilio memorato.* Et poſtea: *Mihi videtur, comparando ſingulis ſingula, quod, durante ſchiſmate prædicto, quod nondum exſpiravit, magis & magis ipſa Ro. Eccleſia & aliæ Eccleſiæ propter malos rectores obfuſcatæ & denigratæ ſint variis exceſſibus & delictis. Quidam etiam dudum vaticinati fuerunt, quod prædictum ſchiſma, in quo modo, prob dolor, ſumus, per 36. annos durare deberet. Et prout tangitur ſupra, quod illud ſchiſma cauſatum fuerit propter quietem & divitias multimodas in ipſa Ro. Eccleſia, credendum eſt. Juxta illud Prophetæ: Prodiit quaſi ex adipe, iniquitas eorum. Vixerunt enim inter divitias fluentes modus ſervabatur.* Ceterū multo nobilius atq; integrius hujus *Niemiani operis* MSCtū in noſtris eſt manibus.

His prælibatis, rerum Conſtantienſium de *Unione Eccleſiæ* diſtincte *Tomo hoc II.* recenſitarum ulterior & juſta ſeries conſtabit.

Præcedunt itaque res Conſtantienſes primæ ac generales, trium Pontificum, *Gregorii XII. Benedicti XIII. & Johannis* XXIII. quoad unionem ac tranquillitatem Eccleſiæ, per *ceſſionem* ab illis deſideratam. Ut exhibeantur *prima in Concilio edita monumenta*, ab exordio Concilii, menſe Novembri, A. 1414. usque ad Martium A. 1415. publicata, *quæ negotium difficile & nodoſum ceſſionis* concernunt.

Exercitum duxit *Anonymus, parte III.* qui brevi ſed penetranti oratione animum *Sigismundo Cæſari* in Concilii principio addidit, qui deſideratiſſimæ pacis Eccleſiaſticæ negotium, à ſe inchoatum, Conſtantiæ conſtanter pertexeret.

Hunc merito excepit *Parte IV.* alias *Anonymus*, pari ardore paria calcaria *Universo Concilio* addens, quod animose jubeat cedere dignitate, quâ nimiis litibus aburantur tres summi Pontifices.

Successit *Parte V.* Vir candidissimus *Andreas Lascharius* aut *Lascharis, qui peroravit apud Cæsarem Sigismundum* in Concilio, commendans ardorem Cæsaris ad nebulas Ecclesiæ dissipandas. Fuit hic Andreas *Posnaniensis Episcopus, Polonus, Regis Poloniæ ad Constantiense Concilium Legatus.* Cujus fata fortunamque illustrat *Bzovius ad Annum* 1415. *f.* 480. *b.* his verbis: *Petrus Vissus, Episcopus Cracoviensis, à Concilio Pisano redux, ambitione Alberti Jamstrembecii, Episcopi Posnaniensis & Cancellarii regni Polonie, per summam iniquitatem sede ejectus fuerat, in quę cathedram Posnaniensem translatus, ut Jamstrembecio locum faceret, Cracoviensem insulam fusbiranti. Translatus Petrus, paucis post mensibus lento confectus morbo obiit. Quod ni obiisset, restitutus fuisset autoritate Constantiensis Concilii ad Cracoviensem Episcopatum, Alberto dejecto. Sed profuit Alberto mors ejus, ut facilius à Concilio Rege Ladislao petente, veniam impetraret. Tunc demum Collegium Posnaniense à Rege petiit ut sibi Episcopum arbitratu suo legere liceret. Neque is abnuit. Solusque in consilium sacerdotum reverenter ingressus, imperavit, ut de quatuor à se editis, inter quos etiam fuit Alexander, Ducis Mazoviæ filius, è sorore sua natus, unus legeretur Episcopus. Lectus est absens, magno omnium consensu, Andreas Lascarii, Goslavitius, Decanus Cracoviensis, & Canonicus Posnaniensis, gente Goziembius, qui tunc forte Legatus cum tribus aliis ad Sigismundum Regem Romanorum de causa Cruciferica profectus erat. Agre tamen ii decreto Collegii cum voluntate regia conjuncto, assensus est, vir bonus, & non ignarus, quarum onus in se susciperet, cujus similes tum illa tum superior tum reliqua ætas habuit, & forte habet, habituraque est paucissimos: Quippe pauci in memoriam revocantibus illud, quod aliquando Apostolus Polonorum Sanctus Adalbertus dixit: Facile quidem est gestare pedum, sed difficile reddere rationem.*

Stitit dein sese *Parte VI.* idem Episcopus & Legatus Polonus, Orator Constantiensis, *Lascarii, coram Johanne Papa* XXIII. ad spontaneam cessionem blande eum invitans.

Polono Episcopo junctus Parte VII. Viennensis Theologus *Nicolaus de Dinckelspubel, Alberti Ducis Austriæ ad Concilium Legatus,* qui in exordio Constantiensis Concilii Cæsari jus autoritatemque suam in rebus Ecclesiæ tractandis, dissidiisque componendis, præclara oratione in memoriam revocavit.

Hos duces secutus *Parte VIII.* integer exercitus *Cardinalium, Episcoporum, Doctorum, Nationum*, qui sua exercuerunt arma per quatuor primos Concilii menses, pro *cessione trium Pontificum*, verbo an ferro acquirenda, pro *jure suffragiorum in Concilio*, Episcopisne an quibusvis aliis is competat, de *autoritate Nationum* in Concilio. Donec post longas consultationes, disputationes, fluctuationes, vel & dimicationes, insidias, victorias, concluderetur *cessio Pontificum* pro pace & salute universæ reipublicæ, civilis & sacræ, *jus suffragii* non solis Ecclesiasticis

siasticis sed & omni ordini debitum, *autoritas Nationum* in consultando & res Concilii definiendo. Quæ ad has concertationes ac decisiones Conciliares porro pertinebunt, *Tomo IV.* suo loco & ordine sese offerent, ut mutuam sibi lucem præbeant.

Postquam Concilii Patres cum Cæsare Sigismundo in trium Pontificum cessionem consenserant, & à *Johanne* 23. in Concilio præsente factum initium: Hic, qui cessione fucata pacem simulaverat, habitu oris ac pectoris mutato, pacem repentinam turbavit fugâ. *Fugitivi* proinde *Johannis* aut Balthasaris *res* porro sunt à nobis recensitæ. Neque verò potuimus, quin *Fugæ Johanneæ* principia atque *præsidia* indicaremus. Quare *Parte IX.* Fœdera atq; *munera Johannea* exhibita, quibus sub initium Concilii animos Principum, *Ducis* præsertim *Austriæ Friderici*, & *Burchardi Marchionis Badensis*, sibi devinciret, fugamq; præmeditatam redderet faciliorem.

Friderici verè ope & auxilio cum elapsus è concilio esset *Johannes*, de Concilio dissolvendo consilia inita, aut tecta primùm, donec erumperent, & *machinæ Johanneæ Concilio oppositæ* omnium conspectui essent expositæ. Visuntur hæc tormenta bellica, in Concilium à Johanne versa, *Parte X.*

Nec quieviſſe *Concilium*, insidias sentiens, sed *arma opposuisse*, commemoratum *Parte XI.* quando disputatum inter Patres concilii, de Synodi autoritate, jure, fugientemque retrahendi potestate.

Damna inprimis, ex fuga Johannis in Concilium redeuntia, publicis lacrymis deploravit *Benedictus Gentianus*, vir magni nominis in Gallia, Constantiensi Concilio, ipsaq; Hispania, quo cum Cæsare Concilii nomine postea iverat. Quem lugubrem cantû audire licet *Parte XII.*

Posthæc de *Johanneis Cardinalibus*, qui cum Johanne Concilium; ac pacem saluremque publicam deseruisse visi, eorumque reversorumque studiis, ac jure, negotia pacis cum ceteris Patribus Concilii tractandi, ultro citroque variis scriptis disquisitum esse, monstravit *Pars XIII.* Quid de illis disputationibus à Petro de Alliaco aliisve postea judicatum, quidve ad aliqua momenta responsum, *nunciabit Tomus VI.*

Fata fugæ Johanneæ non in Concilii pernitiem sed *Johannis carcerem* abisse, plenius *Parte XIV. & XV.* denunciatum. Siquidem *Theodericus ad Niem*, cui & genius Johannis penitius cognitus, & fata ejus curate perspecta, compluscullis in Concilio lineis vivisque coloribus Johannis fugitivi & captivi faciem delineavit. De quibus *in præfatione Partis XIV.* quod monenda quædam videbantur, disseruimus.

Actum erat cum *Johanne*, qui ne cederet Papatu, cesserat Concilio, & ne illius fuga in perniciem cederet Concilii, in carcere omni dignitate cedere jussus erat. *Angelum verò Corario* in principio non magis pronum in resignationem fuisse, etsi tandem exemplo Johannis territus dignitatem linqueret, *Epistolæ* docent *Parte* XVI. Cetera huc pertinentia, in Concilii sessionibus peracta, *Tomus* IV. sistet.

Ultimum jam faxum erat in Hispania volvendum, renitente Petro, Gersonis itaque *oratio propemtica pro Concilii autoritate*, in Concilio ante iter Cæsaris audita, comparet, Parte XVII.

Tena-

BIBLIOTHECA NATIONALIS ROMANA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Tenacissimum vero Petri de Luna caput flecti nec per Cæsarem, nec Concilium, nec Hispaniæ Reges potuisse, donec minis & Concilii regumque edictis & armis compelleretur, indicant *Partes* XVIII. & XIX. Decreta Concilii ultima comparebunt *Tomo IV.*

Sic debellarat invictissimus Cæsar Sigismundus tres illos Ecclesiæ salutem invidentes Pontifices, triumphum de illis Concilii ope agens. Quapropter non diu de novo Pontifice, præmissis nonnullis quæ *Tomo I. Parte* XX. sunt recensita, & *hic Parte* XX. adduntur, dispiciendum putarunt Concilii Patres, electo mox *Martino*, Columnensi Cardinale, columna melioris fortunæ ex voto & spe omnium extituro.

Reflectis itaque tribus capitibus, enatoque alio, meliore futuro, Concilium mox finem vidit. Hanc tamen, pro diuturnis bellis clericalibus extinctis proque infracto & Herculeo labore ac immensis sumptibus hanc in rem factis, gratiam Cæsari Sigismundo referendam putavit Martinus V. ut Decimas uno anno ex Cleri Germanici opibus pro Cæsare colligi juberet. Quæ rei Decimalis indulgentia, quo pacto à Martino V. definita, ab Episcopis Executoribus publicata, sed & à clero Germanico ægre admissa, ac per Jctum Florentinum sub Concilii fine m impugnata fuerit, *Parte* XXI. XXII. XXIII. ex antiquissimis monumentis distincte est explicatum.

Atque *ita in pace*, Constantiæ apud Germanos parta, soluto Concilio, Princ ipum & Magnatum quisque migravit domum, lætissimi *pacis ac unionis* nuncii. Quorum exemplo nobis quoque, in *pace, Germaniæ bodie reddita*, hunc Tomum claudere ac *pacem precamur* Constantiensem nunciare datum.

ELENCHUS Autorum, Librorum, & Capitum Tomi II. Rerumque præcipuarum Index.

PARS I.

HENRICI DE LANGENSTEIN, DE HASSIA, *Germani*, in Parisiensi & Viennensi Academiis olim ante hæc tria secula eminentis, *Consilium Pacis*,

De Unione ac Reformatione Ecclesiæ in Concilio Universali quærenda, Parisiis A. 1381. scriptum.

Ex antiquissimo & authentico *MSCto Academiæ nostræ Julia.*

IN *MSCto nostro* Index capitum in fine libri his ab Autore verbis est designatus. *Capitulum* 1. Schismatis causam ad peccata reducit. *Cap.* 2. summat universa mala & pericula hoc schisma concomitantia. *Cap.* 3. Hortatur, ut omnes contra schisma assurgant, & iub ipso humiliter se habeant. *Cap.* 4. Hortatur in generali Principes & Prælatos ad schismatis ablationem per viam concilii generalis. *Cap.* 5. Descendit specialiter ad Principes, exhortans eos exemplis prædecessorum. *Cap.* 6. Infert, quomodo Reges & Principes ad concilium generale se habere debent. *Cap.* 7. Hortatur Reges & Principes ex proprii status & officii consid eratione. *Cap.* 8. 9. & 10. Multipliciter hortatur prælatos prædecessorum exemplis, verbis, doctrinis, desideriis & zelantibus studiis pro disciplina Ecclesiasti ca. *Cap.* 11. Concludit partem exhortatoriam epistolæ. *Cap.* 12. Dimittitur stilus exhortatorius & movetur quæstio: Utrum expediat fieri Concilium. Et arg uitur, quod non, per rationes. *Cap.* 13. Arguit in oppositum 14. rationibus. *Cap.* 14. Est de originali potestate Ecclesiæ ratione Papatus, & de viis fini-

finiendi [illegible] isma, & procedendi ad concilium in ipso. *Cap.*15. Respondet ad ratio-
nes ante [illegible] oppositas. *Cap.* 16. Cum duobus sequentibus enunciat ea, propter
quæ con[illegible]cilium fieri debet, esto quod schisma non evenisset. Ita quod *Cap.* 16.
tangit pr[illegible]decedentium Patrum Constitutiones, quæ in parte vel in toto jam abi-
erunt in [illegible]clsuetudinem. *Cap.*17. Summatim enunciat plures abusiones per Con-
cilium ex[illegible]cludendas. *Cap.* 18. Reducit ad memoriam diversa in Concilio investi-
ganda & [illegible]discutienda. *Cap.* 19. Est de necessitate & utilitate Conciliorum Pro-
vincialium [illegible]n & Generalium Ecclesiæ suo tempore. *Cap.*20. Est de invocatione divi-
ni auxilii [illegible]ut suum finem consequatur. Epistola.

Ulei [illegible] vero dissimulandum haud esse existimavimus Autoris stilum, ita illu-
strare no[illegible]nihil *argumenta capitum* jus ac fas esse judicavimus. Unde hæc enata
Capitum ind[illegible]signia.

Cap.I. à MSto nostro refectum, quod egit de schismatis causa, publicis nempe
peccatis. Quam causam cum aliis *Theodericus Vrie* in sua Constantiensis
Concilii historia Tomo I. Parte I. denunciaverat. Ut defectus exinde
refarciri posset. (pore. *f.*3.

Cap. II. De infanda Ecclesiastici status corruptione, illius schismatis Papalis tem-

Cap. III. Dissidia illa Papalia Ecclesiasticæ emendationi ansam datura. *f.* 4.

Cap. IV. Concilii Generalis ope dissidia ista esse tollenda. *f.* 6.

Cap. V. De Regum studio in convocandis ac dirigendis olim Conciliis pro Ec-
clesiæ emendatione ac salute. *f.* 7.8.

Cap. VI. Adhortatio ad Reges ac Principes, qui imitentur majores, in convocan-
do Concilio generali, pro morum emendatione ac dissidiis componen-
dis. *f.* 9.10.

Cap. VII. Majestaris Regiæ jus esse, publicam ope Concilii emendationem pro-
curare. *f.* 11.12.

Cap. VIII. Prælatos Ecclesiasticos obligatos esse, ad emendationem ac concordi-
am restaurandam. *f.*14.15.

Cap. IX. Ardor Prælatorum primitivæ Ecclesiæ in congregatis Conciliis pro inte-
gritate Ecclesiæ. *f.*16.17.

Cap. X. Zelus priscorum Patrum pro Conciliari emendatione disciplinæ Ec-
clesiasticæ & concordiæ restauratione. *f.*18.19.

Cap. XI. Seria exhortatio ad novam in novo Concilio ordinis sacri emendatio-
nem ac concordiam. *f.* 20.

Cap. XII. Dubia VIII. contra Concilii vim in componendo schismate Papali. *f.*21.25.

Cap. XIII. Argumenta XIV. quibus Concilii jus adstruitur. *f.* 27.32.

Cap. XIV. De jure Ecclesiæ eligendi summum Episcopum & de electo judicandi. *f.*33-37

Cap. XV. Solvuntur dubia Concilio generali congregando objecta, Cap. 12. re-
censita. Et confirmatur, Concilio opus esse. *f.* 38-48.

Cap. XVI. Saluberrimas Patrum primorum constitutiones de salutari Ecclesiastica
disciplina prorsus illo ævo exulasse demonstratum. *f.* 49-52.

Cap. XVII. De corruptissimo illius temporis Ecclesiastico regimine. *f.* 53-55.

Cap. XIIX. De extrema Ecclesiasticorum illius temporis corruptione. *f.* 56, 57.

Cap. XIX. De summa necessitate Synodorum Provincialium ac Generalium pro
emendatione Ecclesiastici status. *f.* 58.

Cap. XX. Votum Autoris pro Universali Concilio maturando. *f.* 59, 60.

PARS II.

Acta Pleniora Concilii Pisani, A. 1409. celebrati, Quod proximum
Constantiensis Concilii fuit initium atque fundamentum. In quo duo isti Pon-
tifices dissidentes, Gregorius & Benedictus, Papatu abire jussi, Ecclesiam nihilo-
minus quassare non destiterunt, donec Constantiense Concilium
hos ad quietem compelleret.

Ex MSCtis Cæsareis Vindobonensibus aliisq; pluribus.

Cardinalium Epistola *ad HENRICUM, Brunsvicensium ac Luneburgensium Du-*
cem, qua Concilii Pisani negotia illi denunciata A. 1408. 12. Maji. Ex *MSC.*
*Archivi Cellensis. f.*62-67. *Pilet,*

Pilei, Archi-Episcopi Genuensis, oratio, in Legatorum Galliæ & Parisiensis Academiæ ad Pisanum Concilium commeantium adventu, Genuæ A. 1408. mense Junio habita, de innumeris damnis ex illo Schismate in Ecclesiam devectis, deq; duorum Pontificum contendentium cessione in Concilio pro curanda. Ex *MSC. Lipsiensi. f.* 68-76.

Cardinalium Epistola ad Benedictum 13. qua ad Concilium Pisanum vocatus. Ex *MSC. Wolfenbuttelens.* Cui aliud jam accessit MSC. aliquanto correctius. *f.* 78. Pari ratione & Gregorium invitatum, constat.

Cardinalium Epistola *ad BERNHARDUM & HENRICUM, Brunsvicenses nec non Luneburgenses Duces*, qua eorum consilium atque auxilium in illis turbis Legatis; ad Concilium mittendi petuntur. Ex Archivo Cellensi. *f.* 84. *seqq.*

Oratores Concilii Pisani, Viri illustres. *Ex MSC. Vindobonensi* antiquissimo, in ipso Pisano Concilio, ut apparet, exarato. f. 88.

Inauguratio Concilii Pisani. Ex MSC. Vindob. *f.* 90. *seqq.*

Petri de Candia, *Cardinalis Mediolanensis*, mox in Concilio creati *Pontificis*, *Oratio* gravissima in prima sessione habita, De Ecclesiæ miseria ex illo Schismate orta. Ex MSC. Helmstad. *f.* 97.

Sessiones Concilii publicæ XXIII. quibus præcipue de remotione duorum Pontificum, Gregorii & Benedicti, de electione Alexandri, & partim de Ecclesiasticæ disciplinæ reformatione actum: Decretumque, Concilium hoc esse post triennium continuandum. Ex MSC. Vindobonensi & Wolf. *f.* 91. *seqq.*

PARS III.

Anonymi Calcaria, Sigismundo Imperatori & Constantiensi Concilio in ejus exordio addita, pro Pontificum contendentium cessione urgenda ac prosequenda. Ex *MSC. Vindobonensi. f.* 163. *seqq.*

PARS IV.

Anonymi Obtestatio Constantiensis Concilii, qvod dissidentes tres Pontifices removeat, bonumque subs̃tituat pro Ecclesiæ commodo. Ex *MSC. Vindobonensi f.* 167.

PARS V.

Andreæ Laskaris, *Electi Episcopi Posnaniensis*, Regis Poloniæ & magni Ducis Lithuaniæ ad Constantiense Concilium Legati, *Oratio ad Sigismundum Imperatorem*, in Constantiensis Concilii principio habita, *De pace ac unione Ecclesiæ per Sigismundum Imperatorem Constantiæ paranda.* Ex *MSC. Lipsiensi f.* 170.

PARS VI.

Ejusdem Oratio parænetica ad *Johannem Papam* 23. in principio Concilii habita *De humilitate Papam decente, frontantaque Papatus abdicatione.* Ex *MSC. Vindobon. f.* 177. *seqq.*

PARS VII.

NICOLAI De DINCKELSPUHEL, Viennensis Academiæ Theologi, Alberti Austriæ Ducis ad Concilium Legati, *Oratio, ad Sigismundum Cæsarem* in Concilii exordio habita, *De Autoritate Imperatoris res Concilii gubernandi, ut publica pateretur salus, Schismate Papali sublato.* Ex *MSC. Academiæ Julia. f.* 183. *seqq.*

PARS VIII.

CARDINALIUM, aliorumque magnorum in Concilio Virorum *Consultationes*, à Concilii principio usque ad Papæ Johannis fugam, *De tribus Pontificibus. Johanne, Gregorio & Benedicto, ad Papatus resignationem adigendis.* Ex *MSCtis Vindobonensibus.*

Cap. I. De tribus primis fatis Unionis Ecclesiæ in Constantiensi Concilio per tres priores menses, ab A. 1414. mense Novembri usq; ad Februarium Anni 1415. *f.* 199.

Cap. II. Schedula præsentata A. 1414. mense Novembri circa festum Martini, in Con-

Congregatione Doctorum in Theologia, & ex parte dein Papæ Johannni 23. oblata: *De ordine procedendi* in Concilio Constantiensi, præsertim quoad unionem Ecclesiæ. *f.* 189. *seq.*

Cap. III. De Schedula *Italorum*, oblata in Cardinalium congressu, De Concilii Pisani decretis ante omnia alia negotia prius Constantiæ confirmandis. *f.* 192.

Cap. IV. Petri de Alliaco, Cardinalis Cameracensis, Responsio ad illam Italorum schedulam, in Congregatione Cardinalium aliorumque Prælatorum oblata, cum novis *ejus Additionibus*. De propria Pisani Concilii autoritate, & minus necessaria nova ejus confirmatione: Ut & de rebus arduis quoad reformationem & unionem Ecclesiæ in Constantiensi Concilio conficiendis. *f.* 193. *seq.*

Cap. V. Petri de Alliaco Schedula nova, Cardinalibus, dein Johanni Papæ in generali congregatione oblata, de duobus Pontificibus, Gregorio & Benedicto, ad spontaneam cessionem blande invitandis. *f.* 198.

Cap. VI. Ejusdem alia Schedula Johanni Papæ exhibita, qua confirmata mollis illa via, duos reliquos contendentes Pontifices ad spontaneam cessionem invitandi. *f.* 198.

Cap. VII. Petri de Alliaco, Card. Cam. Conclusiones, de Pisani & Constantiensis Concilii unitate. *f.* 201.

Cap. VIII. De autoritate Concilii Constantiensis, absentibus etiam Gregorio & Benedicto, in negotiis progrediendi, Deque legatis illorum ad Concilium admittendis ac à Cæsare audiendis. *f.* 203.

Cap. IX. De negotio unionis Ecclesiæ post adventum Sigismundi Cæsaris ad Concilium, in principio Act. 15. maxime quoad Gregorium Papatu cessurum, cum Schedula aut prima cessionis formula per *Legatos Gregorii* Conc. oblata. *f.* 205.

Cap. X. Ludovici Bavariæ Ducis, multorumq; Episcoporum Gregorio addictorum altera cessionis Gregorianæ schedula, Cæsari Sigismundo exhibita. *f.* 206.

Cap. XI. Guillelmi Philasterii, Cardinalis, Propositio, de tribus Pontificibus, Gregorio, Benedicto & Johanne, ad cessionem Papatus compellendis. *f.* 209.

Cap. XII. Johannis Papæ 23. per alleclas suos data Responsio ad Cardinalis Philasterii propositionem de cessione. *f.* 213. 214.

Cap. XIII. Petri de Alliaco, Card. Cam. Responsio ad illas Johannis Papæ exceptiones, cessioni desideratæ oppositas. *f.* 219. 220.

Cap. XIV. Anonymi Propositiones aliæ, in Const. Concilio pro via cessionis urgenda propositæ. *f.* 223.

Cap. XV. De Contensu Nationum in Concilio, quoad Ecclesiæ unionem. *f.* 224.

Cap. XVI. Petri de Alliaco Card. Cam. Disputatio de jure suffragii in Concilio quibus competat. *f.* 225.

Cap. XVII. Guilielmus Philasterii Cardinalis, uberior probatio juris suffragii, à Petro de Alliaco demti, non solis nempe Episcopis, sed & aliis quibuscunq; viris eruditis hoc jus dicendi in Concilio esse integrum. *f.* 227. *seq.*

Cap. XVIII. Disputatio nova inter Cæsareanos & Johannæos, de ordine vota colligendi, An per capita, an per Nationes. Quod posterius admissum & à Nationibus in Concilio exercitum, quando in Nationalibus congressibus res omnis confecta. *f.* 230.

Cap. XIX. Prima formula cessionis Johanni Papæ tradita. *f.* 231.

Cap. XX. Prima formula Cessionis à Joh. consignata & Nationibus proposita. *f.* 232.

Cap. XXI. Rejectæ illi Johannææ formulæ nova à Johanne substituta cessionis suæ formula, cum variis conditionibus. *f.* 235.

Cap. XXII. Censura utriusque illius Johannææ formulæ, qua Nationes utramque prorsus repudiarunt. Deque secunda cessionis formula, Johanni per Concilium commendata. *f.* 236.

Cap. XXIII. Parisiensis Academiæ Legati cum Germanica Natione per Cæsarem uniti, quoad cessionem Johannis urgendam. *f.* 237.

Cap. XXII. De tertia cessionis formula, per Nationes exarata, ac per Cæsarem Johanni tradita. *f.* 238.
Cap. XXI. Anonymi Monita, in Natione Germanica in Concilio prodita, pro cessionis via fortiter prosequenda, ac Johanne juramentis ad eandem obligando. *f.* 239.
Cap. XXII. Nationum deliberatio ac Conclusio de tertia illa cessionis formula juramentis roborandâ. *f.* 239. 240.
Cap. XXIII. De solenni Johannis cessione tandem aliquando impetrata. *f.* 241.

PARS IX.

Johannis 23. Diplomata, Principibus quibusdam Germanis proximè antè ejus fugam data, quibus illos sibi devinciret. Ex *MSCtis Vindobonensibus.*
Cap. I. Johannis 23. Bulla, qua *Friderichum Austriæ Ducem* Genetalem Ecclesiæ Romanæ Capitaneum declaravit, additâ certa auri summâ. *f.* 246.
Cap. II. Johannis 23. Diploma, *Burchardo Marchioni Badensi* de certa pecuniæ summa tributum, ut suas sectaretur partes. *f.* 248.

PARS X.

Johannis 23. è Constantiensi Concilio ope Friderici Austriæ Ducis dapsi Machinis, ad Concilium Constantiense dissolvendum compositæ. Ex *MSCtis Vindobon. & Lipsiens.*
Cap. I. Johannis 23. Epistola, è fugâ ad *Cæsarem* in Concilio præsentem data, qua fugam suam excusaret. *f.* 142.
Cap. II. Johannis 23. Bulla, qua *Curiales* suos è Concilio ad se vocavit. *f.* 153.
Cap. III. Johannis 23. Informationes, vel Apologia suæ fugæ, *ad Academiam Parisiensem & Ducem Aurelianensem* ablegata. *f.* 154 *seqq.*
Cap. IV. Johannis 23. Epistola Apologetica, Regi Galliæ ac Duci Aurelian. ensi missa. *f.* 161. *seqq.*

PARS XI.

Constantiense Concilii acris contentio *pro ingressu in Concilia* servanda, contra Johannis fugitivi, Concilium dissolvere molientis, insidias.
Cap. I. Gersonis, Parisiensis ad Concilium Legati, Oratio publica, tertiò à fuga Johannis dicta, 23. Martii, sabbato ante Dominicam Palmarum, Concilii jussu habita, in qua quasi Legati illo die è Concilio ad Papam Johannem Schaffhusium migrarent. *De Constantiensi Concilii autoritate acjure. f.* 165. *seqq.*
Cap. II. Legatorum Academiæ Parisiensis Propositiones, de jure Concilii, Papam Johannem in à fugâ revocandi, ac sine eo Concilium pertexendi. Ex *MSC. Vindobon. f.* 173.
Cap. III. Parisiensium Conclusiones novæ, *de Concilio prosequendo*, absente licet Papa: Deque majori dignitate, Concilii & Ecclesiæ, an Papæ. Ex *MSC. Vindob. f.* 95.

PARS XII.

BENEDICTI GENTIANI, Decretorum Doctoris, Academiæ Parisiensis ad Constantiense Concilium Legati, *publicus dator ex fuga Johannis 23.* è Concilio, turbinesque exinde in quarta sessione publica per Cardinalem Zabarellam mox sublatæ: Additis ad continuandas sessiones, calcaribus, Ex *MSCto Vindobonensi. f.* 210. *seqq.*

PARS XIII.

Cardinalium, aliorumque Prælatorum in Concilio Disputationes de Jure Cardinalium Johannis 23. Concilii negotia cum reliquis Patribus tractandi.
Cap. I. Anonymi Monita, aut Conclusiones contra Johannem & Cardinales ejus, quod tractatibus Concilii absentes, nec ad illos admitti debeant. Ex *MSC. Vindobonæ. f.* 285.
Cap. II. Cardinalium Aliorum Conclusiones De Autoritate Papæ & Concilii, & jure Cardinalium Johannis 23. Concilii negotia cum ceteris tractandi, ad Cæsarem Sigismundum delatæ: Cum Concilii responsione. Ex *MSC. Lipsiens. f.* 288.
Cap. III. Johannes de Patriarcha Antiochen. Propositio in Constantiensi Concilio facta, quod

quod Papa Johannes à Concilii negotiis excludi non poſſit. *f.* 296. Ad quam quid reſponderit Petrus de Alliaco, Card. Cam. *Tomus* aperiet VI.

PARS XIV.

THEODORICI A NIEM, Paderbornenſis Weſtphali, Cutialis Romani, in Conſtantienſi Concilio clari, *Invectiva in diffugientem è Conſtantienſi Concilio Johannem XXIII.* Et *MSCto Academia Julia.*

Cap. I. Invectiva nomine Eccleſiæ in tres Pontifices, Johannem 23. Gregorium 12. & Benedictum 13. *f.* 296.

Cap. II. Eccleſiæ oratio ad Deum ſuſa pro ſui liberatione plectendisque tribus illis, inani ſtudio de primatu contendentibus. *f.* 297.

Cap. III. Securitas ac judicii divini neglectus in tribus illis Pontificibus notata. *f.* 299

Cap. IV. Impendens ſupplicium illis prænunciatum. *f.* 300.

Cap. V. De Conſtantienſi Concilio, congregato ad illud ſchiſma tollendum, Eccleſiamque à miſeria liberandam. *f.* 301.

Cap. VI. De Balthaſaris ſtudio militari ante Papatum. *f.* 302.

Cap. VII. Balthaſarum indignum irrepſiſſe in Papatum. *f.* 304.

Cap. VIII. De avaritia Balthaſaris. *f.* 304. 305.

Cap. IX. De voluptate illius. *f.* 305.

Cap. X. De arrogantia illius. *f.* 306.

Cap. XI. De ſomnolentia ejus. *f.* 307.

Cap. XII. De Tyrannide ejus. *f.* 307.

Cap. XIII. Variorum bellorum ac motuum eum fuiſſe anſam. *f.* 308.

Cap. XIV. De extrema morum corruptione ſub Balthaſaris regimine. *f.* 310.

Cap. XV. De illo in Conſtantienſi Concilio à ſede dejiciendo. *f.* 310.

Cap. XVI. De infanda Simonia à Balthaſare etiam in Germania tempore Concilii exercita. *ib.*

Cap. XVII. De ceſſione Papatus, quam in Conſtantienſi Concilio ſimulavit. *f.* 311.

Cap. XVIII. De nocturna Balthaſaris fuga è Concilio. *f.* 314.

Cap. XIX. De Curialibus Balthaſaris è Concilio ad ſe in parem fugam vocatis. *f.* 315.

Cap. XX. De Balthaſare captivo ad Concilium retrahendo. *f.* 317.

Cap. XXI. De Friderico Auſtriæ Duce fugientis Balthaſaris adjutore. *f.* 317.

Cap. XXII. A fuga retractum Balthaſarum Papali ſede eſſe movendum. *f.* 318.

Cap. XXIII. De malis artibus Balthaſaris ad ſummum Pontificatum penetrandi. *f.* 319.

Cap. XXIV. Balthaſarum à Papali ſede præcipitatum nec ullum nomen Papatus retenturum, ſed pro Johanne Balthaſarum iterum dicendum. *f.* 321.

Cap. XXV. De carcere ejus Palatino ad Rhenum. *f.* 323.

Cap. XXVI. Seria adhortatio ad pœnitentiam. *f.* 324.

Cap. XXVII. Impenſum Eccleſiæ votum pro reliquis duobus Pontificibus ſimiliter coercendis. *f.* 326.

Cap. XXVIII. Admoniti reliqui illi duo, Greg. & Benedictus, ad pœnitentiam. *f.* 327

Cap. XXIX. Invitati illi duo Pontifices ad ſpontaneam ceſſionem à Papatu. *f.* 328

Cap. XXX. Refutatio exceptionis duorum illorum Pontificum contra Concilii proceſſum adverſus Balthaſarum inſtitutum, quaſi fato hæc ita evenerint. *f.* 330

His annexa ex *Gerardo de Roo* difficilia fata Conſtantienſia Friderici Auſtriæ Ducis, qui non niſi armis Cæſaris à partibus Johannis fugitivi abſtrahi poterat. *f.* 331 *ſeqq.*

PARS XV.

THEODERICI DE NIEM De Vita ac fatis Conſtantienſibus Johannis Papæ 23. usque ad fugam & carcerem ejus, illinc cum aliis rebus in Conſtantienſi concilio ab exordio uſque ad d. 3. Junii A. 1416. geſtis.

LIBER I. *De Vita, & fatis Balthaſaris, usq; ad Concilium Conſtantienſe.*

Cap. I. De juvenili & Academica Vita Balthaſaris flagitioſa, per omnem vitæ curſum propagata. *f.* 336.

II. Quomodo ad honores ſummos in Academia Bononienſi fuerit evectus. *f.* 340.

Cap. III. Quomodo in curiam Ro. penetraverit, Cubicularius Papæ factus. Deq; pecuniariis ejus artibus, quas ibi exercuit. *ib.*
IV. De Indulgentiarum venundatione à Balthasare adornata. *ib.*
V. De arte usuraria Balthasaris. *f.* 344.
VI. De somite odii inter Balthasarem & Regem Siciliæ Ladislaum. *f.* 346.
VII. Quomodo ad Cardinalitiam dignitatem evectus Balthasar. *ib.*
VIII. Legatus Papalis ad Bononienses qui factus. *ib.*
IX. Quo pacto Bononiam suæ potestati subjecerit. *f.* 348.
X. De feroci illius imperio. *ib.*
XI. Unde simultates inter Balthasarem Cardinalem, Bononiæ Dominum, & Innocentium VII. Pontificem. *f.* 350.
XII. Unde Odium Balthasaris in Gregorium XII. Papam. *f.* 351.
XIII. Quo studio & fine Balthasar Concilium Pisanum promoverit. *ib.*
XIV. Qua arte castra occupaverit, *f.* 353.
XV. Quod in Pisano Concilio spes ad Papatum illi affulserit. Et quomodo electionem Alexandri V. promoverit. *f.* 355.
XVI. Qua via effecerit, ut Roma manibus Ladislai eriperetur. *ib.*
XVII. Qua arte impediverit, ne Papa Alexander Romam peteret. Et quo pacto Bononiam cum pellexerit. *ib.*
XIX. Quibus gradibus sedem Papalem conscenderit. *f.* 357.
XIX. De primis ejus in Papatu infortuniis. *ib.*
XX. Quod pacem inter Regem Poloniæ & Magistrum Teutonicorum conciliare detrectaverit, multisq; cædibus insecutis campum reliquerit apertum. *f.* 359.
XXI. De tractatu inter Balthasarem Papam & Carolum de Malatestis Gregorii XII. nomine, de cessione à Papatu. *f.* 361.
XXII. De bello Balthasaris Papæ contra Ladislaum Siciliæ Regem Gregorii XII. fautorem. *f.* 363.
XXIII. De novis Cardinalibus à Balthasare creatis, ut se in Papatu muniret. *f.* 367
XXIV. De pecuniaria Balthasaris Sophistica, magnâ auri summa Regem Siciliæ Ladislaum à partibus Gregorii abstrahendi, sibique devinciendi. *ib.*
XXV. Quam duriter emunxerit Curiales, suos & Romanos ære & auro. *f.* 369.
XXVI. De novis Indulgentiis Balthasaris venalibus. *f.* 371.
XXVII. De occulto transitu Balthasaris ex palatio Romano in castrum. *ib.*
XXVIII. De lite Balthasaris cum Præfecto urbis. *ib.*
XXIX. De regno Siciliæ in obedientiam Balthasaris publice reducto. *ib.*
XXX. De novis exactionibus Balthasarianis. *f.* 373.
XXXI. De quæsita nova arte Balthasaris, aurum ex regno Siciliæ expiscandi. *ib.*
XXXII. De nova occulta discordia inter Balthasarem Papam & Ladislaum Siciliæ regem. *ib.*
XXXIII. Infausta omina impendentis Balthasari ruinæ. *f.* 375.
XXXIV. Balthasar Papa quæsitus Mediator inter Imperatorem & Venetos bello implicitos, sed absque fructu. *ib.*
XXXV. De Roma per Ladislaum Siciliæ Regem occupata, & Papa cum Cardinalibus in fugam acto. *f.* 377.
XXXVI. De Balthasaris & Curialium artibus aurum recuperandi. *f.* 383.
XXXVII. De colloquio Laudensi inter Sigismundum Imperatorem & Papam de Concilio universali Constantiæ congregando. *ib.* (*f.* 385.
XXXVIII. De variis Italorum Legatis ad Imperatorē & Papam colloquio junctos.
XXXIX. De novis ac ultimis periculis, Balth. à Regel. adislao impendentib⁹. *ib.*
XL. De apparatu & itinere Balthasaris ad Constantiense Concilium: In quo spe sua prorsus ceciderit. *f.* 387.

LIBER II. *De fatis Balthasaris, f. Johannis* 23. *in Concilio Constantiensi & ejus fuga, donec sede Papali motus & in carcerem conjectus.*

Cap. I. De Conciliorum generalium fine & usu. *f.* 389.

Cap.

Cap. II. De artibus Balthasaris arcana Concilii per proditores expiscandi. *f.*390.
Cap. III. De proposita in Concilio inquisitione contra Balthasarum Papam. Eaq; reproditorie illi detecta. *f.*391.
Cap. IV. De spontanea cessione à Papatu, Balthasari commendata & ab illo etsi difficulter admissa. *ib.*
Cap. V. Definitum in Concilio iter Sigismundi in Hispaniam, ad debellandum Petrum de Luna. *f.*394.
Cap. VI. De parata Balthasaris fuga à Concilio; Eoque consilio detecto & improbato. *f.*395.
Cap. VII. De ipsa fuga Papæ Joh. 23. & Cardinalium è Concilio Schafhusiam *f.*397.
Cap. VIII. De Cardinalium reversorum ad Concilium hujusque publica dissensione, de autoritate Concilii. *ib.*
Cap. IX. De temerario conatu Cardinalium, omnes Papæ Cariales è Concilio evocandi, & Concilium dissolvendi. *f.*399.
Cap. X. De ulteriori Papæ Joh. 23. fuga Laufenbergam. *ib.*
Cap. XI. De fuga Papæ ad arcem Friburg. *ib.*
Cap. XII. De fuga Papæ Brisacum, Avenionem tendentis. *f.*401.
Cap. XIII. De fuga Papæ Nienburgum. *ib.*
Cap. XIV. De reirenata Papæ fuga, eoque Friburgum cum tumultu reverso. *ib.*
Cap. XV. De legatione Constantiensis Concilii ad Papam Friburgi agentem, pro consituendo Procuratorio in Concilio Const. *ib.* (403.
Cap. XVI. De grandibus postulatis Joh. 23. Concilio propositis pro sua cessione *f.*
Cap. XVII. De statu & consiliis Papæ & Curialium Friburgi. *ib.*
Cap. XVIII. De Protectoribus & assectis Balthasaris, ejusque Cardinalibus & Curialibus ad Concilium reversis. *ib.*
Cap. XIX. De bello Cæsaris adversus Austriæ Ducem Fridericum, donec sese Cæsari supplex in Concilio dederet. *f.*405.
Cap. XX. Captus Balthasar Papa Friburgi, & Cellam ductus. *ib.* (407.
Cap. XXI. Accusatus Balth. in Concilio, à Papatu remotus, & carceri mancipatus *f.*
Cap. XXII. De novo carcere Balthasaris Gotlebiensi. *ib.*
Cap. XXIII. De novo carcere Manheimensi Palatino, ubi Electoris Palatini cura liberaliter habitus. *ib.*

LIBER III. *De fatis reliquorum duorum Pontificum, Gregorii* XII. *& Benedicti* XIII. *aliisque Concilii negotiis, Usque ad d.* 3. *Junii A.* 1416.

Cap. I. Gregorius XII. sponte in Concilio per Legatum Papatu cessit, *f.* 409.
Cap. II. De rogo Hussi & carcere Hieronymi Pragensis. *f.*410.
Cap. III. De itinere Sigismundi Imperatoris è Concilio ad Regem Arragoniæ, supra definito, propter unionem Ecclesiæ. *f.* 411.
Cap. IV. Decretum Concilii Constantiensis de novo Papa non eligendo sine consensu Concilii. *ib.*
Cap. V. Remotio Balthasaris à Papatu in Concilio publicata. *ib.*
Cap. VI. Gregorius XII. cessionem Papatus sui, per Legatum suum in Concilio factam, solenniter approbavit. *f.*414. (*f.*415.
VII. De Narbonensi tractatu inter Sigismundum Imperatorem & Arragoniæ Regē.
Cap. VIII. Hieronymus Pragensis in Concilio recantavit. *ib.*
Cap. IX. De variis bellis tempore concilii habitis, dum è Concilio Sigismundus abfuit, & in Hispania pacis Ecclesiasticæ causa egit. *ib.*
Cap. X. De Hispanorum decreto, Petrum de Luna compellendum esse ad cessionem. *f.*421. (*f.*423.
Cap. XI. De adventu Legatorū Sigismundi ad Concil. cum spe unionis Ecclesiasticæ.
Cap. XII. De Husitarum literis ad Concilium datis, ob cædem Hussi. *f.*425.
Cap. XIII. De Legato Concilii ad Husitas Bohemos. *ib.*
Cap. XIV. De Legatione Concilii ad Argentinenses, pro liberando captivo Episcopo Arg. *ib.*

Cap. XV. De Wilhelmo de Monte, Episcopo Paderbornensi, mox Archi-Episcopo Coloniensi, ejusque lite & transactione cum Theodorico de Morsi Archi Episcopo Coloniensi. *f.* 427.

Cap. XVI. De Legatis Concilii, in Hispaniam antea missis, nunc reversis. *f.* 429.

Cap. XVII. De aliis nunciis rerum in Hispania cum Petro de Luna gestis. *ib.*

Cap. XVIII. Plena relatio Legatorum Constantiensium de rebus cum Hispanis & Petro de Luna per Sigismundum gestis. *f.* 431.

Cap. XIX. De variis causis itineris Sigism. in Galliam, deq; consilio Turcos refrenandi & terram sanctam recuperandi, rebus in occidente compositis *f.* 433.

Cap. XX. De statu Bononiensium & Romanorum tempore Concilii *f.* 435.

Cap. XXI. Capitula inter Sigismundum & Regem Arragoniæ pro unione Ecclesiæ inita, per Concilium probata. *f.* 437.

Cap. XXII. De Cardinali de Fuxis, Balthasaris assecla, ad Concilium reverso. *ib.*

Cap. XXIII. De Sigismundi adventu in Galliam. *f.* 439.

Cap. XXIV. Querela ordinis Teutonici de Episcopo Rigensi, quod habitum ordinis sui deposuisset. *f.* 439.

Cap. XXV. De pertinacia Petri de Luna, novum Papam successorem à Cardinalibus se defuncto postulantis. *f.* 441.

Cap. XXVI. De Legatorum Regis Poloniæ & Ordinis Teutonici litibus coram Concilio. *f.* 441.

Cap. XXVII. De Legato Regis Arragoniæ ad Concilium pro confirmando unionis studio *f.* 443.

Cap. XXVIII. De fuga Friderici Ducis Austriæ è Concilio. *ib.*

Cap. XXIX. De prædonibus, peregrinos sub Concilio infestantibus, ad supplicium raptis. *ib.*

Cap. XXX. De consiliis Balthasaris è carcere Palatino elabendi ope Archi-Episcopi Moguntini. *f.* 445.

Cap. XXXI. Causa Argentinensis contra Episcopum, in Concilio examinata. *ib.*

Cap. XXXII. De Testamento Regis Arragoniæ pro unione Ecclesiæ prosequenda.

Cap. XXXIII. De regno Burgundiæ, jure ad Imperium pertinente, ab Imperatore meritò recuperando: Ut & juribus Imperii in Italia, vindicandis. *ib.*

Cap. XXXIV. De reditu Hieronymi Pragensis ad priorem suam confessionem, ejusq; supplicio. *f.* 449.

Cap. XXXV. De Legatis Regis Portugalliæ, antea Balthasaris assecl æ, ad concilium venientibus. *f.* 455.

Cap. XXXVI. Argentinensium & Episcopi ipsorum controversia tractata. *ib.*

Cap. XXXVII. De pœna Johannis Creit, grandis olim in Balthasaris curia Simoniaci. *ib.*

Cap. XXXVIII. De reditu Electoris Palatini ad Concilium. *f.* 457.

Cap. XXXIX. De Archi-Episcopi Moguntinensis excusatione, quod Balthasarum ex carcere Palatino liberare non intenderit. *ib.*

Cap. XL. Sententia condemnatoria Johannis Creit, Simoniaci. *ib.*

PARS XVI.

GREGORII XII. EPISTOLÆ ad Sigismundum Imperatorem & Bavariæ Ducem, aliorumque ad Gregorium circa Constantiensis Concilii principium scriptæ, *De Schismate tollendo, ac pace Ecclesiæ per Constantiense Concilium parandâ.* Ex MSctis Vindobonensibus.

Cap. I. *Gregorii XII.* Epistola *ad Cæsarem Sigismundum*, haud longe ante Constantiense Concilium scripta, qua Sigismundum agnoscit pro Romanorum Rege, & Schismate per cum compositum iri optat. *f.* 463. *seqq.*

Cap. II. *Gregorii XII.* Epistola *ad Ludovicum, Bavariæ Ducem*, qua ob imminens Constantiense Concilium animi sui ægritudinem denunciavit. *f.* 465.

Cap. III. *Ludovici Bavariæ Ducis* Epistola responsoria *ad Gregorium* de Constantiensi Concilio, pro pacis studio. *f.* 466.

Cap.

Cap. IV. *Episcoporum, Spirensis, Hieramatiensis & Verdensis*, Epistola *ad Gregorium*, qua eum rogant, Constantiensis Concilii decretis de pace ac unione Ecclesiæ acquiescat. *f.* 467.

PARS XVII.

Gerſonis Oratio propemptica, habita in Constantiensi Concilio *A.* 1415. *d.* 21. *Valli ante iter Cæsaris Sigismundi e Concilio in Hispaniam*, ad unionem Ecclesiæ parandam *Benedictio XIII. ad cessionem pellecto aut compulso. De jure & praxi Constantiensis Concilii in componendis rebus arduis, hoc ipso Papali exhibitarum.* Ex MSC. Helmstadiensi. *f.* 469. *seqq.* usque ad *f.* 484.

PARS XVIII.

SIGISMUNDI CÆSARIS & Legatorum Concilii Constantiensis Acta Hispanica in negotio Benedicti ad cessionem perducendi. Ex MSCtis Vindobonensibus, Brunsvicensibus, Helmstadiensibus, Upsiensibus, Gothanis.

Cap. I. Petri de Luna, f. Benedictii II. prima petitio Regi Romanorum Sigismundo & Concilii Constantiensis Legatis in Hispania oblata, qua desideravit, ut in tractatum principio Acta Pisani Concilii, quo ipse erat condemnatus, rescinderentur. *f.* 486.

Cap. II. Petri de Luna Propositio de duobus modis aut viis quibus Papatui cedere vellet. Quos modos, Cæsare illius consilium non petente, A. 1415. d. 17 Oct. obtulit, ut *Archi-Episcopus Turonensis*, Concilii C. Legatus, in publica sua Apologia monuit, ut videre est *f.* 523. *seqq.* etsi Benedictus desiderium Cæsaris præterierat. *f.* 486.

Cap. III. Petri de Luna Declaratio proximi sui consilii quoad cessionem suam, De electione novi Pontificis qualem expectaret. *f.* 487. Quam Benedicti novæ propositioni fuse reluctavit *Archi-Episcopus Turonensis* in sua Apologia l. c. Aliæ Propositio Petri de Luna de sua cessione. *f.* 490.

Cap. IV. Alphonſi Regis Arragoniæ, Ferdinandi hæredis, nomine patentis Regis Petri de Luna Benedicti Papæ Perpiniani facta renunciationis *primæ requisitionis. f.* 492.

Cap. V. Petri de Luna responsio ad primam Alphonsi de cessione petitionem. *f.* 495. *seq.*

Cap. VI. Regis Arragoniæ secunda petitio cessionis Benedictinæ. *f.* 500. *seqq.*

Cap. VII. Petri de Luna responsio ad secundam illa cessionis petitionem regiam. *f.* 504

Cap. VIII. Regis Arragonia prima propositio *Cardinalibus* Benedicti facta, qui, relicto Benedicto, tractatibus Perpiniani habitis de unione Ecclesiæ interessent. *f.* 566.

Cap. IX. Cardinalium Tunc nunc negativa responsio. *f.* 507.

Cap. X. Regis Arragoniæ prima Propositio *Petalati* Benedictinis facta, qui deserto Benedicto pacem Ecclesiæ curarent. Quod fecerunt. *f.* 508.

Cap. XI. Regis Arragoniæ tertia & ultima propositio *Benedicto* facta pro cessione Papatus. *f.* 511.

Cap. XII. Regis Arragonum secunda Propositio Cardinalib. Benedictinis facta. *f.* 512.

Cap. XIII. Petri de Luna responsio ad tertiam petionem Regis. *f.* 515. *seqq.*

Hispanorum Propositio ad Imperatori Sigismundo facta, Benedictum prorsus recipiendum in tractatibus pacis, cum prorsus reluctetur. *f.* 523.

Archi-Episcopi Narbonensis Epistola de fuga Benedicti. *f.* 521.

Archi-Episcopi Turonensis, Legati Constantiensis, longa Apologia pro Cæsare Hispaniæ Regibus, Concilioq; Legatis, quod pacis Ecclesiasticæ negotium omni studio in Hispania tractaverint. *f.* 522. *seqq.*

Cap. XIV. Pacis Narbonensis inter Cæsarem Sigismundum & Hispaniæ Reges de rebus pacis in Constantiensi Concilio perficiendis. 541. *seqq.*

Cap. XV. Regis Arragonum Declaratio publica negatæ omnis obedientiæ Benedicto præstandæ, aut publicum Benedicti repudium, qui pro Papa ab Hispanis non sit amplius agnoscendus. *f.* 554.

Cap.

Cap. XVI. Ferdinandi Aragoniæ Regis Epistola ad Cæsarem, quo illud Benedicti Papæ repudium denunciatum. *f.* 562.
De modo ac solenni pompa negatæ ab Hispanis Benedicto obedientiæ. *Ibid.*

PARS XIX.

Gerson's Demonstratio, in Constantiensi Concilio publice facta, Petrum de Luna sive Benedictum XIII. esse hæreticum & Papali dignitate in Concilio exuendum. Quod & postea factum.
Cap. I. Articuli Generales, De unitate, potestate & autoritate Ecclesiæ, de quehæresi & Schismate. *f.* 566.
Cap. II. Articuli Speciales, De hæresi Petri de Luna variisque ejus Protestationibus. *f.* 575.
Cap III. De variis Erroribus Petri de Luna. *f.* 587.

PARS XX.

CARDINALILIM Consultationes de novo Pontifice in Constantiensi Concilio eligendo. Ex *MSC. Vindobon.*
Cap. I. Consiliorum Sigismundo Cæsari datum de Papa & Cardinalibus non ex una semper Natione eligendis. *f.* 584.
Cap. II. Cardinalium propositio de modo singulari in Constantiensi Concilio adhibendo in novo Papa eligendo. *f.* 586.

PARS XXI.

MARTINI V. recens in Concilio Const. electi Papæ, Diplomata de Beneficio Decimarum, quæ ex Cleri Germanici reditibus Cæsari pro infinitis laboribus & expensis in Ecclesiæ unionem factis sub finem Concilii Anno 1418. mense Januario tribut. Ex *MSCto Electorali Berolinensi.*
Cap. I. *Martini V.* literæ Gratiosæ, Cæsari datæ pro Decimis illis unius anni. *f.* 591.
Cap. II. *Martinæ V.* literæ Executoriæ, datæ Archi Episcopo Rigensi, & Episcopis Brandenburgensi & Patavienſi, pro colligendis illis decimis. *f.* 592.

PARS XXII.

Johannis Aburndi, Archi Episcopi Rigensis, Johannis de Waldow, Episcopi Brandenburgensis, Georgii Comitis de Hohenloe, Episcopi Patavienſis, Commissariorum Martini V. & colligendarum Decimarum Executorum, Mandatum Decimarum, Clero Germano in Concilio Constantiensi A. 1418. d. 2. Maji promulgatum. Ex *MSC. Electorali Berolinensi.*
Cap. I. Episcoporum horum, Papalium Commissariorum Edictum, Ecclesiasticis Germanis in Constantiensi Concilio publicatum, pro Decimis Cæsari solvendis. *f.* 594. *seqq.*
Cap. II. Forma dandi hujusmodi decimam. *f.* 606.

PARS XXIII.

Dominici de S. Geminiano, JCti Florentini, Apologia pro Clero Germano, sive Repudium Decimarum, Diplomatibus Martini V. & Edictis Episcoporum de Decimis à Clero Germano solvendis, oppositum, A. 1418. sub Constantiensis Concilii finem editum. Ex *MSC. Electorali Berolinensi.*
C.I. Querela Ecclesiarum Germanicarum de hac Decimatione Martiniana. *f.* 608.
C.II. Desiderium cleri Germani pro restringendis illis Decimis Martinianis. *f.* 610.
C.III. De Expensis à Decimis Papalibus & Cathedralibus subtrahendis. *ib.*
IV. De quarta decimarum, de qua cum illam non accipiant Ecclesiæ, nihil possi solvi. *f.* 614.
V. De sumptibus, in Advocatos Ecclesiarum annuatim factis, à decimis subtrahendis. *f.* 615.
VI. De quotidianis distributionibus an decimæ Papales solvendæ. *f.* 617.
VII. De quo Ecclesias à decimis esse immunes. *f.* 6. 619.
VIII. De Monasteriis egenis non decimandis. *f.* 620.

(o)

TOMI II. PARS I. & II.

FUNDAMENTUM NEGOTII CONSTANTIENSIS CONCILII, QVOAD UNIONEM ECCLESIASTICAM.

FELICISSIMIS AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DN. RUDOLPHI AUGUSTI

BRUNSVIC. AC LUNÆB. DUCIS

&c.

Ex antiquissimis Codicibus MSCtis

CÆSAREIS, DUCALIBUS & ACADEMICIS

recensitum

ab

HERMANNO von der Hardt.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ

IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.

HELMESTADI, Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1697.

Lectori S.

En *Prælimi*naria *negotii Constantiensis*, quoad tractatus Conciliares *de unione Ecclesiastica*. Selegimus ex magno cœru illorum *Scriptorum* hactenus *ineditorum*, qui longo illius temporis Schismati confuluerunt, unum, *Henricum de Langenstein, de Hassia*, *Germanum*, *Theologum* primò *Parisiensem* dein *Viennensem* inclytum. Præclarum verò ac memorabile illius opusculum, quod *ex MSCto* hic exhibemus, in exordio fere diræ illius tempestatis, Constantiæ tandem compositæ, editum *Parisiis* circa *Annum* 1382. Junximus *Concilii Pisani* fata, quæ *A.* 1409. Concilio Constantiensi proximius præluserunt. Maxime quod Constantiense Concilium continuatio Pisani haberetur. Ex *MSCtis* vero *Cæsareis* & *Ducalibus* multo pleniora hæc dedimus, quam *Richerius* invenit.

S. d. 30. Junii
A. 1697.

TOMI II. PARS I.

HENRICI DE LANGENSTEIN
DE HASSIA, GERMANI
Theologi illo tempore & Vicecancellarii Academiæ Parisiensis
Qui fata Constantiensis Concilii vidit & superavit,

CONSILIUM PACIS
DE
UNIONE AC REFORMATIONE
ECCLESIÆ IN CONCILIO UNIVERSALI QVÆRENDA.

Scriptum Parisiis A. 1381.
In principio motuum, in Concilio Constantiensi tandem compositorum.

Ex antiquissimo Codice MSto ACADEMIÆ HELMSTADIENSIS.

Hoc Caput reste. Umm aCodicenostro MSto.

CAP. I.
Schismatis causa, publica peccata.

CAP. II.
De infanda corruptione Ecclesiastici status tempore illius schismatis.

Prima hujus capitis verba desunt in MSto.

In prima Ecclesia humaniter cum adversariis agebatur.

PAtres synodi Ephesinæ primæ, contra *Nestorium*, Episcopum & hæreticum, synodalia decreta eidem transmittentes, talibus *blasphemiis ipsum non exasperaverunt*: Sed illi scribentes ita exorsi sunt: *Religiosæ & Deo amabili consacerdoti* Nestorio Cyrillus, vel, *qui apud Ephesum synodus. His scriptis synodice ut iam supra convenimus. Consilium dantes, ut à tam pravis abstineas dictis, & dogmatibus, recipias vero fidem rectam* &c.

Cæterum futuris *sæpe pullulatura* temporibus jam per hoc schisma *discordia, ira & invidia semina* jaciuntur in regiones & religiones, in plebes, in principes, in prælatos, in sacerdotes.

Discordia in Ecclesia irrepsit.

Inde sacerdotales status viles erunt & abjecti, devotio Christianorum arefacta, *tanquam*

Extrema sæculi.

Eccleſiaſtici ſtatus tempore ſchiſmatis Papalis ante Concilium Conſt.

ſceret, fidei fervor tepeſceret. Extolluntur mendaces, proſcribuntur veraces, religio exulat, apoſtaſia regnat, ſol juſtitiæ eclipſatur, luna terrenæ ſæculentiæ adamatur. Quoniam *non ea, quæ Dei*, non quæ *juſtitiæ*, ſed *quæ placita ſunt, aguntur.*

Et quoniam *quilibet de ſummo Pontificatu contendere item*, ut multos ſibi *fautores alliciat*, nulli potenti & petenti præſumet quicquam denegare: Et timens *adherentes* ſibi *offendere*: *Negligit juſtitiam facere, & Eccleſiaſticam dignitatis rationabiliter diſpenſare.*

Quid plus? Cum omnibus diſpenſat, de omnibus indifferenter ab ſolvit: Et quem unus excommunicat, alter non ligatum affirmat, quem unus juſte condemnat, alter male appellantem juſtificat.

Sic injuria fit juſtitiæ, vile ſcunt claves Eccleſiæ, gladius Petri non timetur. Et cum perverſorum pœnis non compeſcatur *effrenitas*, *pravis continuo invalescentibus*: Tandem victor ſedebit in ſolio majeſtatis principes tenebrarum, artifex iniquitatis, firma turus circumquaque propugnacula poteſtatis ſuæ tyrannicæ: Cui reſiſtite fortes in fide,

Cap. III.

Diſſidia illa Papalia fore Eccleſiaſticæ emendationis anſam.

Adhortatio ad diſſidia illa Papalia rellenda.

Ecce furens peſtis, hoſtilis crudelitas, rabida contrarietas, ſere omnes exuperans Eccleſiæ moleſtias! Quæ quam populo Dei ſit damnoſa, quantumque decrementum animabus & corporibus inferat, & perſeverans ſi *Natura* ſit, nullus ambigere poteſt ſide *lis* præmiſſorum penſator diſprendiorum.

Aſſurgentium eſt igitur utique, & omnino ſingulis laborandum, ut tanta clades, tanta que *pernicies*, pro ſalute populi, in Dei gloriam *eradicetur*, & penitus evellatur. In hoc opere nemo pigritetur, nullus ſit exculatus. *Nemo ſic irrigeſcat, egeſtas finis ſeculi noſtri. Oportet enim hæc fieri, & nondum ſtatim finis.*

Culpa in alios vel devolutanda.

Non miremur, non murmuremus, quaſi *tribulationis* noſtræ *cauſa in nobis* non fuerit. Sed flagelli hujus percuſſionem *merentes iniquitate*, de qua ſupra, ſubortam æſtimemus.

Schiſma Papale Reformationis Eccleſiaſticæ.

Conſolati tamen *divina ſapientia* ſubtilitate, ex malis bona ſciente & volente deducere in ſalutem fidelium recte ſub hoc flagello ſe habentium; Speremus, hanc tribulationem à Deo non gratis permiſſam, ſed *in neceſſariam emendationem reprobos*, ad probationem *quos errare videt electos*, ad propagandam vere meritorum gloriam *juſtos*.

Pro quo mente revolvamus, quoſ*ere anſa*. modo *ad ingeniosam* ſæpe utilitatem divino judicio *fidelis diverſo flagellationis verbere agitantur*, & plerumque per cuſſi leguntur. Qui, ſi Deo, ut debent, gratias egerint, ſuæque culpæ, quod talibus digni fuerint, reputaverint: Hoc, quod *tam ſæpe à Deo verti in* tribulationibus tolerant, eis pro virtutibus reputabitur. Quia & divinam agnoſcunt juſtitiam, & ſuam culpam intelligunt. *Calamitatum ſalutem.*

Cum igitur, verſo blandientis fortunæ vultu, adverſitatibus premamur, & perplexis præſentis ſchismatis anfractibus, Sathana moliente, involvamur: Non idcireò credamus, alienari à Chriſto talla paſſos: Sed magis nos ad ſe *hac occaſione emendatos* belle reduci ſperemus, dicente *Amos* Propheta: *Tantummodo vos congregavi ex omnibus nationibus terræ.* *Ideo viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Et iterum: *Ege, quos amo, corrigo & caſtigo.* *Diſſenſio Papalis emendationis ſuæ origo.*

Quosdam enim videns Deus nolle proprio voto corrigi, adverſitatum *Deus ſe*tangit ſtimulis. Quod *trimoda ratione* fit ut emendationem *reprobos*, ad probationem *electos*, ad propagandam meritorum gloriam *juſtos*. *tangit ſtimulis. Deus ſe facere conſuevit: Cum pertutit ad damnationem reprobos, ad probationem*

Flagellum autem tunc diluit culpam, cum *mutaverit vitam*. Et cujus mores

non

non mutat, inIquitates non expiat.

Discat igitur non murmurare, qui tribulationes patitur, etiamsi ignoret, cur malis quæritur, per hoc *justè se pati* arbitrans. Quia ab illo judicatur, cujus nunquam injusta judicia sunt. Et ut levius portet, quod patitur, *sua discrimina mala*, pro quibus sibi infertur retributio justa. Et tunc justificatur, quod se ipsum accusat, & Dei justitiam laudat.

Cap. IV.

Concilio Generali illa disidia esse tollenda.

EJa igitur Principes & Prælati Christianorum simul in unum, magni & parvi, seculares & regulares, summopere cavete, ne hodie litis, quos Dominus per Prophetam arguens dixit: *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* Humiliamini sub potenti manu Dei, eruditi, qui judicatis terram, convertimini ad Dominum pœnitentiam agentes super *iniquitate, qua causa* exiit *schismatis* hujus. Et miserebitur nostri Deus noster, inceptam a populo suo citius indignationem averturus.

Schisma aliud tolli posse tribomodis.

Cujus quidem *schismatis & iniquitatis*, divinæ gratiæ impeditivæ, cum suo vipereo germine, *dissolutionem*, *tripliciter* humana *via* in idem respiciente fieri posse arbitror.

Pœnitentia.

Quarum *prima*, ut quilibet *præmissorum scelerum sibi conscius perpetrator* ad cor redeat, & reconciliante *pœnitentiæ*, Dominum placet.

Precibus.

Secunda est, ut, per gyrum universalis Ecclesiæ, *miserationi divinæ* jugis *imploratio* in jejuniis, in fletu, in orationibus publicè fieri disponatur.

Concilio generali.

Tertia est, ut his, ad largiendam Spiritus sancti gratiam, dispositionibus præmissis, in nomine Jesu Christi *concilium generale convocetur*, *Ecclesiam suam ab iniquitatibus & variis exorbitationibus* hoc tempore nimio influentis *purgaturum*, atque ita, submotis caulis præsentem *existraturum* radicitus *contradictionem* in civitate, quæ schisma peperit tetricum & monstrosum.

Exemplo Patrum

Ecce *via pacis*, *via* trita præcedentium *Patrum*, via salutis. Ad quam summo studio assumendam Deo placentem viam, & indilatæ *exactionis mandandam*, valde movere debet Reges & Provinciales Christianos modernorum *cialibus* doctrix, veterum *memoria historiarum*: ac Generalibus. Infinuans, Regum devotione, patrocinio & hortatu, olim in retroactis Ecclesiæ necessitatibus *Episcoporum Synodos provinciales & generales* sic providente Domino plerumque *convocatas* fuisse, atque se, suarumque litium causas & leges corrigendas & emendandas sacro *conciliorum* suorum *judicio* devote submisisse. Ut conscriptis conciliorum gestis clarum patulo intuitu.

In convocandis Concilijs dandis

E quibus, pauca de multis in medium proponendo, accedat primus venerandæ memoriæ *Carolus Francorum Rex*. Qui in libello proclamationis contra Guemlonem Archi-Episcopum Senonensem, loquens *generalis concilio* in Suburbano Tullensi 41. Episcoporum, ita dixit: *A regni sublimitate supplantari vel projici a nullo debueram sine judicio Episcoporum, qui throni Dei sunt dicti, in quibus Deus sedet, & per quos sua decernit judicia, quorum paternis correctionibus & castigatoriis judiciis me subjicere fui paratus, & in præsenti sum subditus, &c.*

Sit hoc exemplum Regibus & Principibus molesti nostri temporis, *Concilialis determinationi se submittendi*, præcipue in illis, quæ tangunt aut fidei mysteria, aut *Ecclesiastici status* gubernacula, de quibus est, quod nunc deflemus schisma miserabile.

Cap. V.

De Regum studio in convocandis ac dirigendis olim Conciliis pro Ecclesiæ emendatione ac salute.

RUrsus in præfatione Bracarensis Concilii primi hic legitur: Lucretius metropolitanus dixit: Diu sibi, sanctissimi Patres, quod secundum statuta veterum abbinum curam, & decreta Catholicæ & Apostolica disciplina desiderabamus, facere dudum inter nos fieri debere conventum, non solum Ecclesiasticis regulis & ordinibus oportunum, sed etiam, qui stabilem semper effecit charitatis & fraternæ concordiam. Dum congregati fuimus in nomine Domini sacerdotes, inter se salutiferam collationem requirunt, quæ secundum doctrinam Apostolicam unitatem spiritus in vinculo pacis obtineant. Nunc vero, quum optatum nobis hujus congregationis diem gloriosissimus atque potentissimus filius noster ARIAMIRUS REX adspirante sibi Domino misericordiam consecutus, præsto adesse fidei confirmans, &c.

Concilii Bracarense I. sub Ariamiro Rege.

Item in gestis Concilii Toletani XIIII legitur. Cum ex gloriosa Principis Regis jussione in unum fuissemus aggregati conventum, & in basilica sanctorum Apostolorum debitis in sedibus locaremur, assurgens coram nobis idem clementissimus PRINCEPS, humilitatis gratia plenus, & claro pietatis culmine perfectus. Qui nostro se cœtui reclinem exhibere ac devotum, & imprimis omnium se communi precibus adjuvandum. Dixit. Gratia omnipotenti Deo agit de conventu vestro concilii, quia jussioni suæ, ut in unum adessent, implevissent deditionem. Et post aliqua subjunxit: Hæc generaliter obsecro, ut quicquid in nostra gloria legitur aliquando, quicquid justitiæ videtur esse contrarium, humanitatis vestræ judicio corrigatur. Hæc ille.

Concilii Toletani XIIII. sub Principe Regis.

Item in gestis Concilii Toletani XI de STSENANDO REGE HISPANIÆ, cujus studio illud congregatum fuit, sic legitur: Hic quippe cuncta in publica sanctæ matris Ecclesiæ, omnium nostrum pariter cœtus adesse, pro meritis fidei sue cum nobilissimi viri ingressus, primum curam facere dubius Dei humi prostratus cum lachrymis & gemitu pro se interveniendum Domino postulavit. Deturpitiosa prosecutione spondam exhortatus est, ut patrocinorum decretorum memora ad confirmanda in nobis jura Ecclesiastica studium præterremus, illa corrigeremus, quæ per negligentiam in usum venerint contra Ecclesiasticos mores, licentiam sibi sam de usurpatione fecerunt &c.

Concilii Toletani XI. sub Sisenando Rege.

Gloriosus quoque Recensanichus Rex ignito devotionis spiritu accensus magni Concilii Toletani Octavi patrum universalem cœtum sic allocutus est: Confitemur, universitatem vestram per multa divinitatis acceptabilem & inseparabilem Trinitatem, atque per adventum Filii Christi Domini nostri, qui pervenendi sunt impii, & glorificandi sunt sancti, ut quacunque negotia, de quorumlibus querela vestra audibilibus existerint patefacta, cum justitia rigare misericorditer & cum temperamenta misericordia justissime concedere tractetis, lo legum sententiis, qua aut depravata consistunt, aut ex superfluo del indebito contexta videntur, nostre serenitatis accommodante consensu, sola qua ad faciendam justitiam & negotiorum conveniendam convenient, ordinetis. Canonum obscura quadam, & in dubium versa, in meliorem lucidam intelligentia traducatis: Quaniminus, negotiorum conventus, ordinando, statuas, quorum vestram existerint devolutis potentiam, ita majorum regulis concordantes justitiæ, pieque ac temperanter complacere fundatus qui Christo, qui ad studiorum studium anhelo, pares adversitat, beatorum, & eos, qui adimplenda culturatem Dei me non spernitis imperantem, regie beatitudini eterna suscipiat, & vigilia dilectationis Dei sibi perenniter adhærere concedat.

Concilii Toletani VIII. sub Recensanichus Rege.

CAP. VI.

Adhortatio ad Reges ac Principes, qui imitentur majores, in convocando Concilio generali, pro morum emendatione ac dissidiis componendis.

Imitari majores debere: Quinimo Regum memoratorum devotionis exemplo salutari etiam nostri Regis exemplo & deter-

LIquet ergo ex his & similibus Regum gestis, non solum secularem potestatem pro viribus spiritualem provehere

& Principu, variis guerris & dissensionibus laborantes, *congressum concilium* devote, & aceliva humilitate pro generali fœdere pacis debere accedere, omnium se Prælatorum flagitantes consiliis & precibus adjuvandos, & judiciis dirigendos, atque ut dignissimæ memoriæ *Trigesimi Rex*, ubi supra, patrum sic alloqui cœpit: *Non dubium*, inquit, *sanctissimi Patres, ac honorabiles cælestium misteriorum dispensatores, quod optima conciliorum adinventa fluenti mundo subveniant, si fiscalia, quæ corrigenda sunt, studiis perquirantur. Et ideo quibus plagis pro cunctis decessorum peccatis vindicamur, paternitatis vestræ non reor esse incognitum.* Obinde, *quia certum apud nos geramus, quod per contemptum divinorum præceptorum terra pernicies sustineat præsentarum, dicente per Prophetam Domino:* Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea: *Quare operiet, qui salvatoris nostri & Domini verbo, salterræ comprehendimus: Ut & per vos salvationis obtineam lucrum, per quæ regnabo, ac erit sacramentum. Et ut defrenetis dignationis vestræ, ab omni immunda contagione, & ab infirmitatis pelle stillet ea, & honorum omnium sit præsentibus gratiosa. Et ideo, quia secundum Evangelicam promissionem, si duo ex vobis consenserint super terra de omnire, quodcunque petierint, hoc illis à Patre veltro qui est in cœlis: Oh hoc venerabilem Patrum cœtum! cum lacrymarum effusione convenio, ut Zelo vestri regiminis patiatur terra contagione pravitatis. Exsurgite quæso, exsurgite, endiaterum solvite nodos, transgressorum mores corrigite inhonestos, exercitate zelo disciplinam in perfidos, servorum maledictates obtundite, opprimite rebus restitute, oppressis subvenite. Et cunctis omnibus dii, præsentes vertiginosi scismatis pestem, qua hic rerum semper vestra desolet insaniam, exstirpate!*

In Concilio emendandi pravi mores.

Per Concilium fedandi.

Cap. VII.

Majestatis Regiæ jus esse, publicam ope Concilii emendationem procurare.

ET si forte, quod absit, fervens ad Christi religionem devotio Regum præcedentium, à qua posteriores unique verecundum est degenerare, & laudabile salutis studium nostros non satis movet: Saltem institutionis & ministerii *regalis dignitatis considerantia* compellat.

Audiant illi *de hac dignitate* jam non Philosophum non Propheram, sed *regalis status* feliciter *memorem*, *Recrusanum Regem* prædatum. *In nomine Domini*, inquit, *Flavius Recrusanchus Rex. Ex* [illegible] *cælitus delatum est, nunc salubrius* [illegible] *primia probatur appetere, cuncta salutis proficuum. Nam rum pia cernitur compassione prodesse, publicam alienæ salute Rex conquirat, quam de propria militare quemquam proficiat. Dis multis enim, quia multis non salus attenditur, major ne [illegible] perficitur. Hinc & illa potestas regendarum tantummodo salus sit plebium. Quo non suos fines privata [illegible] concludat, sed illa, quæ [illegible] varia limites communi Prætatis lege defendat.*

Regalis dignitatis memor.

Cum agitur præcedentium serie temporum immoderatior excrevisse Principum propria, diffundereve in spolia papiorum, & debiles subjectorum: Tandem, serene vestri regiminis affatus nobis est divinitus dictatum, ut quos subjectis leges Reverentia deferamus, Principum quoque excessus rationabilium temperantia puncremus. Quandam namque conspeximus Regis, post, [illegible] regni dorum, rei propriæ [illegible] augere luxum, insectatorum [illegible] vegetari Regnis, sed dejici ex gravedine ex munere, sed [illegible] animos pia sorchat re. Et obsitis, quod regere sunt vocati, devastationem vastationem convertunt, & Cohercentes in defensione pollere vi quiunt; latate populi obtentu acquisitum esse consilat. Atque in Principatu illa tenantur redigere [illegible] Rex sole constat rhus nutrit par-

cepisse fastigia. Et quia omnes cœtus plebis membra subjecta ad principale caput velut quasdam debitas visantes obsequiorum propellant remedium, ita modo gratum modo debitum irrogant censum.

Regalis profecto orthodoxæ hæc cuncta sibi deberi convincit, ex quo se regere cuncta cognoscit. Quæ igitur honori debentur, honori deferuntur. Et quæ Regi accumulantur, regno relinquuntur. Ut quia ejus regni gloria decorat, ipsi quoque gloriam regni non exterminet, sed exornet.

Habent denique jura condita Reges in regendo judicia justa, in parcendo pectora prona, in conquirendo studia pura, in conservando vota sincera. Ut eamdo gloriam regni cum felicitate retineat, quanto jura regiminis & mansuetudine conservaverint, & æquitate direxerint, & communi amicitiæ salvi providerint. Hinc verum sit, quod regnorum membrorum causa valetudinis salus est capitis: Et felicitas populorum non nisi manifestudo est Principum.

Porro idem ad Patres Toletani Concilii VIII. Nosse vos non ambigimus orthodoxe fidei veram scientiam atque sinceram regulam de corde puro & conscientia bona plenissime habere, maxime cum sine & sit missi fuerint ad nos. Hanc enim fidelibus servans, ad hæc salvandos fideles invitans in hac subjectos populos regens, hanc propriis gentibus tendam insinuans, hanc populis alienis annuncians, ut in illa gloriabitur Dominum & inter mirabilia omnipotentiæ divinitatis felicitas assequatur, in terra viventium hæreditas acquiratur. Arbitror mihi esse opportunum, ut ita, quo tendimus, socians ejusdem veræ fidei fœdera sanctæ operationis manifestemus, ne hanc aut sine operibus mortuam habeamus, aut ne plenitudinis suæ dignitate perfecta decidat per imperitiæ duntaxat scripturæ non silentio, de quibus dam inferiores, qui dicunt, se nosse Dominum, facti autem negant.

Hic præterm[illegible]endus non est divæ memoriæ Justinianus Imperatorius ad patrem & salutem gentium devotissimus zelus, & studium infatigabile, in pluribus autenticorum locis expressum. Maxime, inquit, Deum, & Salvatorem nostrum Jesum Christum, & ejus auxilium invocantes, studemus omnes nostros subjectos, eorum regimen credidit nobis Deus, illaesos & sine calumnia possidere, & inhibere bella &c.

Justiniani imperatoris pro publica salute zelus.

Et alibi. Nostra serenitatis zelus ad remediti invigilat subditorum, nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra republica corrigendum. Idea namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus. Nihilque emendare legibus nos pigeat, nihil, nisi rectum subjectis invenire volentes.

Et ex quo nos Deus Romanorum præfecit imperio, omne habemus studium, universa agere ad utilitatem communem nobis a Deo respublica, & illa sacre omni dilectu colatur, quæ & Jesum & contentionem privent. Quicquid quoque ad utilitatem & ornatum respicit a Deo credita nobis respublica, semper certissimo ad effectum deducere festinamus. Omnibusque civium hominibus, qui recte sapiunt, manifestum esse præsumimus, quod omne nobis & studium & vigile, ut credidit nobis a Domino Deo bene vivere, & ejus servientes educationem, quam & Dei misericordia non perditionem, sed conversionem & salutem vult, & delinquentes, qui corrigantur, suscipit &c.

Omnes itaque nobis dies & nostra contingit cum omni lucubratione & cogitatione dignes semper volentibus quæ aliquid utile & placens Deo a nobis collaterium præbeatur. Et non in vana vigilias ducimus, sed in hujusmodi ea expendimus, consilia provocando, nostre sub æqualitate dictum utentes, ut nostri subjectis sub omni quiete consistant, felicitatisque liberalis, nobis in posterum proximus contubernium suscipiantibus &c.

Teneantur itaque seculi Principes omni via ad Dei gloriam & populi salutem concertem germen concordiæ & veritatis in ordinem pacinnes seminare, & crimen discordiæ & iniquitatis a civitate Dei longe fugare, Ecclesiæ venerabilium præsedentium exemplis commoniti, qui ad hoc summis anhelabant desideriis.

Principum via ad Dei gloriam & populi salutem concertem.

Undeetiam Valentinianus & Martianus Augusti, de pace & tranquillitate Martianus Ecclesiæ per Chalcedonense Concilii Valentinianus & Martianus Augusti.

Tandem aliquando, quod summis votis ac ex. cupidis optabamus eventis. Remota est discordia studiosa Christi morum lege contenta. Tandem Ecclesiæ remedia laborabilis curavit salutifica gaudia, diuturnæ

sunt, & discors populorum sententia in unum consensum concordiamque convenit: A diversis enim provinciis religiosissimi sacerdotes Chalcedona venerunt. Discessit igitur jam profana contentio, jam vere impium & sacrilegum est, qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliud tractandum relinquitur. Extrema quippe dementia est, in medio & peripicuo die commentitium lumen inquirere. Quisquis enim post versutum illum repertam adhuc alterius discutit, mendacium quærit &c.

Et hæc de *exhortatione Regum & Principum* prò auferendo præsenti schismate sufficiant.

Cap. VIII.

Prælatos Ecclesiasticos obligatos esse, ad emendationem ac concordiam restaurandam.

A Prælatis absit incuria.

Deinde, stylo specialius ad *exhortationem Prælatorum* deflexo, primum velint attendere, quod si in civitate ponderi collidentis ruinæ æqualiter proximorum curam convenit obviare, quanto grandioris erit culpæ, *prælatos incuris discrimen incurrere*, si, convalescente commotionis ónere, sibi commissos non procurent populos omni rationabili via sublevare.

Obligati prælati ad emendationem ac concordiam revocandam.

Properandum est ergo eis, inter ruinas *collisionum* catervas eripere collidentium, ne ex hoc jugiter & ultra vigorem nocentibus habeat execranda pressura: Et omnis compressus novercatur, sanctæ satisfactionis esse sibi collata remedia: Et ille, à quo conferuntur, non ignoret, soliditatem reddidisse fracturæ, atque fecisse consurgere, quod consisterat cecidisse, incrementum grande ultatæ esse mercedis & plenitudinem consummatæ perfectionis.

Exemplo majorum. Majores gavisi de conciliari convenire, pro morum emendatione.

Rursus eos movèat *venerabilium Patrum*, primitivæ Ecclesiæ gubernacula tenentium, ingens mentis stupidum, sæpe exteriorem erumpere cogens exultationis plausum, quando *concilia* liter eis *convenienti* præstabatur occasio, & facultas suppetebat.

Unde, ut legitur in gestis *Toletani Concilii XI.* collectis in unum *Carthaginis provincia sacerdotibus* in urbe Toletana, in beatæ Matris Domini Mariæ sede, de instauratione pacis, *totiusq; status Ecclesiastici reintegratione* tractaturis, atq; *maculas clericalis ordinis abstergeturis*, prorumpunt in hæc verba: *Ket mortui*

gaudii, & dies nimium optata gratulationi occurrit, in quo nobis datum est consuescere pariter & deflere, quantum lacrymarum de præteritis Domino debemus. Eramus enim usq; hunc prolabentis sæculi colluvione inquabiles, Quia annosa series temporum subtrahebat luce conciliorum, non tam vitia auxerat, quam matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus ingerebat. Cernimus enim, quomodo Babylonica confusionis olla succensa nunc temporis concilium averteret, nunc sacerdotes Domini resolutis moribus irrueret. Purpurata enim meretricis sequebantur invitamenta, quia Ecclesiastici conventus non aderat disciplina, nec erat, qui tyrannium corrigeret paries, cum sermo divinus haberetur extorris. Et quia non erat adunandorum Pontificum ulla præceptio, crescebat in majus vitia deterior.

Sed tuus tandem divina nos clementia ex alto respiciens tempori ætatis nostræ se occurrendum præbuit & saluti præparans nostris sæculis religiosi Principis Wambaldi mentem devotam pariter & instrumentum, cujus providæ solicitudinis vice & lux concilium venovata refulendum, & alterna charitate semutuo incurrigendum & instruendi, moribus excitavit, animo & aggrediendi nobis tortum Principis religiosi facultas est data, oportuna corrigendis præparata disciplina. Ut, qui decursis longe ante temporibus post 18 labentium annorum excursum innumm mercurium aggregari conventum, ut mederi passemus spiritualis gratia sanctum. Nec numerus iste alienus est à salute. Sicut enim mulier illa in Evangelio ter senis annorum curvus, curvus, figuram totius generis humani gestans, sub ob-

Digitized by Google

Cap. XXIV. De tertia cessionis formula, per Nationes exarata, ac per Cæsarem Johanni tradita. *f.* 238.

Cap. XXV. Anonymi Monita, in Natione Germanica in Concilio prodita, pro cessionis via fortiter prosequenda, ac Johanne juramentis ad cedendum obligando. *f.* 239.

Cap. XXVI. Nationum deliberatio ac Conclusio de tertia illa cessionis formula juramentis roborandia. *f.* 239. 240.

Cap. XXVII. De solenni Johannis cessione tandem aliquando imperata. *f.* 241.

PARS IX.

Johannis 23. Diplomata, Principibus quibusdam Germanis proxime ante ejus fugam data, quibus illos sibi devinciret. Ex *MSCtis Vindobonensibus.*

Cap. I. Johannis 23. Bulla, qua *Friderico Austriæ Duci* Generalem Ecclesiæ Romanæ Capitaneum declaravit, addita certa auri summa. *f.* 246.

Cap. II. Johannis 23. Diploma, *Burchardo Marchioni Badensi* de certa pecuniæ summa tributum, ut suas tueretur partes. *f.* 248.

PARS X.

Johannis 23. è Constantiensi Concilio ope Friderici Austriæ Ducis elapsi Machinæ, ad Concilium Constantiense dissolvendum compositæ. Ex *MSCtis Vindobon. & Lipsiens.*

Cap. I. Johannis 23. Epistola, è fuga *ad Cæsarem* in Concilio præsentem data, qua fugam suam excusat. *f.* 152.

Cap. II. Johannis 23. Bulla, qua *Cæsarem* suos è Concilio ad se vocavit. *f.* 153.

Cap. III. Johannis 23. Informationes, vel Apologia suæ fugæ, *ad Academiam Parisiensem & Ducem Aurelianensem* oblegata. *f.* 154 *seqq.*

Cap. IV. Johannis 23. Epistola Apologetica, Regi Galliæ ac Duci Aurelianensi missa. *f.* 161. *seqq.*

PARS XI.

Constantiensis Concilii acris contentio *pro integritate Concilii* servanda, contra Johannis fugitivi, Concilium dissolvere molientis, insidias.

Cap. I. Gersonis, Parisiensis ad Concilium Legati, Oratio publica, tertio à fuga Johannis die, 25. Martii, Sabbato ante Dominicam Palmarum, Concilii jussu, habita, *ad quam* Legati die 6 Concilio ad Papam Johannem Schaffhusium migrarent. *De Constantiensi Concilii autoritate &c. f.* 165. *seqq.*

Cap. II. Legatorum Academiæ Parisiensis Propositiones, de jure Concilii, Papam Johannem à fuga revocandi, ac sine eo Concilium pertexendi. Ex *MSC. Vindobon. f.* 173.

Cap. III. Parisiensium Conclusiones novæ, *de Concilio prosequendo* absente licet Papa: Deque majori dignitate, Concilii & Ecclesiæ, quam Papæ. Ex *MSC. Vindob. f.* 95.

PARS XII.

BENEDICTI GENTIANI, Decretorum Doctoris, Academiæ Parisiensis ad Constantiense Concilium Legati, *publicus dolor ex fuga Johannis* 23. è Concilio, turbineque exinde in quarta sessione publica per Cardinalem Zabarellam mox suscitato: Additis ad continuandas sessiones calcaribus. Ex *MSCtis Vindobonensibus. f.* 180. *seqq.*

PARS XIII.

Cardinalium, aliorumque Prælatorum in Concilio Disputationes de Jure Cardinalium Johannis 23. Concilii negotia cum reliquis Patribus tractandi.

Cap. I. Anonymi Monita, aut Conclusiones contra Johannem & Cardinales ejus, quod à tractatibus Concilii abesse, nec ad illos admitti debeant. Ex *MSC. Vindobon. f.* 285.

Cap. II. Cardinalium Conclusiones De Autoritate Papæ & Concilii, & jure Cardinalium Johannis 23. Concilii negotia cum ceteris tractandi, ad Cæsarem Sigismundum delatæ: Cum Concilii responsione. Ex *MSC. Lipsiens. f.* 2[illegible]8.

Cap. III. Johannis, Patriarchæ Antiochen. Propositio in Constantiensi Concilio facta, quod

quod Papa Johannes à Concilii negotiis excluſi non poſſit. *f.* 296. Ad quam quid reſponderit Petrus de Alliaco, Card. Cam. *Tomus* aperiet VI.

PARS XIV.

THEODORICI A NIEM, Paderbornenſis Weſtphali, Curialis Romani, in Conſtantienſi Concilio clari, *Invectiva in diffugientem è Conſtantienſi Concilio Johannem XXIII.* Et *MSCto Academiæ Julia.*

Cap. I. Invectiva nomine Eccleſiæ in tres Pontifices, Johannem 23. Gregorium 12. & Benedictum 13. *f.* 296.

Cap. II. Eccleſiæ oratio ad Deum ſuſa pro ſui liberatione plectendisque tribus illis, inani ſtudio de primatu contendentibus. *f.* 297.

Cap. III. Securitas ac judicii divini neglectus in tribus illis Pontificibus notata. *f.* 299

Cap. IV. Impendens ſupplicium illis prænunciatum. *f.* 300.

Cap. V. De Conſtantienſi Concilio, congregato ad illud ſchiſma tollendum, Eccleſiamque à miſeria liberandam. *f.* 301.

Cap. VI. De Balthaſaris ſtudio militari ante Papatum. *f.* 302.

Cap. VII. Balthaſarum indignum irrepiſſe in Papatum. *f.* 304.

Cap. VIII. De avaritia Balthaſaris. *f.* 304. 305.

Cap. IX. De voluptate illius. *f.* 305.

Cap. X. De arrogantia illius. *f.* 306.

Cap. XI. De ſomnolentia ejus. *f.* 307.

Cap. XII. De Tyrannide ejus. *f.* 307.

Cap. XIII. Variorum bellorum ac motuum eum fuiſſe anſam. *f.* 308.

Cap. XIV. De extrema morum corruptione ſub Balthaſaris regimine. *f.* 310.

Cap. XV. De illo in Conſtantienſi Concilio à ſede dejiciendo. *f.* 310.

Cap. XVI. De infanda Simonia à Balthaſare etiam in Germania tempore Concilii exercita. *ib.*

Cap. XVII. De ceſſione Papatus, quam in Conſtantienſi Concilio ſimulavit. *f.* 311.

Cap. XVIII. De nocturna Balthaſaris fuga è Concilio. *f.* 314.

Cap. XIX. De Curialibus Balthaſaris è Concilio ad ſe in parem fugam vocatis. *f.* 315.

Cap. XX. De Balthaſare captivo ad Concilium retrahendo. *f.* 317.

Cap. XXI. De Friderico Auſtriæ Duce fugientis Balthaſaris adjutore. *f.* 317.

Cap. XXII. A fuga retractum Balthaſarum Papali ſede eſſe movendum. *f.* 318.

Cap. XXIII. De malis artibus Balthaſaris ad ſummum Pontificatum penetrandi. *f.* 319.

Cap. XXIV. Balthaſarum à Papali ſede præcipitatum nec ullum nomen Papatus retenturum, ſed pro Johanne Balthaſarum iterum dicendum. *f.* 321.

Cap. XXV. De carcere ejus Palatino ad Rhenum. *f.* 323.

Cap. XXVI. Seria adhortatio ad pœnitentiam. *f.* 324.

Cap. XXVII. Impenſum Eccleſiæ votum pro reliquis duobus Pontificibus ſimiliter coercendis. *f.* 326.

Cap. XXVIII. Admoniti reliqui illi duo, Greg. & Benedictus, ad pœnitentiam. *f.* 327

Cap. XXIX. Invitati illi duo Pontifices ad ſpontaneam ceſſionem à Papatu. *f.* 328

Cap. XXX. Reſutatio exceptionis duorum illorum Pontificum contra Concilii proceſſum adverſus Balthaſarum inſtitutum, quaſi fato hæc ita evenerint. *f.* 330

His annexa ex *Gerardo de Roo* difficilia fata Conſtantienſia Friderici Auſtriæ Ducis, qui non niſi armis Cæſaris à partibus Johannis fugitivi abſtrahi poterat. *f.* 331. *ſeqq.*

PARS XV.

THEODERICI DE NIEM De Vita ac fatis Conſtantienſibus Johannis Papæ 23. usque ad fugam & carcerem ejus, Una cum aliis rebus in Conſtantienſi concilio ab exordio uſque ad d. 3. Junii A. 1416. geſtis.

LIBER I. *De Vita, & fatis Balthaſaris, usq; ad Concilium Conſtantienſe.*

Cap. I. De juvenili & Academica Vita Balthaſaris flagitioſa, per omnem vitæ curſum propagata. *f.* 336.

II. Quomodo ad honores ſummos in Academia Bononienſi fuerit evectus. *f.* 340.

Cap. III. Quomodo in curiam Ro. penetraverit, Cubicularius Papæ factus. Deq; pecuniariis ejus artibus, quas ibi exercuit. *ib.*
IV. De Indulgentiarum venundatione à Balthasare adornata. *ib.*
V. De arte usuraria Balthasaris. *f.* 344.
VI. De somite odii inter Balthasarem & Regem Siciliæ Ladislaum. *f.* 346.
VII. Quomodo ad Cardinalitiam dignitatem evectus Balthasar. *ib.*
VIII. Legatus Papalis ad Bononienses qui factus. *ib.*
IX. Quo pacto Bononiam sub potestati subjecerit. *f.* 348.
X. De feroci illius imperio. *ib.*
XI. Unde simultates inter Balthasarem Cardinalem, Bononiæ Dominum, & Innocentium VII. Pontificem. *f.* 350.
XII. Unde Odium Balthasaris in Gregorium XII. Papam. *f.* 351.
XIII. Quo studio & fine Balthasar Concilium Pisanum promoverit. *ib.*
XIV. Qua arte castra occupaverit. *f.* 353.
XV. Quod in Pisano Concilio spes ad Papatum illi affulserit. Et quomodo electionem Alexandri V. promoverit. *f.* 355.
XVI. Qua via effecerit, ut Roma manibus Ladislai eriperetur. *ib.*
XVII. Qua arte impedierit, ne Papa Alexander Romam peteret. Et quo pacto Bononiam compulerit. *ib.*
XIX. Quibus gradibus sedem Papalem consenderit. *f.* 357.
XIX. De primis ejus in Papatu infortuniis. *ib.*
XX. Quod pacem inter Regem Poloniæ & Magistrum Teutonicorum conciliare detrectaverit; multisq; cædibus insecutis campum reliquerit apertum. *f.* 359.
XXI. De tractatu inter Balthasarem Papam & Carolum de Malatestis Gregorii XII. nomine, de cessione à Papatu. *f.* 361.
XXII. De bello Balthasaris Papæ contra Ladislaum Siciliæ Regem Gregorii XII. fautorem. *f.* 363.
XXIII. De novis Cardinalibus à Balthasare creatis, ut se in Papatu muniret. *f.* 367
XXIV. De pecuniaria Balthasaris Sophistica, magnâ auri summa Regem Siciliæ Ladislaum à partibus Gregorii abstrahendi, sibique devinciendi. *ib.*
XXV. Quam duriter emunxerit Curiales, suos & Romanos ære & auro. *f.* 369.
XXVI. De novis Indulgentiis Balthasaris venalibus. *f.* 371.
XXVII. De occulto transitu Balthasaris ex palatio Romano in castrum. *ib.*
XXVIII. De lite Balthasaris cum Præfecto urbis. *ib.*
XXIX. De regno Siciliæ in obedientiam Balthasaris publice reducto. *ib.*
XXX. De novis exactionibus Balthasarianis. *f.* 373.
XXXI. De quæsita nova arte Balthasaris, aurum ex regno Siciliæ expiscandi. *ib.*
XXXII. De nova occulta discordia inter Balthasarem Papam & Ladislaum Siciliæ regem. *ib.*
XXXIII. Insaustæ omina impendentis Balthasari ruinæ. *f.* 375.
XXXIV. Balthasar Papa quæsitus Mediator inter Imperatorem & Venetos bello implicitos, sed absque fructu. *ib.*
XXXV. De Roma per Ladislaum Siciliæ Regem occupata, & Papa cum Cardinalibus in fugam acto. *f.* 377.
XXXVI. De Balthasaris & Curialium artibus aurum recuperandi. *f.* 383.
XXXVII. De colloquio Laudensi inter Sigismundum Imperatorem & Papam de Concilio universali Constantiæ congregando. *ib.* *f.* 385.
XXXVIII. De variis Italorum Legatis ad Imperatorē & Papam colloquio junctos.
XXXIX. De novis ac ultimis periculis, Balth. à Rege Ladislao inpendentib'. *ib.*
XL. De apparatu & itinere Balthasaris ad Constantiense Concilium: In quo spe sua prorsus cecidit. *f.* 387.

LIBER II. *De fatis Balthasaris, f. Johannis 23. in Concilio Constantiensi & in fuga, donec sede Papali motus & in carcerem conjectus.*

Cap. I. De Conciliorum generalium fine & usu. *f.* 389.

Cap.

Cap. II. De artibus Balthasaris arcana Concilii per proditores expiscandi. *f.* 390.
Cap. III. De proposita in Concilio inquisitione contra Balthasarum Papam. Eaq; re proditorie illi detecta. *f.* 391.
Cap. IV. Desponanea cessione à Papatu, Balthasari commendata & ab illo etsi difficulter admissa. *ib.*
Cap. V. Definitum in Concilio iter Sigismundi in Hispaniam, ad debellandum Petrum de Luna. *f.* 394.
Cap. VI. De parata Balthasaris fuga à Concilio; Eoque consilio detecto & improbato. *f.* 395.
Cap. VII. De ipsa fuga Papæ Joh. 23. & Cardinalium è Concilio Schaffhusiam. *f.* 397.
Cap. VIII. De Cardinalium reversorum ad Concilium hujusque publica dissensione, de autoritate Concilii. *ib.*
Cap. IX. De temerario conatu Cardinalium, omnes Papæ Cariales è Concilio evocandi, & Concilium dissolvendi. *f.* 399.
Cap. X. De ulteriori Papæ Joh. 23. fuga Laufenbergam. *ib.*
Cap. XI. De fuga Papæ ad arcem Friburg. *ib.*
Cap. XII. De fuga Papæ Brisacum, Avenionem tendentis. *f.* 401.
Cap. XIII. De fuga Papæ Nienburgum. *ib.*
Cap. XIV. De retrenata Papæ fuga, eoque Friburgum cum tumultu reverso. *ib.*
Cap. XV. De legatione Constantiensis Concilii ad Papam Friburgi agentem, pro constituendo Procuratorio in Concilio Const. *ib.* (403.
Cap. XVI. De grandibus postulatis Joh. 23. Concilio propositis pro sua cessione. *f.*
Cap. XVII. De statu & consiliis Papæ & Curialium Friburgi. *ib.*
Cap. XVIII. De Protectoribus & assectis Balthasaris, ejusque Cardinalibus & Curialibus ad Concilium reversis. *ib.*
Cap. XIX. De bello Cæsaris adversus Austriæ Ducem Fridericum, donec sese Cæsari supplex in Concilio dederet. *f.* 405.
Cap. XX. Captus Balthasar Papa Friburgi, & Cellam ductus. *ib.* (407.
Cap. XXI. Accusatus Balth. in Concilio, à Papatu remotus, & carceri mancipatus *f.*
Cap. XXII. De novo carcere Balthasaris Gotlebiensi. *ib.*
Cap. XXIII. De novo carcere Manheimensi Palatino, ubi Electoris Palatini cura liberaliter habitus. *ib.*

LIBER III. *De fatis reliquorum duorum Pontificum, Gregorii* XII. *& Benedicti* XIII. *aliisque Concilii negotiis, Usque ad d.* 3. *Junii A.* 1416.

Cap. I. Gregorius XII. sponte in Concilio per Legatum Papatu cessit, *f.* 409.
Cap. II. De rogo Hussi & carcere Hieronymi Pragensis. *f.* 410.
Cap. III. De itinere Sigismundi Imperatoris è Concilio ad Regem Arragoniæ, supra definito, propter unionem Ecclesiæ. *f.* 411.
Cap. IV. Decretum Concilii Constantiensis de novo Papa non eligendo sine consensu Concilii. *ib.*
Cap. V. Remotio Balthasaris à Papatu in Concilio publicata. *ib.*
Cap. VI. Gregorius XII. cessionem Papatus sui, per Legatum suum in Concilio factam, solenniter approbavit. *f.* 414. (*f.* 415.
VII. De Narbonensi tractatu inter Sigismundum Imperatorem & Arragoniæ Regē.
Cap. VIII. Hieronymus Pragensis in Concilio recantavit. *ib.*
Cap. IX. De variis bellis tempore concilii habitis, dum è Concilio Sigismundus abfuit, & in Hispania pacis Ecclesiasticæ causa egit. *ib.*
Cap. X. De Hispanorum decreto, Petrum de Luna compellendum esse ad cessionem. *f.* 421. (*f.* 423.
Cap. XI. De adventu Legatorū Sigismundi ad Concil. cum spe unionis Ecclesiasticæ.
Cap. XII. De Husitarum literis ad Concilium datis, ob cædem Hussi. *f.* 425.
Cap. XIII. De Legato Concilii ad Husitas Bohemos. *ib.*
Cap. XIV. De Legatione Concilii ad Argentinenses, pro liberando captivo Episcopo Arg. *ib.*

Cap. XV. De Wilhelmo de Monte, Episcopo Paderbornensi, mox Archi-Episcopo Colonienſi, ejusque lite & transactione cum Theodorico de Morſa Archi Episcopo Colonienſi. f. 427.
Cap. XVI. De Legatis Concilii, in Hiſpaniam antea miſſis, nunc reverſis. f. 429.
Cap. XVII. De aliis nunciis rerum in Hiſpania cum Petro de Luna geſtis ib.
Cap. XVIII. Plena relatio Legatorum Conſtantienſium de rebus cum Hiſpanis & Petro de Luna per Sigismundum geſtis. f. 431.
Cap. XIX. De variis cauſis itineris Sigism. in Galliam, deq; conſilio Turcos refrenandi & terram ſanctam recuperandi, rebus in occidente compoſitis f. 433.
Cap. XX. De ſtatu Bononienſium & Romanorum tempore Concilii f. 435.
Cap. XXI. Capitula inter Sigismundum & Regem Arragoniæ pro unione Eccleſiæ inita, per Concilium probata. f. 437.
Cap. XXII. De Cardinali de Fuxis, Balthaſaris aſſecla, ad Concilium reverſo. ib.
Cap. XXIII. De Sigismundi adventu in Galliam. f. 439.
Cap. XXIV. Querela ordinis Teutonici de Epiſcopo Rigenſi, quod habitum ordinis ſui depoſuiſſet. f. 439.
Cap. XXV. De pertinacia Petri de Luna, novum Papam ſucceſſorem à Cardinalibus ſe defuncto poſtulantis. f. 441.
Cap. XXVI. De Legatorum Regis Poloniæ & Ordinis Teutonici litibus coram Concilio. f. 441.
Cap. XXVII. De Legato Regis Arragoniæ ad Concilium pro confirmando unionis ſtudio. f. 443.
Cap. XXVIII. De fuga Friderici Ducis Auſtriæ è Concilio. ib.
Cap. XXIX. De prædonibus, peregrinos ſub Concilio inſeſtantibus, ad ſupplicium raptis. ib.
Cap. XXX. De conſiliis Balthaſaris è carcere Palatino clabendi ope Archi-Epiſcopi Moguntini. f. 445.
Cap. XXXI. Cauſa Argentinenſis contra Epiſcopum, in Concilio examinata. ib.
Cap. XXXII. De Teſtamento Regis Arragoniæ pro unione Eccleſiæ profequenda.
Cap. XXXIII. De regno Burgundiæ, jure ad Imperium pertinente, ab Imperatore merito recuperando: Ut & juribus Imperii in Italia, vindicandis. ib.
Cap. XXXIV. De reditu Hieronymi Pragenſis ad priorem ſuam confeſſionem, ejusq; ſupplicio. f. 449.
Cap. XXXV. De Legatis Regis Portugalliæ, antea Balthaſaris aſſeclæ, ad concilium venientibus. f. 455.
Cap. XXXVI. Argentinenſium & Epiſcopi ipſorum controverſia tractata. ib.
Cap. XXXVII. De pœna Johannis Creit, grandis olim in Balthaſaris curia Simoniaci. ib.
Cap. XXXVIII. De reditu Electoris Palatini ad Concilium. f. 457.
Cap. XXXIX. De Archi-Epiſcopi Moguntinenſis excuſatione, quod Balthaſarum ex carcere Palatino liberare non intenderit. ib.
Cap. XL. Sententia condemnatoria Johannis Creit, Simoniaci. ib.

PARS XVI.

GREGORII XII. EPISTOLÆ ad Sigismundum Imperatorem & Bavariæ Ducem, aliorumque ad Gregorium circa Conſtantienſis Concilii principium ſcriptæ, *De Schiſmate tollendo, ac pace Eccleſiæ per Conſtantienſe Concilium paranda.* Ex MSctis Vindobonenſibus.
Cap. I. *Gregorii XII.* Epiſtola *ad Cæſarem Sigismundum*, haud longe ante Conſtantienſe Concilium ſcripta, qua Sigismundum agnoſcit pro Romanorum Rege, & Schiſma per eum compoſitum iri optat. f. 463. ſeqq.
Cap. II. *Gregorii XII.* Epiſtola *ad Ludovicum ‡ Bavariæ Ducem*, qua ob imminens Conſtantienſe Concilium animi ſui ægritudinem denunciavit. f. 465.
Cap. III. *Ludovici Bavariæ Ducis* Epiſtola reſponſoria *ad Gregorium* de Conſtantienſi Concilio, pro pacis ſtudio. f. 466.

Cap.

Cap. IV. *Episcoporum, Spirensis, Wormatiensis & Verdensis*, Epistola *ad Gregorium*, qua eum rogant, Constantiensis Concilii decretis de pace ac unione Ecclesiæ acquiescat. *f.* 467.

PARS XVII.

Gerſonis Oratio propemptica, habita in Constantiensi Concilio *A.* 1415. *d.* 21. *Tulli ante iter Cæsaris Sigismundi è Concilio in Hispanium*, ad unionem Ecclesiæ parandam *Benedicto XIII. ad cessionem pellicio aut compulso. De jure & praxi Constantiensis Concilii in comparandis rebus arduis, seq. scilicet Papali schismate. Ex MSC. Helmstadiensi. f.* 469. *seqq.* usque ad *f.* 484.

PARS XVIII.

SIGISMUNDI CÆSARIS & Legatorum Concilii Constantiensis Acta Hispanica in negotio Benedicti ad cessionem perducendi. Ex MSctis Vindonensibus, Brunsvicensibus, Helmstadiensibus, Lipsiensibus, Gothanis.

Cap. I. Petri de Luna, ſ. Benedictini, prima petitio Regi Romanorum Sigismundo & Concilii Constantiensis Legatis in Hispania oblata, qua desideravit, ut in tractatuum principio Acta Pisani Concilii, quo ipse erat condemnatus, rescinderentur. *f.* 486.

Cap. II. Petri de Luna Propositio de duobus modis aut viis quibus Papatui cedere vellet. Quos modos, Cæsare illius consilium non petente, Anagiæ d. 15 Oct. obiit, ut *Archi-Episcopus Tarraconensis*, Concilii C. Legatus, in publica sua Apologia monuit: ut videre est *f.* 523. *seqq.* etsi Benedictus desiderium Cæsaris praetexeret. *f.* 486.

Cap. III. Petri de Luna Declaratio proximi sui consilii quoad cessionem suam. De electione novi Pontificis qualem expectaret. *f.* 487. Quam Benedicti novi propositionem iuse reluravit *Archi-Episcopus Tarraconensis* in sua Apologia l. c. Alia Propositio Petri de Luna de sua cessione. *f.* 490.

Cap. IV. Alphonſi Regis *Aragonum*, Petri Ferdinandi haeredis, nomine patrensis Regis Petri de Luna Petri ducis, Papæ Perpiniani facta renunciationis *primæ regiæ*. *f.* 492.

Cap. V. Petri de Luna responsio ad primam Alphonſi de cessione petitionem. *f.* 496. *seq.*

Cap. VI. Regis Arragoniæ secunda petitio cessionis Benedictinæ. *f.* 500. *seqq.*

Cap. VII. Petri de Luna responsio ad secundam illa cessionis petitionem regiam. *f.* 504.

Cap. VIII. Regis Arragonia prima propositio *Cardinalibus* Benedicti facta, qui, relicto Benedicto, *ad tractandum* Perpinianenſis de unione Ecclesiæ interessent. *f.* 506.

Cap. IX. Cardinalium Lunensium negativa responsio. *f.* 507.

Cap. X. Regis Arragoniæ prima Propositio *Prælatis* Benedictinis facta, qui deserto Benedicto pacem Ecclesiæ curarent. Quod fecerunt. *f.* 508.

Cap. XI. Regis Arragoniæ tertia & ultima propositio *Benedicto* facta pro cessione Papatus. *f.* 511.

Cap. VII. Regis Arragonum secunda Propositio Cardinalibus Benedictinis facta. *f.* 512.

Cap. XIII. Petri de Luna responsio ad tertiam petitionem Regis, *f.* 515. *seqq.*

Hispanorum Propositiones Imperatori Sigismundo factæ, Benedictum prorsus negligendum in tractatibus pacis, cum prorsus reluctetur. *f.* 523.

Archi-Episcopi Tarraconensis Epistola de fuga Benedictis. *f.* 523.

Archi-Episcopi Tarraconensis, Legati Constantiensis, longa Apologia pro Cæsare, Hispaniæ Regibus, Concilioque, Legatis, quod pacis Ecclesiasticæ negotium [illegible] Hispani tractaverint. *f.* 124. *seqq.*

Capitula Pacis Narbonensis inter Cæsarem Sigismundum & Hispaniæ Reges de [illegible] Constantiensi Concilio perficiendis. *f.* 541. *seqq.*

Cap. XV. Regis Arragonum Declaratio publica negatæ omnis obedientiæ Benedicto, *Papæ*, aut publicum Benedicti repudium, qui pro Papa ab Hispanis non est amplius agnoscendus. *f.* 554.

Cap.

Cap. XVI. Ferdinandi Aragoniæ Regis Epistola ad Cæsarem, quo illud Benedicti Papæ repudium denunciatum. *f.* 562.
De modo ac solenni pompa negatæ ab Hispanis Benedicto obedientiæ. *Ibid.*

PARS XIX.

Gerſonis Demonſtratio, in Conſtantienſi Concilio publicè facta, Petrum de Luna sive Benedictum XIII. esse hæreticum & Papali dignitate in Concilio exuendum. Quod & posteà factum.
Cap. I. Articuli Generales, De unitate, potestate & autoritate Ecclesiæ, dequehæresi & Schismate. *f.* 566.
Cap. II. Articuli speciales, De hæresi Petri de Luna variisque ejus Protestationibus. *f.* 575.
Cap III. De variis Erroribus Petri de Luna. *f.* 587.

PARS XX.

CARDINALIUM Consultationes de novo Pontifice in Constantienſi Concilio eligendo. Ex *MSC. Vindobon.*
Cap. I. Consilium Sigismundo Cæsari datum de Papa & Cardinalibus non ex una semper Natione eligendis. *f.* 584.
Cap. II. Cardinalium propositio de modo singulari in Constantienſi Concilio adhibendo in novo Papa eligendo. *f.* 586.

PARS XXI.

MARTINI V. recens in Concilio Const. electi Papæ, Diplomata de Beneficio Decimarum, quæ ex Cleri Germanici reditibus Cæsari pro infinitis laboribus & expensis in Ecclesiæ unionem factis sub finem Concilii Anno 1418. mense Januario tribuit. Ex *MSCto Electorali Berolinenſi.*
Cap. I. *Martini V.* literæ Gratiosæ, Cæsari datæ pro Decimis illis unius anni. *f.* 591.
Cap. II. *Martini V.* literæ Executoriæ, datæ Archiepiscopo Rigensi, & Episcopis Brandenburgensi & Patavienſi, pro colligendis illis decimis. *f.* 592.

PARS XXII.

Johannis Abundi, Archiepiscopi Rigensis, Johannis de Waldow, Episcopi Brandenburgensis, Georgii Comitis de Hohenloe, Episcopi Patavienſis, Commissariorum Martini V. & colligendarum Decimarum Executorum, Mandatum Decimarum, Clero Germano in Concilio Constantienſi A. 1418. d. 2. Maji promulgatum. Ex *MSC. Electorali Berolinenſi.*
Cap. I. Episcoporum horum, Papalium Commissariorum Edictum, Ecclesiasticis Germanis in Constantienſi Concilio publicatum, pro Decimis Cæsari solvendis. *f.* 594. *Seqq.*
Cap. II. Forma dandi hujusmodi decimam. *f.* 606.

PARS XXIII.

DOMINICI de S. GEMINIANO, JCti Florentini, Apologia pro Clero Germano, sive Repudium Decimarum, Diplomatibus Martini V. & Editis Episcoporum de Decimis à Clero Germano solvendis, oppositum, A. 1418. sub Constantienſis Concilii finem editum. Ex *MSC. Electorali Berolinenſi.*
C. I. Querela Ecclesiarum Germanicarum de hac Decimatione Martiniana. *f.* 608.
C. II. Desiderium cleri Germani pro restringendis illis Decimis Martinianis. *f.* 610.
C. III. De Expensis à Decimis Papalibus & Cathedralibus subtrahendis. *ib.*
IV. De quarta decimarum, de qua cum illam non accipiant Ecclesiæ, nihil posse solvi. *f.* 614.
V. De sumptibus, in Advocatos Ecclesiarum annuatim factis, à decimis subtrahendis. *f.* 615.
VI. De quotidianis distributionibus an decimæ Papales solvendæ. *f.* 617.
VII. Pauperes Ecclesias à decimis esse immunes. *f.* 6. 619.
VIII. De Monasteriis egenis non decimandis. *f.* 620.

(o)

TOMI II. PARS I. & II.

FUNDAMENTUM NEGOTII CONSTANTIENSIS CONCILII, QVOAD UNIONEM ECCLESIASTICAM.

FELICISSIMIS AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DN. RUDOLPHI AUGUSTI

BRUNSVIC. AC LUNÆB. DUCIS

&c.

Ex antiquissimis Codicibus MSCtis

CÆSAREIS, DUCALIBUS & ACADEMICIS

recensitum

ab

HERMANNO von der Hardt.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ.

IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.

HELMESTADI, Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1697.

Lectori S.

En *Preliminaria negotii Constantiensis*, quoad tractatus Conciliares de unione Ecclesiastica. Selegimus ex magno cœtu illorum *Scriptorum* hactenus *inedito*rum, qui longo illius temporis Schismati consuluerunt, unum, **Henricum** *de Langenstein, de Hassia, Germanum, Theologum* primò *Parisiensem* dein *Viennensem* inclytum. Præclarum vero ac memorabile illius opusculum, quod *ex MSCto* hic exhibemus, in exordio fere diræ illius tempestatis, Constantiæ tandem compositæ, editum *Parisiis* circa *Annum* 1382. Junximus *Concilii Pisani* fatame quod Constantiense proximius præluserunt. Maxi-*MSCtis* vero *Cesareis* & *Ducalibus* multo pleniora hæc dedimus, quam *Richerius* invenit.

S. d. 30. Junii
A. 1697.

TOMI II. PARS I.

HENRICI DE LANGENSTEIN
DE HASSIA, GERMANI
Theologi illo tempore & Vice Cancellarii Academiæ Parisiensis
Qui fata Constantiensis Concilii vidit & superavit,

CONSILIUM PACIS
DE
UNIONE AC REFORMATIONE
ECCLESIÆ IN CONCILIO UNIVERSALI QVÆRENDA.

Scriptum Parisiis A. 1381.
In principio motuum in Concilio Constantiensi tandem compositorum.

Ex antiquissimo Codice MStto ACADEMIÆ HELMSTADIENSIS.

Hoc Capui respondent in Codice nostro MStto.

CAP. I.
Schismatis causa, publica peccata.

CAP. II.
De infanda corruptione Ecclesiastici status tempore illius schismatis.

Prima hujus Cap. pars vero bona deficit in MStto.

PAtres synodi Ephesinæ primæ, contra *Nestorium*, Episcopum & hæreticum, synodalia decreta eidem transmittentes, talibus *blasphemiis* ipsum non exacerbaverunt: Sed illi scribentes ita exarasunt: *Religioso & Deo amabili conservo nostro* Nestorio Cyrillus, vel, *qui apud Ephesum synodus. Hæc scripsit synodus ut ipsi scio convenimus nos* Con-

In prima Ecclesia humanitus adversariis bradilatis.

filium dantes, ut à tam pravis abstineas dictis, & erroribus, dogmatibus, recipias vero fidem rectam &c.

Cæterum futuris *sæpe pullulatura* temporibus jam per hoc schisma *discordia & invidia semina* jaciuntur in regiones & religiones, in plebes, in principes, in prælatos, in sacerdotes.

Discordia. Invidiam. Infamiam. Irrep. Tempus. Exitium.

Inde sacerdotales status viles erunt & abjecti, devotio Christianorum are-

Pars. Regnabit.

non mutat, iniquitates non expiat.

Discat igitur non murmurare, qui tribulationes patitur, etiamsi ignoret, cur malis quatitur, per hoc *justo se pati* arbitrans. Quia ab illo judicatur, cujus nunquam injusta judicia sunt. Et ut levius portet, quod patitur, *sua discutiat mala*, pro quibus sibi infertur retributio justa. Et tunc justificatur, quod se ipsum arguat, & Dei justitiam laudat.

Cap. IV.

Concilio Generali illa dissidia esse tollenda.

Ea igitur Principes & Prælati Christianorum simul in unum, magni & parvi, seculares & regulares, summopere cavete, ne hodie fatis, quos Dominus per Prophetam arguens dixit: *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* Humiliamini sub potenti manu Dei, eruditi, qui judicatis terram, convertimini ad Dominum pœnitentiam agentes super *iniquitate*, *qua causa* exitit *schismatis* hujus: Et miserebitur nostri Deus noster, inceptam à populo suo ctius indignationem averturus.

Schisma illud tolli posse tribus modis.

Cujus quidem *schismatica iniquitatis*, divinæ gratiæ impeditivæ, cum suo vipereo germine *dissolutionem*, *triplici* humana *via* in idem respicienti fieri posse arbitror.

Pœnitentiæ.

Quarum *prima*, ut quilibet *præmissorum scelerum sibi conscius perpetrator* ad cor redeat, & reconciliante *pœnitentia*, Dominum placet.

Precibus.

Secunda est, ut, per gyrum universalis Ecclesiæ, *miserationis divinæ* jugis *imploratio* in jejuniis, in fletu, in orationibus publicè fieri disponatur.

Concilio generali.

Tertia est, ut his, ad largiendam Spiritus sancti gratiam, dispositionibus præmissis, in nomine Jesu Christi *concilium generale convocetur*, *Ecclesiam suam ab iniquitatibus & variis exorbitationibus* hoc tempore nimio infuscis *purgaturum*, atque ita, submotis causis, præsentem *exstirpaturum* radicitus *contradictionem* in civitate, quæ schisma peperit tetrificum & monstrosum.

Exemplis Patrum

Ecce *via pacis*, *via* trita præcedentium *Patrum*, via salutis. Ad quam summo studio assumendam Deo placendam, valde movere debet Reges & Principes Christianos modernorum *calibus* doctrix, vetcrum *memoria hilleriarum*: *ac Genuinuans*, Regum devotione, patrocinio & hortatu olim in retroactis Ecclesiæ necessitatibus *Episcoporum synodos provinciales & generales* hic providente Domino plerumque *convocatas* fuisse, atque se, suarumque litium causas & leges corrigendas & emendandas sacro *conciliorum* suorum *judicio* devote submisisse. Ut conscriptis conciliorum gestis clarum patulo intuitu.

in convocandis Concilijs dam

E quibus, pauca de multis in medium proponendo, accedat primus venerandæ memoriæ *Carolus Francorum Rex*. Qui in libello proclamationis contra Guemlonem Archi-Episcopum Senonensem, loquens *generali concilio* in Suburbano Tullensi, ait Episcoporum, ita dixit: *A regni sublimitate supplantari vel projici à nullo debuerant sine judicio Episcoporum, qui throni Dei sunt dicti, in quibus Deus sedet, & per quos sua decernit judicia, quorum paternis correctionibus & castigatoriis judicijs me subjicere sui paratus, & in præsenti sum subditus, &c.*

Sit hoc exemplum Regibus & Principibus molesti nostri temporis, *Conciliari determinationi se submittendi*, præcipue in illis, quæ tangunt aut fidei mysteria, aut *Ecclesiastici status* gubernacula, de quibus est, quod nunc deflemus schisma miserabile.

Cap. V.

De Regum studio in convocandis ac dirigendis olim Concilijs pro Ecclesiæ emendatione ac salute.

Rursus in præsatione Bracavensis Concilii primi sic legitur: Lucretius metropolitanus dixit: Deus est, sanctissimi Patres, quod secundum dominum nostrum pariter coetum adesset, pro merito fidei sue cum nobilissimis viris ingressus, primum coram sacerdotibus Dei humi prostratus cum lachrymis & gemitu pro se interveniendum Domino postulavit. Deinde ligatosa profecutione suadum exhortatus est, ut paternorum decretorum memoria ad confirmanda in nobis jura Ecclesiastica studium praberemus, & ita corrigeremus que, dii per negligentiam in usum venerunt contra Ecclesiasticas sortes, licentiam sibi jam de usurpatione fecerunt &c.

Gloriosus quoque Recesuindus Rex ignito devotionis spiritu accensus, magni Concilii Toletani Octavi patrum universalem coetum sic allocutus est: Contestamur universitatem vestram per summa divinitatis æqualem & inseparabilem Trinitatem, utpote per adventum Jesu Christi Domini nostri, quo perpetendi sunt impii, & glorificandi sant sancti, ut quacunque negotiande quorumlibet querela vestro audituhus extiterint patefacta, cum justitia regere misericorditer & cum temperamento misericordie justissime concordiei fraternis legum sententiis, que antepositas constituunt, aut ex superstue vel indebito conjectis videatur, nostra serenitas accommodante consensu, sola qua ad justeram justitiam & negotiorum convenientiam conveniant, ordinetis. Canonum obscura quadam, & in dubium versa, in meliorem lucida intelligentia reducatis: Quatinus ex negotiorum convenientia, ordinumq; statum, quem vestrum existerint devotate potentia, sita mixtarum regally concordantia justissime, pieque ac temperanter conflituere studeatis, ut & mihi, qui ad studiorum fructus anhelo, pars advenit beatorum, & vos, qui adimpletis laboratem Deus non spernite imperantem, regie beatitudinis aterna suscipiat, & vobis dilectionis Dei sibi perenniter adherere concedat.

Concilii Bracavense 1. sub Art. amiro Rege.

Concilii Toletani XII. sub Eringio Rege.

Concilii Toletani VIII. sub Recesuindo Rege.

Concilii Toletani IV. sub Sisenando Rege.

Concilii Toletani VIII. sub Recesuindo Rege.

Imitari bona majorum Regum memoratorum devotionis exemplo salutari etiam nostri Regis exempla & deeds.

Ein gestis Concilii Toletani XIIIus legitur. Cum ex glorioso Ervigii Regis justu in unum fuissemus ex diversis provinciis congregati conventum, & in basilica sanctorum Apostolorum debitu in sedibus locaremur, assistit coram nobis idem clementissimus PRINCEPS, humiliter gratia plenus, & clavo pectoris culpa persistentis. Qui nostro se cœtui reclinem exhibens ac devotum, in primis omnium se commissis precibus adjuvandum. Dimissa gratia completionis Deo acti de conventu solitis concilii, quia jussionis sue, ut in unum adesset, implevissent desiderium. Et post aliqua subjunxit: Hoc generaliter observe, ut quicquid in nostra gloria legibus absurdum, quicquid justitia videtur esse contrarium, humanitatis vitia judicio corrigatur. Hæc ille.

Item in gestis Concilii Toletani 4ti de SISENANDO REGE HISPANIÆ, cujus studio illud congregatum fuit, sic legitur: Hic quippe cum in basilica sancta martyris Leocadia, ominum

Cap. VI.

Adhortatio ad Reges ac Principes, qui imitentur majores, in convocando Concilio generali, pro morum emendatione ac dissidiis componendis.

Liquet ergo ex his & similibus Reum gestis, non solum seculare pertinere pro viribus opitulari presen-

& Principe, variis guerris & dissensionibus laborantes, *congregatum concilium* devote, & acclivi humilitate pro generali fodere pacis debere accedere, omnium se Prælatorum flagitantes consiliis & precibus adjuvandos, & judiciis dirigendos, atque ut dignissimæ memoriæ *Religiosi Rex*, ubi supra, patrum sic alloqui cœtum: *Non dubium*, inquit, *sanctissimi Patres, ac honorabiles celsitudinis vestri rum defensatores, quod optima concilium adjutoria vestri mundo salubriter, si placuisse, quæ corrigenda sunt efficaciter perficiantur. Et ideo quibus plaga pro eventu diuturni succedentium seriamur, paternitatis vestræ non vere esse incognitum. Obinde, quia certum apud nos gerimus, quod per concordiam divinorum præceptorum terra pernicies sustinet profuturum, dicente per Prophetam Domino*: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea: *Quare oportet, quia salvatoris nostri & Domini verbo, sal terræ comprobamini: ille & per vos salvationis obtinere lucrum, per quas regnationis accepit sacramentum. Et si dilucentia dignatus nostra, ab omni immundicia contagionis, & ab infirmitatis peste liberare, & honorum omnium sit proventium gratiosa. Et ideo, quia secundum Evangelicam promissionem, si duo ex vobis consenserint super terra de omni re, quodcunque petierint, hec illis à Patre vestro, qui est in cœlis: O hoc venerabilium Paternitatis cœtum cum lacrymarum effusione convenio, ut Zelo vestri regiminis pergatur terra contagione pravitatis. Exsurgite quæso exsurgite, culpatorum sclerotes, erranteque forum mores corrigite inhonestos, exercitate ad disciplinam in perfidos, seruorum mordacitates obtundite, opprimentibus resistite, oppressis subvenite. Et quod Per Cœlum omnibus ethe præsentis vertiginosi scholasticum fomitis pestilens qua in nostris semper recrudescit defecti infantis, exstirpate!*

In Concilio condendis pravitatis.

salvandis.

Cap. VII.

Majestatis Regiæ jus esse, publicam ope Concilii emendationem procurare.

Et si forte, quod absit, fervens ad Christi religionem devotio Regum præcedentium, à qua posteros utique verecundum est degenerare, & laudabile salutis studium nostros non satis movent: Saltem institutionis & ministerii *regalis dignitatis* considerat io compellat.

Audiant illi *de hac dignitate* jam non Philosophum, non Propheram, sed *regalis* statu feliciter *memorem*. Recensianicum Regem præfatum. *In nomine Domini*, inquit, *Flavius Recesvanichum Rex. Excellentia vestræ celsitudo terrena, tunc salubrius quæ sunt sublimia probatur appetere, cum salutis præsentis emendationem pia cernitur compassione prodesse, ut plus commodi de emendatione unius toti contingere, ut plus commodi de publicum. bono salutis Rex conquirat, quam de propria utilitate quemquam proficiat. Ita modis ergo omnibus, quia multorum saltis attendere, majoris est Regis perfectio. Hinc & illa potissimum expedit tantummodo saltis si plenum. Quæ sum suos finis præsentia voluntas continebit, quod illa, quæ mirabiliter*

Recesvanichus Rex.

statu limites communi pietatis lege defendit.

Cum igitur præcedentium serie temporum immoderatior audiatur Principum sese prona dilunderet in stolia populorum, & augeret eos proprietatis censum summa pecuniæ subjectorum: Tandem, jerene rebus actionis affatim nobis est dicendum in præsentia, ut, qui subjectis legi reverentia debeamus, Principum quoque exercitiis rationalem temperantia poneremus. Quotidiam namque conspeximus Regia, pollyonum fuerunt regni gloriam consentis exercitatis viribus populorum, rei propriis exercere lucrum, insperximus, subditorum statum non ex ordine vegetari Reipublicæ, sed delici ex quo edunt petestatis. Nec messes animos ejus jocabat ex munere, sed tolerantia vexabat in usuere. Et ecclis, quod regere sua vocatis, desensionem & vastationem convenit, & vastationem defensione pellere cognitum. Colligentis in juris proprii autro, quod nitidissime populi obtinere acquisitum esse constat. Atque in proprietatis illa conantur redigere somum, quæ prosolo constat illos reperti pa-

regalis

ceptissefasitis. Et quia omnia totius plebis membra subjecta ad principale caput referuntur attentum debita visionis obtutum, ab illo negotiorum prosperitatis remedium, cui modo gratum modo debitum *irrogant censuram.*

Regalis proinde orthodoxia hanc candida sibi deberi convincit, ex quo se regere cognoscit. Quæ igitur honoris debentur, honori deferuntur. Et quæ Reges accumulant, regno relinquunt. Ut, quia ceteris regni gloria decorat, ipsi quoque gloriam regni non extermini, sed exornent.

Habeant desuper jure laudabili Reges in regendo judicia justa, in parcendo pectora pia, in conquirendo studia parca, in conservando vota sincera. Ut tanto gloriam regni cum felicitate retinentes, quanto jura regiminis & mansuetudine conservarint, & æquitate dixerint, & commanendo omnium salutem providerint. Tunc verum sit, quod regendorum membrorum cum valetudinis salus est capitis: Et felicitas populorum non nisi mansuetudo est Principum.

Porro idem ad Patres *Toletani Concilii VIII. Nosse vos non ambigo, vos orthodoxe fidei veram scientiam atque incorruptam de corde puro & conscientia bona plenissime habere, veraciter scire & firmissime retinere credo. Hanc cum fidelibus servis, sed & haud salvandos fideles invitantibus hanc subjectos populos regens, hanc propriis gentibus ecclesiam instituens, hanc populis adhuc annuncians, ut in illa glorificans Dominum & inter mortalia a me summe divinitatis beneficium a me gloriæ capiatur. Jam nunc magnopere arbitor mihi esse opportunum, ad id, quo rendimus, sociatæ ejusdem vere fidei studia sancta operationis invelere, ne hanc ante finem operibus mortuum habeamus, aut ut a plenitudinis suæ dignitate perficienda decidat per inbecillitatem, dum, scripturarum non silente, de quibusdam inferatur, qui dicunt, si nosse Dominum, facitis autem negant.*

Hic præfermittendus non est divæ memoriæ *Justiniani Imperatoris* ad pacem & salutem gentium ferventissimus zelus, & studium infatigabile, in pluribus aut enticorum locis expressum. *Magnum, inquit, Dominum, & Salvatorem nostrum Jesum Christum, & ejus auxilium invocantes, studemus omnes nostros subjectos, quorum regimen credidit nobis Deus, illesos & sine calumnia custodire, & inhibere bella. &c.*

Justiniani imperatoris pro publica salute zelus.

Et alibi: *Nostra serenitatis celsitudo remediis invigilat subditorum, nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra republica corrigendum. Ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus. Nostræque emendare leges non piget, ubi, utilitatem subjectis invenire voluerit.*

Et ex quo nos Deus Romanorum præsupposuit imperio, omne habemus studium, universa agere ad utilitatem commissæ nobis a Deo reipublicæ, & illa facere omni difficultate, quæ laborem & contentionem privent. Quicquid quoque ad utilitatem & ornatum respicit a Deo credita nobis reipublicæ, semper curiantes ad effectum deducere festinamus. Omnibus etiam hominibus, qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, quod omne nobis & studium & oratio, ut credit, nobis a Domino Deo bene vivant, & ejus inveniant placationem, quum & Dei misericordia non prediximus, sed conversionem & salutem eius, & delinquentes, qui corrigantur, suscipit &c.

Omnes igitur nobis dies & noctes contendit cum omni incubratione & cogitatione agere, semper volentibus ad quod utile & placens Deo a nobis collatoribus prabeatur. Et non in vano vigilias ducimus, sed in hujusmodi eas expendimus, confitia provocantes, noctes sub æqualitate dierum utentes, ut nostri subjecti sub omni quiete consistant, solicitudine liberati, nobis in nostrum pro omnibus cogitationem suscipientibus &c.

Teneantur itaque seculi Principes omni via ad Dei gloriam & populi salutem *germen concordiæ & veritatis* in omnes seminare, & crimen discordiæ & iniquitatis a civitate Dei longe fugare, venerabilium *prædecessorum exemplis* commoniti, qui ad hoc summis anhelabant desideriis.

Principum est concordiam parare in Ecclesia.

Unde etiam *Valentinianus* & *Martianus*, *Augustis*, de pace & tranquillitate Ecclesiæ per Chalcedonense Concilium facta, exultantes, ita dicebant: *Tandem aliquando, quod summis votis acti, ex constitutis optabamus, evenit. Remota est de ordinatione orthodoxa Christianorum lege contentio. Tuta Ecclesiæ fides. Remediis culpabilis error inventus fugatus est, dum-*

Valentiniani & Martiani.

Digitized by Google

sunt, & discors populorum sententia in unum consensum concordiamque convenit. A diversis enim provinciis religiosissimæ sacerdotes Chalcedona venerunt. Discessit igitur jam profana contentio, jam vere impium & sacrilegum est, qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliud tractandum relinquitur. Extremâ quippe demen-

tia est, in medio & perspicuo die commentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem illam repertam adhuc aliquid vanis disputationibus mendacium querit &c.

Et hæc de exhortatione Regum & Principum pro auferendo præsenti schismate sufficiant.

Cap. VIII.

Prælatos Ecclesiasticos obligatos esse, ad emendationem ac concordiam restaurandam.

A Prælatorum vitiis erit culpa.

Prælati absit ut incurrere.

incuria.

Obligati ad emendandum.

Exemplo majorum.

Majores tenentium.

Quasi de concilliari conveniendi.

Conventus pro more emendatione.

DEinde, stylo specialius ad exhortationem Prælatorum deflexo, primùm velint attendere, quod si in civitate ponderi collidentis ruinæ æqualiter proximorum curam convenit obviare, quanto grandioris erit culpæ, prælatos incuria deserti motionis onere, sibi commissos non procurent populos omni rationabili via sublevare.

Properandum est ergo eis, inter ruinas collisionum catervas eripere collapsorum, ne ex hoc jugiter & ultra vigorem nocentii habeat execranda pressura: Et omnis compressus noverit, sanctæ satisfactionis esse sibi collatam remedia: Et ille, à quo conferuntur, non ignoret, soliditatem reddidisse fracturæ, atque fecisse consurgere, quod constiterat cecidisse, incrementum grande usitatæ esse mercedis, & plenitudinem consummatæ perfectionis.

Rursus eos moveat venerabilium Patrum, primitivæ Ecclesiæ gubernacula tenentium, ingens mentis stupidum, quasi de sæpe exteriorem erumpere cogens exultationis plausum, quando concilium ibi eis conveniendi præstabatur occasio, & facultas suppetebat.

Unde, ut legitur in gestis Toletani Concilii XI. collectis in unum Carthaginensi provincia sacerdotibus in urbe Toletana, in beatæ Matris Domini Mariæ sede, de instauratione pacis, totiusq. status Ecclesiastici reintegratione tractaturis, atq; maculas clericalis ordinis abstersuris, proruperunt in hæc verba: *Res vestri*

gaudii, & dies nimium optata gratulationis occurrit, in quo nobis datum est conspicere pariter & desiderata, quamdiu lacrymarum de præteritis Domino debemus. Eramus enim usq; hùc prolabentis seculi colluvione inhabiles, Quia annosa series temporum subtracta luce concilliorum, non tam vitia auxerat, quam matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus ingerebat. Cernimus enim, quomodo Babylonica confusionis olla succensa nunc tempora concilliorum averteret, nunc sacerdotes Domini vesaniis moribus irretiret. Purpuratæ enim meretricis sequelantur invitamenta, quia Ecclesiastici conventui non aderat disciplina, nec erat, qui errantium corrigeret paratum, cum sermo divinus haberetur extortis. Et quia non erat adunandorum Pontificum nulla præceptio, crescebat in majus vita deterior.

Sed tum tandem divina nos clementia ex alto respiciens tempori ætatis nostræ se decursarum prabuit, & salutis, præparans nostris seculis religiosi Principis Wambaldi mentem devotam pariter & instructam, cujus providè sollicitudinis votoc lux concilii nunc renovata vespledauit, & alterna charitas se mutuo in corrigendis & instruendis moribus excitavit, dum & aggrediendæ nobis hortatu Principis religiosi facultas est data, oportuna corrigendis preparata disciplina. Ut, qui decursis longe ante temporibus post 18 labentium annorum excursum in unum mecum unus aggregari conventum, ut mederi possemus spiritualis gratia sanitatum. Nec humanus iste alicujus est à salute. Sicut enim mulier illa in Evangelio ter senis annorum cursibus curvata, figuram totius generis humani gestans, sub hu-

pius numeri sacramento saluti pristinæ est donata. Nos igitur per tot annos curvo nostri ordinis perstitente statu, in eo, quod nulla hoc concilium definitio jungeret, nulla etiam convenint Ecclesiastici ordinis adnuerent, tandem divina voluntate imperio & religiosi Principis jussa evocati in Toletana urbe convenimus. Ubi assumere poteramus canoram in cantu fraternæ lætitiæ tibiam, quod divina pietas conventum nostrum ad concordia devexerat studia, & convenerat mœstitiam mutare; Quorsum visitatione disciplinæ videbamur præstituas regulas innevasse. &c.

CAP. IX.

Ardor Prælatorum primitivæ Ecclesiæ in congregatis Conciliis pro integritate Ecclesiæ.

In Toletano Concilio VIII.

CÆterum concilium Toletanum octavum sic incipit: *Anno quinto orthodoxi atque glorioſi, & vera clementia dignitate præcipui, RECENSANTIBUS REGIS. Cum nos omnes divina ordinatio voluntatis, ejusdem Principis Serenissimo jussu, in basilica sanctorum Apostolorum ad sacrum synodi cœtum adfuisset aggregari conventum, diu tandem lætitiæ appetitum dissimulare præoptatus & gratus adfuit & jucundus, tanto nostri pectoris avidiori voto susceptus, quanto ad remedium salutis existit ut ambientium præcordiis exquisitus &c.*

In Bracarensi Concilio.

Rursus in gestis Bracarensis concilii II. sic legitur: *Martinus, Bracarensis Ecclesiæ Episcopus, dixit: Inspiratione hoc Dei credimus provenisse, sanctissimi fratres, ut per ordinationem Domini gloriosissimi filii nostri MIRI REGIS ex utroque concilio conveniremus in unum, ne non solum de visione alterutris congratulemur, sed etiam ea, quæ ad ordinationem & disciplinam Ecclesiasticam pertinent, colloquamur. Scriptum est enim in Evangeliis dicente Domino: Ubicunque fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum. Nec aliud potest credi, nisi ea, quæ ad utilitatem nostrarum pertinent animarum, divina inspiratione & inchoari & perfici oportere. Et ides unanimes omnes, atque id ipsum in Domino sentientes, quæcunque ad institutionem nostram pertinent, in medium prolata desideramus, ut subtili spirituali ventilata examine squalida purgentur. Sanctis enim patrii & prædecessorum nostri, aut generalia synodus undique collecta, aut generalium synodus undique collecta, pro unitate recta fidei fecerunt: Sicut in Nicæna contra Arium 318. Episcoporum; & in Constantinopoli contra Macedonium 140. & in Epheso contra Nestorium 200. & in Chalcedonia contra Eutychen 630: Aut certe speciales synodos per suas unusquisque provincias pro refundendis contentionibus vel emendandis aliquorum negligentiis collegerunt. Et prout eventus culparum aut qualiscunque excessus exegit, per singula quæque definitas eandem sententiam modo ante inter vos Dei spiritu conscripserunt. Quas oportet relegere & intelligere, & tenere. Et quia optimante Christi gratia de unitate & rectitudine fidei in hac provincia nihil est dubitandum, illud nobis modo specialius est agendum, ut si quid forsitan extra Apostolicam doctrinam per ignorantiam aut per negligentiam reprehensibile inventum fuerit in nobis, recurrentes ad testimonia sanctarum scripturarum, vel ad antiquorum patrum canonum instituta, adhibito communi consensu, omnia quæ displicuerint, rationabili judicio corrigamus; & quicquid non condemnatione, sicut princeps Apostolorum edocuit, qui videtur à nobis, sine ulla cunctatione ad emendationem deducere festinemus. Ne forte, dum aliis prædicamus, ipsi reprobi effecti divino illo condemnemur eloquio, dicente: Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos post te. Seniores, inquit beatus Apostolorum Princeps, obsecro consentiens, pascite, qui est in vobis, gregem Dei, providenter, non coacte, sed spontanee, secundum Dominum, non turpis lucri gratia, sed voluntarie, nec ut dominantes in cleris, sed forma facti gregi, & ex animo, ut cum appropinquaverit Princeps Pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.*

CAP.

Cap. X.

Zelus priscorum Paparum pro Conciliari emendatione disciplinæ Ecclesiasticæ & concordiæ restauratione.

Vestigia majorum legenda ac salubre institutum.

Ergo, nostri in sanctis temporis Ecclesiæ præsides, venerabilium pastorum Patrum zelum & vestigia subsequentes, divinis obedite præceptis, Apostolicæ Epistolæ, quæ vobis recitata est, in omnibus formam imitantes. Ne forte si in aliquibus à divino ambulaveritis, divino judicio condemnemini, qui in prædecessorum requie participium meruit debuistis, & in successibilem illam gloriæ, quæ vigilantibus repromissa est, coronam in perpetuum hæreditare speravistis.

Quam igitur consequi volentes & debentes sanctorum Patrum veteribus recentibus canonibus, ea, quæ *ad instruendum clericalis disciplinæ & pacis institutionem* pertinent, secundum quod unicuique rei expedit ratio, concilium *aliter* discernentes, statuite non piget eum, salubriter hortati verbis *Leonis Papæ* in Epistola ad *Anastasium Thessalonicensem Episcopum cap. I.* dicentis: *Ad hunc animum sinum omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad sanctæ Ecclesiæ unitatem concordiæ & custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissensione violetur, nulla discordia nec legatur.*

Disciplina Ecclesiastica instituitur & concordia.

Item verbis *Innocentii Papæ II.* Cap. 81. generalis Concilii, Romæ celebrati. Anno incarnationis 1139. dicentis: *Quoniam sunt multæ reliquæ difficile emendari possunt, nisi Episcopi ad idem Dominicum & salutem populi unanimiter consentiant, omnia repetitæ sedi Apostolicæ tenere. Nos autem si ibi consilium & auxilium inveniemus, nec hoc alicujus malevoli odio prætermittere.* Quod sicuti in hoc Dei operi fideliter inveniemus fuerit, damnum propriæ salutis non curavit, quin imo beatissimo Petro operari ac Salvatore promisit. Beati, inquit, pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. *Ad hoc ergo hujusmodi & dissensionum seminatores & negligentes pacis restaurandæ & concordiæ collegii, quo à filiis Dei vocentur, qui pacem faciunt, procul dubio Satanæ filii sunt, qui discordiam*

sectantur, & pacem impediunt. Reverationem. Quoniam tale in uno malo innumera propagant vitia, cum emendando vel sustinendo dissentiunt, charitatem, quæ omnium virtutum mater est, extinguunt. In quo Diabolo gratissime obsequuntur. Quia sicut nihil est Deo pretiosius charitativo vinculo pacis, sic nihil Diabolo desiderabilius confractione vinculi charitatis.

Noverint etiam dissentientes alio Salvatore testimonio, quod tam diu nullum bonum operis gratum Deo sacrificium immolatur, quamdiu à Christianorum charitate discordant: Si offeres, inquit, munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliare fratri tuo, & veniens offer munus tuum. Pensent illi, quorum hostia sic repelli invitur, quam intolerabilis culpa demonstratur. Et cum concilia mala bonis sequentibus deleantur, ponderemus, quanta sint mala discordiæ, quæ nisi extincta funditus fuerint, nullum bonum subsequi permittunt.

Si etiam solertiæ ejus curamus, concordando sibi irrationalia natura indicat, quantum malum per discordiam rationalis naturæ commutas, quando hac natione devio perditis, quod illi modo natur ali custodit. Hinc est, quod ait Apostolus: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? *Et iterum:* Pacem sequimini & sanctimoniam, sine qua nemo videt Dominum. *Et alibi:* Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. *Qui enim servare pacem non curat, servare fructum Spiritus recusat;* Quia fructus spiritus est gaudium, pax &c.

Item cap. 13. magni concilii Toletani IX. *Scientes, quod multiplicanda semper Deus oppositione judiciorum eorum velociat oppressurum. Et sicut malis exigentibus hominum permanet exercere potestatem: sic eum voluerit, gravedines relevat pressi rarum. Hinc decreta Patrum pacedentium ad contentionis fungimur radicem*

zus evellendum rite synodaliter fieri censuere conventum, ut illic de diversitate judicium præcipita litis habeant terminum, ubi Spiritu S. universalem ordinavorit custum, &

ex omni animorum deliberatione concordia illa maneat sententia dicti, quæ & sacris auctoribus rite ponat illicitus, & pacis remedium reducat Christianis.

CAP. XI.

Seria exhortatio ad novam in novo Concilio ordinis sacri emendationem ac concordiam.

QUibus præfatis, jam silentium verbis indicturus, in communi omnes convenio, & per divini nominis attestationem, terribilemq; cunctis futuri judicii diem adjuro, exhortor & vos *Patriarchæ, Cardinales, Archi-Episcopi, Decretorii & Prælati*, vosq; illustres Reges & Principes, atq; quoslibet *strenuos & alta regia viros*, quos vel *hæresse sanctæ concilio* pro suborti scismatis ablatione congregando, aut in illud juvamen præstare deleget divina benignitas: Ut *sua personarum acceptione*, favore, vel quoquam odio, aut maligna contentionis scrupulo, seu iniquo subvertendæ veritatis studio, quæ vestris sensibus audienda ingesserint, oculatissimo negotiorum examine discutiatis.

Emendationis regula.

Saniorique judicio, collatarum prius habita deliberatione causarum, comprobate, agnoscenda perlegite, perlecta discutite, discussa, eliminatis atque diffectis diuturnum sententiis, definite: Ut pura & placens Deo vestrarum devotionum valitura discretio ex toto *pacem reformet Ecclesiæ, & Ecclesiasticum ordinem decori* claritudine justitiæ, atque præsuras plebium digna cohibeat pœnarum securitate. Scriptum est enim: *justitia elevat gentem, miseros facit populos peccatum.*

Proinde, *Venerabilissimi patres*, cum vos *amor æquitatis* in negotiorum accelerationem reddiderit fervidos, *efficiensia* quoque *justorum operum* connectat Deo perenniter sociandos: Ut bonorum vestrorum actibus lætabundi, & præsentis vitæ capitamus lucrum, & æternarum perfruamur vobiscum gaudiis mansionum. Amen.

CAP. XII.

Dubia IIX. contra Concilii vim in componendo schismate Papali.

SAtis hucusque arbitror verbis *exhortationis* qualiscunq; processum. Jam ergo, hoc stilo prætermisso, veniamus ad rem, & veritatem, quasi phaleratis sermonis dispendio monitorie petiuntam, iterum nudi & aperti termonis compendio disputationis acumine ventilandam sic proponamus in medium: *Utrum pro auferendo, præsenti schismate expediat & fieri debeat concilium generale?*

An Concilio Schisma Papale tolli possit?

Quale sit *præsens schisma* colligendum, primus in solutione ad rationem primam, similiter in ratione nona post oppositum.

Dubitatur.

Arguitur igitur primo: Quod *non.*

Arg. 1. Quod dinaliter in his, quæ ad ipsorum pertinent officium, ut *de factis in concilio, & diudicium* aliis, quæ per alios nec iciri possunt, nec probari, *credendum* est intrepide, *propter* eorum gravitatem, dignitatem & autoritatem. Igitur *non est opus Concilio.* Cum ipsi concorditer asserant, unum duorum electorum esse Papam, & alium solum simulate, causa metus electum.

fato Car- videtur, standum.

Arg. 2. Citra Con- cilium ju videri confecta, quis illo- rum vere Papa.

Item arguitur sic: Expeditum est in jure, quod *dicitur Papa impressive* est nullus. Igitur, cum notorium sit, quod in electione Urbani V. fuit incussio metus per

per popularem tumultum, non oportet dispendiosum generale concilium fieri.

Arg. 3. Concilio non competere judicium summum in rebus Ecclesiæ.

Item ratiocinatum fuit. Quod in tali synodo duntaxat singuli Episcopi & Prælati super singulos subditos haberent potestatem & auctoritatem, & nullus eorum *super omnes fideles*, nec omnes simul. Quia *sola Romana Ecclesia* habet potestatem de cunctis fidelibus judicandi secundum jura. Et hoc effet in præjudicium & lationem *juris Romanæ Ecclesiæ*, de cujus juribus nullus determinare potest nisi Papa, secundum Decretales.

Papa hoc competere.

Unde *Pelagius Papa II.* epistola 2. ita dicit: *Relatum est nuper ad Apostolicam sedem, Johannem Constantinopolitanum Episcopum universalem se scribere, unde ex hac præsumptione ad synodum convocat generalem. Cum generales Synodos convocandi auctoritas Apostolicæ beati Petri sedi singulari privilegio sit tradita: Et non inquam vocatus rata legatur, quæ Apostolicæ auctoritate non fuerit facta.*

Concilia convocandi jus Papæ competere testimonio Pelagii.

Et subdit aliquibus interpositis: *Adhuc denno Apostolicis & Ecclesiasticis ingressum regulis, non debet ubique sententia Romani Pontificis Cancellis circumvari. Quapropter rationem non concilium, sed vestrum conventiculum vel concilibulum existatur, & quicquid in eo actum est, irritum habetur & vacuum.* Hæc ibi.

Marcelli Papæ.

Item *Marcellus Papa in Epistola II. quæ incipit, Marcellus Episcopus sanctæ catholicæ & Apostolicæ urbi Romæ Maxentio* &c. dicit, quod terreni Principes damnare nec Episcopos, nec regulariter synodum possunt congregare absque autoritate sedis Apostolicæ, ut habetur *cap. II.* ejusdem Epistolæ.

Julii Papæ.

Item *Julius Papa* in Epistola grandi ad orientales Episcopos, loquens de quodam concilio Arianorum Antiochiæ habito, in quo contra Anastasium consubstantialitatem ponentem, quandam regulam constituerunt, dixit: *O dilectissimi, hanc regulam protulistis, quæ nullo habet vitio eos habere paterit. Quomodo enim ab orthodoxis Episcopis hoc concilium actum est, nec Ecclesiæ legatio inter fuit? Canones enim præcipiunt, sine ejus auctoritate concilium vel non debere. Nec silentium ratum est, aut erit unquam concilium, quod ejus non fuerit fultum auctoritate.*

Damasi Papæ.

Idem dicit *Damasus Papa* in Epistola ad Stephanum, Archiepiscopum conciliî Mauritaniæ &c. *cap. 2. Quod definire Ecclesiarum summas causas, & querelas, vel damnare Episcopos, absque sedis Apostolicæ auctoritate minime licet. Nec est catholicum, synodum congregare* &c.

Igitur, si omnes Prælati *sine autoritate Papæ* vel sedis Apostolicæ convenirent, non esset eorum conventus concilium authenticum, sed *conventiculum & concilibulum*, cujus ordinatio non taceret jus.

Arg. 4. Concilio Item convocare concilium, esset, *utriusque* electorum *ordinationes*, & provisiones, imo utriusque statum *in dubium decernere*. Et ita inciperent plurimi *recessus, promoti*, qui ante se certos reputabant, *tamque* vacillare & *immutare*. Et fieret novissimus error pejor priore. *partem in dubium* *vocarent.*

Item cum hoc tempore, sive *anno Domini* 1381. nulli electorum, utpote nec *Clemente V.* nec *Urbano VI.* universaliter à Christianis tanquam Papæ obediatur, nec *per tres præcedentes annos* obediebatur: Neuter poterit utiliter & valide convocare concilium generale congregare: Nec possent ambo simul. Cum notorium sit, quod *nequit ab* non possunt esse duo Papæ. Nec videmus, cujus, alterius, vel quorum auto- *pro Papa* ritate concilium congregari possit. *Ergo* gitur fieri non poterit. *sit admittendum.*

Arg. 6. Externa profectibus electorum, secundum quorum exigentiam Deus mundi cursum prosperitate & adversitate alternat. *quietem* Dixit enim salvator: *Nolite arbitrari, quod venerit pacem venumittere in terram, non veni pacem mittere sed gladium.* Quasi dicat: *famadoctrinam mittere sed gladium.* Quasi statum *quæ non* Non veni in terram mittere *& sine in-* prosperum & tranquillum, *& sine in-* commoditate optatum temporis cursum *videri* sum. Quoniam *electis hæc minime expe-* *nocumpasdiret, quos per multas incommoditates, vel damnationes & persecutiones, probari oportet*, & intrare regnum cœlorum; sed gladium, id est, adversitates, & oppugnationes, ad incrementum scientiæ & virtutis, vexatione dante intellectum. Igitur &c.

Item fortassis divina voluntas est quod *Arg. 7. Deus forte*

BIBLIOTECA HISTORICA

uterq; electorum regnet, & papatus sit perpetuo.

Quia, ut apparet 1 Reg. XII. Deus propter peccata prædicti regni immutat quandoq; irrevocabiliter regnantis statum populi & Regiminis modum.

Quia, ut alt ibi, Deus, fecit[ionem] regni David, quod semper antecessores habuerunt, in duo regna tempore Roboam luchum, Deus voluit perseverare, Et ideo prohibuit per Prophetam, ne Roboam laboraret pro regni David restauratione, dicente m: Non ascendatis nec bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Revertatur unusquisq; domum suam. A me enim factum est verbum hoc, id est, divisio regni. Quod apparet expressius ex capite præcedenti, ubi dixit Prophet. ad Jeroboam: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce, ego scindam regnum David de manu Salomonis & dabo tibi decem tribus.

Confirmatur de immutatione regiminis humani generis pro statu innocentiæ in statum præsentis miseriæ, servitutis & duræ subjectionis dominio humano, propter peccatum primorum parentum.

Igitur, cum non constat clare de divina voluntate in casu existens Papalis divisionis, repugnare posset Deo, laborantes ita cito pro reunione Ecclesiæ quacunque via. Igitur:

Item pro statu Ecclesiæ primitivæ, in quo Ecclesia Judæorum perfidia vexabatur, Principum tyrannide premebatur, hæreticorum insurrectione undique impugnabatur. In quo statu addunc Prælati zelo Dei & salutis proximorum ardebant:

Et luce salutaris scientiæ & spiritualis intelligentiæ deluper irradiati erant.

Quando Episcoporum & Doctorum non erat, ut hodie, innumera multitudo.

Quando Ecclesia adhuc novella ab oportunis Ecclesiasticis decretis & regulis erat à mole declinata.

Quando auctoritas Papæ non erat, ut hodie, manifestata, & exaltata.

Unde necessitas erat diversorum conciliorum, provincialium & generalium, in quibus super prædictis salubriter & authentice provideretur.

Nunc autem, quia Spiritu S. docente, in prioribus conciliis, & papalibus constitutionibus sufficienter secundum æquivalentiam vel formam provisum est omnibus, non convenit iterari consilia. Scriptum est enim: Semel locutus ut non opponam Deus, & idipsum non repetet, eò, quod sit Concilium valentibus intelligere, satis dictum est, quæ

Conferatur, quod nunc quasi alter venimus ad mundum est, quam tempore Ecclesiæ primitivæ, alii fidelium mores, alia præsidentium ac in præsidia & affectiones &c. Igitur alia via ma Ecclesia providendi super emergentibus periculis magis videtur convenire hodie, Olim quam via conciliorum, olim expedientes, jam vilita hovero dudum, Spiritu sancto, à quo re die Papa gitur Ecclesia, dispone[n]te, dissuet[a] & emunda derelicta, provisione super emergentionis casibus Papæ & collegio Cardinarum specialiter reservata.

Et præcipue expedire non videtur illam, in casu præsentis schismatis. Id, quod in præsenjam Principes & Prælati dixerunt cum ea illa tria se dixisse, & sint quasi in suis opinionibus immobilitati, nolentes qualitum meliorem informationem recipere. Et meo Concilio pari majore, quæ adhæret uni electorum alterutre, sine perfectæ distinctione faciat

Tum etiam, quia, ut experientia docet, negotia melius expediuntur per deputationem paucorum, valentium & experturum, quam per deliberationem confusæ multitudinis, quæ nihil habet honesti.

Item effet manifestæ fatuitatis, partem jussam, vel quæ omnibus factis, putatur credit fruiter, se justitiam habere, justitiam jam ponere in concilio, in quo duplo plures essent de parte contraria. Quare si Clemens esset ita verus Papa, sicut fuit beatus Petrus, ille, tamque ille periculo exponendo, & ille re[n]merante de directione Spiritus Sancti præsumendo, & perderet & Dominum tentaret. Quamvis enim Spiritus S. Concilium errare non permittet, in articulis fidei principalis: Tamen, factum illud dubium est hujusmodi, sed judicialis, & de jure præsidendi in papatu, in quibus bene facile contingit error. Quia quandoque multæ facilis tenuit summum Pontificatum.

His igitur attentis, formidandum est, non modicum, ne error novissimus

velle, plures Ampliorum esse Papas.

Dei manifestare sæpe statum populi & reginiminis modum. Exemplo Judæorum & Israelitarum.

exemplo totius humani generis post lapsum.

Arg. 8 Dissimile esse statu Ecclesiæ primitivum & regentiorem.

Saulites. fuisse doctos. Nec eum multos. Novelli Ecclesiam à mole declinatam esse tunc.

fuisse ad huc liberam. Auctoritas Papæ nondum fuisse tantam.

Holie ex prioribus

concilijs

Alius fa-

Injustum

timum.

Error in

Defectus

vil ad repisa

Digitized by Google

viâ generalis concilii fuscitaretur pejor priore. Igitur non est ratum nec consultum pro via concilii multum laborare, & instare in hoc casu.

Plura enim *schismata & divisiones circa papatum* commemorant historiæ, & *non* leguntur unquam *per generale Concilium* terminatæ, *sed aliis viis expedientibus*. Ergo nec in proposito videtur oportune concilium fieri.

CAP. XIII.

Argumenta XIV. quibus Concilii jus adstruitur.

Arg. 1. In negotiis causæ Concilia olim coacta. Ergo & in majoribus oportere.

IN oppositum argultur: Quod *sæpe pro minoribus casibus* & causis *factæ* fuerint *concilia* fidelium, sub utroq; testamento. Igitur & in isto casu fieri debet. Consequentiam licet per locum à minori asserre.

In V. T.

Antecedens patet: De congregatione synagogæ, Num. 27. &c.

In N. T.

In Novo vero Testamento patet, discurrendo per *quatuor concilia*, per *Apostolos* celebrata, Act. I. Act. VII. Act. XV. & Act. XXI. Et cum Apostoli potuissent sine convocatione concilii *per epistolas* vel *aliis modis* facilius causas & negotia terminasse, videtur, quod hoc *in exemplum suis successoribus* fecerint. Et enim Apostolorum actio nostra instructio sicut & Christi; juxta illud: *Imitatores estote mei, sicut & ego Christi.* Igitur in casibus magnis & arduis concilium congregandum est.

Arg. 2. Ex defectu Conciliorum olim hæreses ortas.

Idem apparet etiam, discurrendo per *causas Conciliorum Ecclesiæ moderna*, videlicet, quod sæpe *propter minora casus* concilia fiebant. Igitur.

Arg. 3. Ob minores Ecclesiæ defectu concilia olim congregata, quanto magis nunc sæ esse in summa corruptio-

Item, secundum *Isidorum VII Etymolog. cap.* 17. Quia ante tempora Constantini non erat facultas vel licentia fidelibus convenendi in unum: Suppone, *conciliialiter*: Quia loquitur ibi de conciliis: Ideo Christianitas in diversas hæreses scissa est.

Item, si tempore devotæ primitivæ Ecclesiæ quando sancti præsidebant Papæ & Prælati, ut Sylvester, & alii, fiebant concilia generalia, fortassis sæpe in casibus minoris periculi vel præjudicii quam est casus præsens: Cur modò, jam multiplicatis hominibus, & malitiis, & variis erroribus, & Ecclesiasticorum exorbitationibus, *concilia aggregari* non deberent, *pro corrigendis & abstergendis hujusmodi maculis à facie universalis Ecclesiæ?*

Si dicatur: Opus erat magis conciliis tunc *contra hæreses & hæreticos*, qui primis temporibus magis insurgebant & pullulabant. *Respondetur*: Quod verisimiliter diuturnitas hujus schismatis, hæreles & hæreticos insurgere faciet.

Rursum Clementi adhærentes dicunt, *librorum errores hæreticales publice dogmatizasse.*

Item *mota* fuit nuper *quæstio in universitate Parisiensi, XV. die Junii*: Utrum stante *controversia*, quæ nunc est in Ecclesia Dei *de Papatu*, hæreticum sit seu schismaticum, aliquem electorum negare esse Papam? Et fuit super hoc magna doctorum altercatio & congregatio. Et ita non deest etiam *materia hæreses in hoc casu.* Cujus sola dispendia, scandala & pericula innumera, præterita & futura, pro causa congregationis concilii sufficere deberent. Igitur.

Arg. 4. Concilium volens extraordinaria privilegia concedere, debet vocare omnes imperiales, ut pro tuitione universalis ecclesiæ fidelium fiat communi modis pro bono Ecclesiæ spirituali.

Item *Imperator Constantinus* volens extaltare Ecclesiam *temporalia privilegia* concessione &c. fecit congregationem universalem curiæ imperialis, ut apparet 69 *di. Decreti.* Ideo, *a fortiori, ita Ecclesiæ universalis convocatio fieri debet* fidelium

Arg. 5. Concilium debet fieri ad tollendum scandalum.

Item *casus* hujus schismatis *notum est*, Concilio non visus aliàs nec cogitatus, nec unquam unum insolubile, perplexus, scandalosus, & plenus periculis. Igitur ejus dissolutio generale concilium requirit.

Arg. 6. Concilium debet fieri ad tollendum scandalum.

Quo tendit, quod *non sufficit* cujuscunque alterius collegii vel *personæ auctoritas*, ad hoc schisma plenarie sedandum. Quoniam, licet Cardinales sint dimissi hinc inde per regiones ad inforcandum de veritate, modicum profi-

Per dispersionem Cardinalium causa remouetur, non tollitur.

Digitized by Google

ciunt. Nec ceſſavit, nec diminutum eſt ob hoc ſchiſma, ſed creſcit de malo in pejus, & Principes magis ac magis contra ſe inflammantur.

Sed amplius patet, quod ex hac moderna ſchismatica diviſione, experientia docente, inſurgunt *& inſurgent pericula infinita.* De quibus viſum eſt in exhortatione præmiſſa *Cap. II.* Quis ergo eſt homo tam inſipiens, qui, ut his cito ſuccurratur, generale concilium dicet non expedire nec fieri oportere? Utiq; in nullo caſu amplius generale concilium fieri debet, ſi in hoc caſu ipſum fieri non oportet. Quod certe qui ſapit, nimis deſipit.

Arg. 6. Præſidium tali reipublicæ eſſe exitiale ad. ecq, ſum. mo ſtudio compo. nendæ.

Item, quum *periculoſæ ſint* bono communi, & quam ſtudioſe *ſedanda* ſint, *potentium & præſidentium* diſſenſiones, tanquam civitatis & totius civilis amicitiæ corruptivæ nos docet etiam ille gentilis Ariſtoteles, ita dicens, *IV. Topicorum. Inſignium diſſenſionum conſequentes facunt tomodo tam civitatem. Propter quod ſubditos vereri oportet Italiæ, & diſſolvere præſidium & poteſtatum diſſenſiones. In principio enim fit peccatum, principiorum autem dicitur eſſe dimidium totius.* Hæc ibi.

Arg. 7. Res pauperum inter pauperes, ra o. inter. o. mnia eſſe conſeſſio. dat.

Item caſus novi & periculoſi emergentes in diœceſi ali qua per concilium particulare ſive provinciale emendantur. Igitur *caſus novi & ardui, eorum mundum concernentes*, per generale concilium diſcuti debent. Quod enim omnes tangit, ab omnibus vel vice omnium tractari debet & convenit.

Arg. 8. In arduis de gratia & libero arbitrio. ad conci. lium conſugiendum.

Item, quod in dubiis, arduis, finaliter ad concilium perveniri oportet, apparet, dicente *Auguſtino in principio lib.* *Contra quam*, inquit, *hæreſin*, ſcilicet Pelagianam, *cum ſuiſſet diutius diſputatum, etiam ad concilia Epiſcopalia noviſſima neceſſitate eſt perventum.* Igitur,

Arg. 9. Apitorem in illo du. ſidio non dare via quam per Concilia. Non de facile,

Item, in hoc tam periculoſo caſu, ut viſum eſt, utique eſt Eccleſiæ ſuccurrendum. Et *per nullam viam* potius & efficacius hoc fieri poteſt, quam *per Concilium generale.* Igitur &c.

Conſequentia eſt neceſſaria. Secunda pars antecedentis declaratur:

Quia *non per viam* Primo, *inductionis.* facti. Quæ non facit jus, nec ſed aret regula.

Nec *per viam informationis* fidelium per legatos Cardinalium antiquorum: Qui omnes, præter duos, ſtant cum ſecundo electo. Quare illa via non proficit ſecundo electo. Eò, quod Cardinales cum primo electo, ſcil. Urbano VI. per tres menſes pacifice ſteterunt, & factis, verbis, ipſum Papam declaraverunt, & literis Principibus ſignificaverunt, ſe virum ſanctum & optimum in Papam elegiſſe. Propter quod, & alia plura longe præterita Cardinalium facta, laicis & clericis & toti mundo diſplicentia, eis non creditur modò, nec proficiunt illa via. Igitur.

Nec Cardinalium portatus.

Item probatur eadem pars Antecedentis. Sc. *Univerſalis Eccleſia, cujus concilium generale eſt repræſentativum, eſt ſuperior collegio Cardinalium, & omni alia particulari congregatione fidelium, & omni, cujuscunque dignitatis, & præſidentia perſona, etiam Domino Papa*, in caſibus inferius exprimendis. Itaque potiſſimum ad tale concilium, tanquam ad ſupremam autoritatem, in præſenti caſu, tangente totam Eccleſiam, recurrendum eſt.

Concilia eſſe ſupra Papam & Cardinales.

Conſequentia eſt notoria. Antecedens declaratur.

Quod probatur.

Quia *Eccleſia univerſalis non poteſt errare*, nec mortali peccato eſſe obnoxia: itaque *eſt ſuperior collegio Cardinalium Papa*, quia hanc prærogativam non habet. Quia de eo non eſt dictum: *Et portæ inferorum non prævalebunt adverſus eam*, ſed de Eccleſia univerſali. Unde *Anaſtaſius Papa II.* incidit in hæreſin, & *Martinus Papa* in idololatriam &c. Ille legitur in Decretis & geſtis ſummorum Pontificum.

Quod Eccleſia univerſalis non poſſit errare.

Confertur hoc: Quia collegium Papæ cum Cardinalibus non videtur magis confirmatum, quam collegium beati Petri & cæterorum Apoſtolorum ante paſſionem Domini, quorum Chriſtus commendavit conſtantiam dicens: *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus.* Et tamen *Petrus ter negavit Chriſtum*, & omnes Apoſtoli fugierunt ab ipſo, & in fide vacillaverunt. *Quis igitur dicere audebit, collegium Papæ & Cardinalium impeccabile eſſe, cum etiam à Chriſto inſtitutum non inveniatur.*

Et portæ inferorum non prævalebunt adverſus eam, quod non de Papa & Cardinalibus. Paparum ſæpius exemplis adjiciuntur. illuſtratur facto Petri, Chriſtum negantis, ac cæterorum Apoſtolorum à Chriſto fugientium.

Item

Indignos Papis esse promotos.

Item non desunt dicentes, Papam cum Cardinalibus sæpe *indignissimos*, ætate, scientia & moribus, ad *præcipuas Ecclesiasticas dignitates promovisse*. In quo utiq; hoc *collegium* erravit. Igitur.

Errare Papam in judiciis.

Item, quod etiam *in judiciis errare* possit, & *quod concilio generali subsit*, probat *Augustinus* in epistola ad Eleusium, Felicem Grammaticum & reliquos Donatistas. Ubi loquens *de collegio Papæ & Cardinalium* dicit, quibus verbis eis adhuc dici possit, & justissime dici: *Ecce putemus, illos Episcopos, qui Roma judicaverunt, non bonos judices fuisse? Restabat adhuc plenarium Ecclesiæ universale concilium, ubi etiam cum ipsis judicibus causa posset agitari, ut, si male judicasse convicti essent, eorum sententia resolveretur.* Hæc ibi.

Testimonium Augustini de superioritate Concilii.

Est igitur *auctoritas generalis concilii major auctoritate Papæ & Collegii Cardinalium.*

Hieronymi.

Quod etiam insinuat beatus *Hieronymus* ad Evandrum. *Si auctoritas*, inquit, *quæritur: Orbis major est urbe.*

Gregorii.

Item beatus *Gregorius*, ut habetur in Decretis, *Sicut*, inquit, *sancta Evangelia quatuor, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor* &c. scilicet, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense. Igitur *Papa & Cardinales subsunt determinationi & auctoritati Scripturæ Evangelicæ.*

Absolutio per Concilium Symmachi Papæ, cruci.

Item *Episcopi*, in concilio præsidentes, *Symmachum* Papam ab objectis sibi criminibus *pronunciaverunt absolutum* & immunem, ut habetur in *distinct. 17. decreti.* Igitur.

Sententia juris Canonici de superioritate Concilii.

Item dist. inct. 40. *decreti* dicit glossa: *Certe credo, quod si notorium esset crimen Papæ quodcunq;, & inde scandalizaretur Ecclesia, & incorrigibilis sit, quod possit accusari & per consequens judicari.* Et non videtur, a quo judice, nisi per concilium generale. Igitur.

Romana Ecclesiam habere principatum a Concilio.

Item Romana Ecclesia *Principatum* habet à Domino, & secundario *à concilio*, ut dicit *glossa distinct. 17. Decreti*, super capitulum, quod incipit: *Concilia*. Igitur &c.

Item 19. *distinct.* super capitulum: *Anastasius*, glossa dicit: *Videtur ergo, quod Papa teneatur requirere concilium, alias concilium Episcoporum. Quod verum est, ubi de fide agitur. Et tunc synodus major est Papa.* Hæc ibi.

Periculosum fidem committere arbitrio unius hominis.

Item 15. *distinct.* in capitulo *Sicut sancti*, in fine, Archidiaconus jam dictam glossam approbans addit, *quod nimis periculosum est fidem nostram committere arbitrio unius hominis.*

Consuetudo Papæ in ardue ad Concilium confugiendi.

Et idcirco Papa in casibus novis & arduis ad deliberationem concilii recurrere consvevit, ut apparet *De summa Trinitate* per totum. Igitur.

Gregorii approbatio.

Item *Sixtus Papa* & *Leo Papa* leguntur de objectis sibi criminibus se coram concilio generali expurgasse, ut patet in Decreto.

Innocentii confessio.

Item quod judicio concilii generalis Papa stare habeat, apparet verbis beati *Gregorii*, quæ habentur in *Decretis 2. q. 7. in cap. Si quis non.* Vide. Igitur.

Exc. Humillimus.

Item *Innocentius IV.* paratum se obtulit *Friderico Imperatori*, satisfacturus de *crimine* concilio concilii generalis congregandi, si in aliquo eum læsisset, imò sententiam, si quam contra eum injuste tulisset, revocare, ut patet in *Decretalibus lib. 6.*

Exemplum humilitatis.

Si dicatur: Quod præfati Pontifices summi fecerunt sic ex *humilitate*. *Respondetur*: Quod cum sancti Patres ita fecerint, merito *moderni Pontifices* [illegible] *in hoc tot imitari debent*, & Magistrum [illegible] humilitatis, qui dixit: *Discite à me, quod sum mitis & humilis corde.* Non ergo per humanam superbiam contra invicem tumeant, sed se invicem humilitate prævenientes ad pacem Ecclesiæ generale concilium adeant, & fieri procurent.

Non tenetur quis illam humiliter.

Item Archi. & Joh. Andr. in Novella tenent, quod in causa fidei *Judex competens Papa* est concilium. Et quod in causa fidei concilium potest Papam viventem damnare, in casu. *Cap. Si Papa, 40. distinctione Decreti.*

Arg. 10.

Item Ostiensis, & cæteri moderni Doctores juris Canonici, tenent, quod in casu, quo ex causa *depositio Cardinalis* immineret scelerata, *generale concilium* foret congregandum. Et utiq; *magis in casu schismatis* præsentis. Vel cur tam varie?

Si Cardinalatus per Concilium dependeat, & Schisma Papale per Concilium committendi.

Item esto, quod hoc schisma non evenisset, adhuc ad *reformationem* [illegible]

Arg. 11. Vel propter ſolam Eccleſiæ reformationem dudum optatum fuiſſe Concilio.

verſalis Eccleſiæ in plerumque aliis exorbitantibus & deviationibus inſerius enumerandis *opus fuiſſet dare concilio generali.*

Et forſanſis, quia *Prælati* ante *ad hoc* indupoſiti erant, Deus *hoc* ſchiſma *ad virorum Eccleſiaſticorum* æquasi expergefactionem oriri permiſit, *ut in concilio, ejus occaſione congregando, Eccleſia in hoc & in aliis reformaretur.*

Arg. 12. Exemplo mundanæ congregationum in civilibus, in ſacris idem præſtandum. Plus vident oculi quam oculus.

Item ratio dictitat, conſvetudo frequentat, natura jubet, quod in omni collegio, communitate & politia, ſic ſit, quod emergente aliquo caſu arduo & ſpeciali, tangente rempublicam, recurratur ad concilium magnum illius collegii vel communitatis.

Ratio. Quia *in collatione plurium*, ubi diverſi diverſa tangunt, aliqua invenient, quæ ſolus homo nunquam invenirent.

Etiam illa, *quæ magno conſilio ſunt*, ſecure recipiuntur, & authentica à populo habebuntur.

Ubi multa concilia, ibi ſalus.

Igitur per conſequens via terminandi negotia per concilium eſt tutiſſima conſuetiſſima, & conſvetiſſima. Idcò etiam dictum eſt: *Ubi multa concilia, ibi ſalus.*

Arg. 13. Concilium refugientes partem, ſuſpectam ſe reddere.

Item attento, ex ſupradictis luce clarius eſſe, quòd alia via humana non reperitur, quam concilii, quo plenario ſchiſma ſedari poſſit, & quod oportet finaliter ad hoc deveniri: utique *pars quæ hanc viam renuit* non modicum cauſam ſuam ſuſpectam reddit, quaſi *ut falſa quærat angelos* & timeat exire in lucem.

Aut, ſicut pars concilium refugiens per hoc cauſam ſuam infirmat: Ita pars quæ primo ad concilium ſe humiliaret, multum ſe juſtificaret, quod zelum Dei ſe habere per hoc demonſtraret.

Arg. 14. Peccare maxime quicunque Concilium ſuadeant.

Item eodem attento graviter & damnabiliter peccant & errant omnes Principes, & Prælati, & alii quicunque qui huic *viæ rationabiliſſimæ & convenientiſſimæ*, apud ſanctos Patres tritæ, *ſium diſſ.* & conſvetæ obſiſtunt & ſe opponunt.

Etiam tales damnabilibus affectionibus ſe ligatos & excæcatos eſſe clare demonſtrant.

Igitur rupto omni *velamine* & ligamine *iniquitatis, ambitionis, cupiditatis, timoris*, &c. cunctis fidelibus ſummo ſtudio ſub pœna divinæ offenſæ per hanc viam ad pacem Eccleſiæ conandum eſt.

Concluſio pro nocte.

Et ideo *pars affirmativa quæſtionis* eſt tenenda propter rationes prædictas.

ſtitate Concilium movere debet, quod anno Domini. ſi M CCC LXXXI die XX menſis Conſtantiæ univerſitas Pariſienſis, ſolemnis *ſtimonio* is congregata, concorditer determinavit, per quatuor facultates, ſcilicet Theologiæ, Decretorum, Medicinæ & Artium, eandem eſſe tenendam, & ſe, pro toto poſſe ſuo, hanc partem ſuis literis & epiſtolis perſuaſoriis & exhortatoriis apud Principes, communitates & Prælatos, ſi permitteretur, executuram.

Ad quam partem etiam non modi- *maxime tu- Academia Pariſienſis, & ſicut*

CAP. XIV.

De jure Eccleſiæ eligendi ſummum Epiſcopum, & de electo judicandi.

De modi diſſidia Papalia componendi. Deo, modis Concilium convocandi. Modum di inſtituendi. Papam e- ſtruendi.

NOtandum ergo, pro declaratione hujus materiæ, *primo*: Quod, licet habeatur ex ſcripturis, quod Chriſtus conſtituerit unum Apoſtolorum generalem vicarium Eccleſiæ ſuæ in terris, ſcilicet beatum Petrum, & voluerit ſibi ſuccedere in eadem regitiva poteſtate alios, usque ad conſummationem ſeculi: Tamen, quia *Chriſtus non tradidit de- terminatum modum conſtituendi ſucceſſores ſui Petri, ſed commiſit hoc ordinationi & diſpoſitioni Eccleſiaſtica*, ideo non unomodo ſemper Papa eſt & fuit conſtitutus.

Modum Papam e- Chriſtum inſtituiſſe.

Quia *primo* per Chriſtum.

Electus ex- limen Papa- tum per Papa- tum præcedens.

Secundo, aliquo tempore, *præcedens Papa* conſtituit ſibi ſucceſſorem.

Tertio, quandoque *omnes Epiſcopi* & ſacerdotes elegerunt in generalem Epiſcopum, quiſuper ſe erat Papa.

Per Epiſcopos.

De-

Canonicos Ecclesiæ Cathedr. *Per Imperatorem.* *Per Cardinales.*

Deinde, Ecclesia Cathedrali constructa, qui fuit à *Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Romanæ* electus, fuit Papa.

Deinde per aliquod tempus *Imperator*, quacunq; occasione potestate accepta, constituit Papam.

Sexto devoluta fuit in quodam concilio potestas electiva Papæ in *Cardinales*. Unde Nicolaus Papa in Epistola, in qua universis Episcopis Catholicis intimavit, quæ in Romana synodo centum tredecim Episcoporum ipso præsidente constituta fuerunt, dicit: *Primo namq; inspellare Deoest statutum, ut electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum sit. Ita, ut, si quis Apostolica sedi sine præmissa concordi & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum, clericorum, & Laicorum consensu, intronizatur, non Papa vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur.* Hæc ibi.

Ex his, & similibus, quæ in Ecclesiasticis historiis, & gestis summorum Pontificum & Imperatorum inveniuntur, sine allegationibus, videntur patere

Posito Christum non constituisse vicarium generale, Ecclesia jus esse, se constituendi. *Quod autem Imperium præsit.* *Quod Christus nec Imperatorem nec Episcopos aperte suos vicarios constituerit, sine tamen electione facti.*

quæ nunc.

Primum est: Quod, *esto*, quod Christus nullum discipulorum constituisset sibi generalem vicarium in terris, ad hoc *Ecclesia habuit potestatem, talem sibi constituendi.* Et spiritu sancto docente constituisset.

Tum, quia optima & decentissima politiarum, dictamine rationis naturalis, est, cui *unus monarcha* præsidet. Igitur.

Tum etiam, quia *Christus non fecit mentionem* de constitutione generalis vicarii in temporalibus, scilicet *Imperatoris*, nec vicariorum ejus particularium in spiritualibus, qui sunt *Episcopi*, qui tamen nihilominus veri vicarii ejus sunt per ritam electionem ipsorum. Igitur.

Et ita, si Christus Petrum non instituisset Papam, adhuc per electionem ab Ecclesia, vel ex parte Ecclesiæ fiendam, fieret electus generalis vicarius Christi in terris.

Secundum est, quod *potestas constituendi Papam primarie residet apud universitatem Episcoporum fidelium.* Ita, quod

Universitatem Episcoporum fidelium sic pertinet originaliter *disponere de Papatu: vem esse* Ideo ipsius solius est judicare, utrum *disponere* constitutio vel electio Papæ, à *commissa de Papatu* variis *Ecclesiæ* sive *Cardinalibus* facta, sit *ans* & valida & legitima, an non? *Judicare*

Quare in dubio, arduo & involuto, *de electione* quale hodie est, circa electionem Papæ *ne Papæ*, imò Paparum, ut ita loquar, summe opus est concilio generali.

Quartum est, quod *Ecclesia*, nullo *Ecclesiæ* Papa existente, *Cardinales, manifeste* abusos sua potestate, seu incendabili errantes, *eligendi potestate privare* & eligendi potestatem tali vel talibus Archiepiscopis vel aliis committere.

Secundo notandum est, quod *variis* vis præsens, *schisma finem habere* poterit.

Quia vel *per potentiam armorum*, sanguinis, in foro Ecclesiæ, viris Ecclesiasticis *inintendum non est*, quam diu a- lia via rationabili procedere possunt. *Armis.*

Quemadmodum David, quia vir sanguinis erat, templum Domino ædificare prohibitus est.

Vel secundo per paulativam *deter-* *minem partis falsa & falsæ.* Quia nullum violentum perpetuum. Et quia veritas stabilis est, & perennis, falsitas vero diu latere non potest, sed successive erumpendo se ipsam manifestabit. *Mendacium*, inquit Seneca, *tenue est, perlucet, si diligenter inspexeris: Omnia ficta sanguam fluxuli celeriter decidunt, nec*

stituendi Episcopi. *Supremum esse penes Episcopos.* *Idemque etiam esse penes fidelium tum.* *Spontes fundamentum.*

Instructione.

Cessione alterius partis, Concilio generali.

Deputatorum numerus.

Diffusa tione studiorum.

Miraculo, vel oraculo divino.

Præstare concilio.

Concilio congregari posse multis modis.

1.
2.

nec simulatum quicquam posuerit esse diuturnum.

Vel *tertio*, per continuam diligentiam & perseverantem informationem fidelium. In qua una pars, quæ ferventius & efficacius laboravit, tandem obtinebit.

Vel *quarto*, per duorum contendentium *concordiam*, uno suo juri propter bonum Ecclesiæ cedente.

Vel *quinto*, per *generalis concilii* convocationem, seu aliquorum, ex parte totius Ecclesiæ pro hoc facto secundum aliquem modum electionis vel deputationis ordinatorum.

Vel *sexto*, quod ab utroque deputentur aliqui famosi & experti viri, qui toties simul convenirent & *Romæ* & *Avinioni*, donec per legitimam informationem haberent concordiam in facto. Qua habita, scriberetur illa universis Episcopis Christianitatis, ut statim appareret, quis haberet jus.

Vel *septimo*, quod ab utroque eligerentur X vel XII. de scientioribus & expertioribus viris, quos habere potest, qui convenirent in una civitate eis assignata per annum vel dimidium, *disputaturi verbis & scriptis* contra invicem usque ad tres vel quatuor replicationes. Et deinde eorum disputatio in scriptis mitteretur per universam Christianitatem. Et appareret cito, quis haberet jus, vel ad quem plures vel valentiores declinarent.

Vel *octavo*, per alicujus *miraculi*, vel *divini oraculi* eventum, divinæ voluntatis declarativum. Hanc viam expectare, nisi post omnem diligentiam juxta vias humanas factam, esset tentare Deum.

Septem istarum *viarum* priores sunt *humanæ*, inter quas rationabiliores & expedientiores ex prædictis videtur esse quinta.

Tertio notandum est, quod *generale concilium* Ecclesiæ fieri, evenit *multipliciter*.

Primo, per *omnium fidelium* congregationem. Sicut tempore ascensionis Christi erat possibile: Modò autem non.

Secundo, *omnium Prælatorum & Doctorum.*

Tertio, solum *Episcoporum & Abbatum* provincialium.

Quarto, solummodo omnium *Archiepiscoporum*.

Quinto, solum omnium primatum & *Patriarcharum*.

Sexto, quod *Episcopi* cujuslibet regni Christianitatis facerent *inter se* concilium. In quo deputarent unum, *duos vel tres, ex parte omnium ad generale concilium*, providentes eis de expensis. Ille modus videtur expedientior.

Processus autem *ad concilium* & *in concilio* posset esse iste:

Primo, quod antequam Ecclesia convenirent, significaretur partib*, scilicet *Ur. Romano & Cardinalibus*, duntaxat *illis*, qui in. curia fuerunt electioni ejus, quod *coràm Ec. cilio Ecclesia comparerent*, in tali die & in tali civitate, cum omnibus suis testibus, rationibus, munimentis & instrumentis in promtu, absque alia dilatione.

De Modo procedendo & ad ea in concilio [illegible] *Concilium* [illegible] *cant ad mandatum* [illegible]

Secundo, quod Prælatis convenientibus, *Pontifice*, unt ordinem suum, deinde *Abbates* [illegible] *Sufra* Prodeant, deinde *minores Prælati*, & *Doctores laterum Theologiæ*, & Doctores Utriusque juris, *vite for.* secundum numerum convenientem ad [illegible] concilium receptí & electi.

Tertio, quod secundum morem Patrum Spiritus Sancti *invocatione* solenni facta, & oratione pro declaratione justitiæ & veritatis ad Deum devotissime fusis, coram omnibus Patribus *utraque pars*, aliâ præsente, sufficienter & in longum *audiretur*, usque ad duas vel tres replicationes.

Præmissa *precibus* *utraque* *tenentia* *audiatur*

Quarto, quod *omnibus ex utraque parte* [illegible] *conscriptis*, & cuilibet Archi-Episcopo. rum traditis, *diuturna deliberatione* apud quemlibet cum suis clericis habita, & [illegible] cum suis valentissimi *deputati scriptis* per eos, judicarent, qui articuli, & quot, & quomodo ab utraque parte legitimè essent probati, vel semiprobati.

Argumenta utriusque *que partis* *conficta* *esse per* *Deputa-*

Quinto, quod omnibus ex utraque parte legitime notis vel probatis, per *cilio dictatus* breviter summatis, vel inductione *per omnes* de concilio judicium definirum fieret, vel *per certos*, ab omnibus ad hoc concorditer electos.

tos in Consistentia *fic in Concilio* *rendum.*

Et necesse est, quod *vel unum* duorum contendentium judicarent esse [illegible] Papam, *duobus*

Digitized by Google

Difficultas remouetur tertio subsumto.

Papam, *vel neutrum* eorum. Sic remediū non restaret aliud, nisi omnes Cardinales antiquos iterum convenire, & eligere aliquem, secundum quod Spiritus sanctus daret eis. Et cilet schisma expeditum. Ecce *via possibilis*, via plana & secura, & utique rationabilissima.

Igitur *ad rationes* ante oppositum *contra hanc inductas* respondendum est.

CAP. XV.

Solvuntur dubia Concilio generali congregando objecta, Cap. XII. recensita; Et confirmatur, Concilio opus esse.

Solvitur 1 Objectio. Dubitari posse de Assensu Cardinalium de Papa electione. Cardinalium de electione literis V.T. sibi palam contradicitur.

AD *primam*, conceditur, quod Cardinalibus credendum est, ut assumitur: Nisi *in casu aliquo novo* & singulari obsit causa sufficiens, rationabiliter faciens *dubitari de eorum assertionibus*, ut est in proposito.

Nam primo *unum elegerunt*, & ipsum publice, coram populo toto *coronaverunt*, & per tres menses secum stantes, omnia, quæ vero Papæ debentur, ei *exhibuerunt*, & ab eo sacramentum, beneficia, dignitates receperunt, sibi & suis impetraverunt, & virum sanctum & optimum se in Papam elegisse, Imperatori & aliis Principibus per mundum, ut moris est, literatorie signaverunt &c. Postea vero *nouos Cardinales*, qui electioni interfuerunt, exceptis duobus vel tribus, *asserunt* publice, & concorditer *jurant*, & *prædicant* per mundum, *primo electum non esse Papam*, sed ipsum solum *simulate* taliter *causa metus electum* esse, & illa de causa circa ipsum facta fuisse omnia prædicta.

Ecce *causam dubitandi*, propter *assertiones contradictorias* sortes & coloratas, successive ab eis factas, & tam apparentes, quod etiam plures doctissimorum judiciare nesciant, quæ pars contradictionis in hoc casu præponderet, aut quæ præponderans debeat censeri.

Etideò, ut hoc discutiatur, *summe opus est concilio generali*, quod Spiritu sancto regitur. Juxta illud Matth. XVIII. *Si duo ex vobis vel tres conveniant in nomine meo super terra de omnive, quamcunque petierint, fiet illud, quia in medio eorum sum.*

Parti debilori non deferendum.

Ergo *non diffidat pars, quæ* in hoc casu *pauciores adhærentes habet numero, pecoris more deferre sapientiæ*: Nec alia præsumat in multitudine adhærentium. Quoniam in concilio generali, ubi Spiritus Sanctus judex est, non vincitur multitudine, sed veritate. Et veritate non deficitur ex paucitate in tali causa universalis ecclesiæ, in qua ab universis fidelibus, in concilio, & ante, pro declaratione justitiæ Spiritus Sancti gratia jugiter imploranda est. Ergo, *confidant pauci*, imo *confidat unus*, in hoc sanctissimo processu, vincere decem millia. Nam si Deus pro nobis, quis contra nos. Advertamus, ut Moses ait, quomodo persequebatur unus mille, & duo fugaverunt decem millia. Nonne ideo, quia Dominus concluſit illos? Sanctus quoq; *Hilarius vicit solus Papam cum Cardinalibus*, ut ejus narrat Legenda. Hujus etiam rei in historiis multa exempla reperire poteris.

Apparet igitur, quare *inutilis* est ad *Sup. c. XII.* discutiendum præsentem casum *via*, quæ tacta fuit *in nono argumento* post oppositum quæstionis: Imò casum faciliorem. Unde *Johannes* Teutonicus, glossator Decreti, 79 *distinctione*, quærit: *Si duo contra fas eligantur, quæ erit judex? Non Cardinales ipsi. Quia se erunt judices in facto proprio. Nec alius superior poterit inveniri.* Et post pauca subdit: *Dic, quod concilium convocetur.*

Per Cardinales illos judices in facto proprio non debet Papa.

Item *Johannes Andreæ in Clem. de elect.* quærit: *Quis de hujusmodi causa metum cognoscere haberet, si allegaretur circa electionem Papæ.* Et respondens dicit: *Quod nullus, nisi sit concilium.* Et certum est, *quod, nisi à generali concilio.* Igitur propositum.

le non potest compositus per Concilium.

Item, mirum est de quibusdam, utinam non *adulatoribus*, qui *volentes Cardinales quasi deificare, & impeccabiles reputare*,

Adulatores Cardinalis eos deificare dum videntur imo peccabiles.

dare, asserunt, ipsorum verbis semper esse credendum sine exceptione: Cum sancti Doctores, *Augustinus, Hieronymus*, & alii inveniantur nonnunquam sibi contradixisse & veritate deviasse, ut apparet in libro *Retractationum Augustini*. Et cum legatur, *Paulum restitisse Petro in faciem*, eo, quod non recte ambularet secundum veritatem Evangelii.

Nec Patres ab errore fuisse immunes, Nec Petrum.

Nonne & in *Conſeſtoris* ſæpe unus *Cardinalis contradixit alteri* in diversis causis & negotiis? Et ita unus erravit: Vel sunt *sanctorum* & confirmatores *sanctis* prædictis: Vel forte eorum auctoritate *contradictoria verificari* possunt.

In Conſiſtorio Cardinalium unus alteri ſæpe contradicere.

Item, ex quo Cardinales jam experimentaliter sentiunt, quod propter eorum missionem & prædicationem pro totis viribus, ſchiſma non minuatur, imo crescat, & ſtabiliatur: Desistere debent ab hac via, quanto citius, tanto melius, tanquam Deo non placita, propter peccata forte eorum vel aliorum, declinantes *ad viam Spiritus S.* quæ est *concilium vere generale*, ut fiat in Ecclesia pax. Et tunc apparebit, quod non quærunt quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, & quod communis salutis omnium fidelium habent affectum.

Item si *duo Cardinales* jam *missi ad Tenentes in tribus annis non unum convertebant, ad credendum, secundum illum esse Papam*, vix in centum annis habebunt pro se per talem modum nisi quod decem regna, quæ primo electo adhærent.

Item, si Cardinalium informatio & prædicatio est valida & efficax, & à fidelibus in dicto casu recipienda, non est via ad hoc expedientior & convenientior, nisi quod *Prælati omnium nationum Christianitatis in generali concilio congregandorum informent* de veritate facti & juris. Qui nomine Ecclesiæ congregati si eis crediderint, expeditum erit negotium hujus ſchismatis per totam Ecclesiam. Igitur *via concilii* expedientissima est, & maxime *à Cardinalibus* expetenda & requirenda.

Reſp. ad 2. Obj.

Ad Secundum respondetur: Quod concesso, notorium esse, ibi fuisse tumultum populorum &c. non sequitur: Igitur notorium esse, quod Cardinales elegerint præcise *metu* compulsi. Quia ex positis non contrarium apparet: Videlicet, quod *vere & libere* consenserint in ipsum. Ut patet ex dictis in prima solutione.

Exulasse metum in electione.

Et tunc non est notorium; sed est *perplexum dubium*, an; omnibus attentis, illa electio censenda sit invalida; ratione illius impressionis & tumultus, qui erat in electione Urbani VI. Itaque *opus est concilio.*

Concilio illa ſcrutandum.

Item esto, quod esset communiter apud sapientes notum, quod primus electus non haberet jus: Nihilominus, quia ſchisma magnum invaluit, & jam diu stetit, ad satisfaciendum & quietandum generaliter simpliciores, & ad convincendum malitiam & proterviam multorum *expeditor, negotium discussi in concilio generali*. Sæpe enim, ut dicit beatus *Gregorius*, expedit, aliqva fieri ex superabundanti propter causas jam prætactas. Quare relinquitur, *opus esse nunc concilio generali.*

Item vo-lendum.

Reſp. ad 3. Obj.

Ad *tertium*, conceditur, quod *communiter & regulariter* verum est, quod sine autoritate Papæ concilium convocari non debet. Veruntamen, *ingruente In caſu neceſſitate ſingulari, qua frangit legem*, & etiam in multiplici casu possibili, *potest & de-beat fieri concilium generale ſine autoritate Papæ.*

neceſſitatis Concilium convocari poſſe abſq; autoritate Papæ.

Primo, si Papa lapsus in hæresin manifestam pertinaciter occupet sedem Apostolicam, nolens concilium convocari.

Secundo, si post mortem unius Papæ contingeret statim omnes Cardinales occidi, oporteret provideri de Papa per concilium generale.

Tertio, si Papa cum consilio Cardinalium proferret aliquam sententiam dubiam in materia fidei, & in hac pertinaces & incorrigibiles persisterent, nolentes concilium.

Quarto, si sede vacante Cardinales propter eorum discordiam vel aliquam tyrannidem convenire non possent. Seu, si ex malitia vel aliàs ad electionem Papæ convenire nollent, nec vellent concilium generale.

In quolibet illorum casuum *generale* conci-

Digitized by Google

concilium sine autoritate Papa convenire debeat ad tractandum de bono communi totius universitatis fidelium.

Et tunc patet, *non esse de propria vel essentiali ratione concilii generalis, ut fiat per Papam, sed est per accidens.* Igitur.

Non est de essentia concilii generalis presidere ut fiat per Papam.

Item, notum est, quod non solum illud, quod *extra tempus necessitatis* est *licitum*, imminente *necessitate fit debitum*: Sed etiam, quod *extra necessitatem* fuit *illicitum*, *in necessitate* extrema *fit debitum* & necessarium. Ut, contrectatio rei alienæ invito Domino, vel ablatio panis ab existente in extrema necessitate, non est furtum. Ratio hujus est, quod ea, quæ sunt juris humani, utpote rerum divisio & appropriatio, & consimilia, non possunt derogare juri naturali vel divino, quo res inferiores ordinatæ sunt ad hoc, ut per eas necessitati hominum subveniatur. Quapropter res, quas aliqui habent super-abundanter, naturali jure pauperibus debentur, secundum beatum *Ambrosium*.

Etiam illicita in necessitate extrema fieri licita.

Male igitur epicikisant, qui, *in presenti communi summa necessitate universalis Ecclesie*, volunt *omnia jura positiva*, de concilio congregando nonnisi autoritate Papæ, præcipue *ad literam servari*; impedientes, contra intentionem eorum, qui canones constituerunt, viam pacis & salutis. Ac si in nullo casu liceret populo vel alicui sine autoritate Principis contra statuta communia pro defensione sui & paternarum legum militare, seu Principi, volenti rempublicam & civium universitatem destruere, ad cujus conservationem est ordinatus, tanquam hosti non regi resistere. Nonne etiam Maccabæi in diebus sabbathorum bellantes divinæ legis transgressores non fuerunt? &c.

Juribus positivis non inhærendum contra salutem publicam.

Quis etiam nescit, quod fuit *impossibile* regulariter *leges & jura positiva institui, quæ in nullo casu deficerent*, vel exceptionem paterentur, ut patet 1. *Rhetoric. Aristotelis*. Hac ratione, quod *actus humani*, ad quorum ordinationem & regulationem leges constituuntur, sunt *circa singularia & contingentia*. Quæ, quia *infinita* sunt, & infinita *non* accidunt, & infinitis *modis* variari possunt, *sub nulla regula* vel arte *comprehensibilia* sunt. Igitur.

Nulla lex possibilis regulariter ad omnes casus exceptiones.

Et ergo vix est aliqua lex positiva, quin casus possit emergere, quod ille, qui antè tenebatur eam implere secundum tenorem literæ, in illo casu non deberet. Sicut regulare est, quod de-positum reddi debet: Tamen si quis *Exemplum de deposito furioso non reddendi non debet.* depositum gladium in furia repoſcat, ei to-reddi non debet.

Unde *Nicolaus Papa* præsidens synodo Constantinianæ dixit: *Quod ita nunquam adeo venenata* simoniaca pernicies *Exemplum de simoniaco.* hactenus invaluit, *ut vix quadam Ecclesia* Simonia *valeat reperiri, quæ hoc morbo non sit aliquæ ex parte corrupta.* Et tanta talium multitudo est, ut, *dum* rigorem *canonici* juris *quæ dispensatorie est, ut dispensatorie ad pia condescensiones cum abolescentibus nostres animos ad præsens inclinemus, simoniacis consecratis in accepti ordinibus minime permittentes. Hoc etenim temporis nimia necessitas permittendum à nobis extorsit* &c.

Et ergo est quædam virtus, quam *Aristoteles V Ethic.* vocat *Δικαιοσυνην*, quæ *Moderata est directiva justi legalis* Et ea melior & *nobilior*, quia per eam modo excel-*entiori* & pertectiori obeditur menti *lentiori & intentioni Legislatoris.* *Leges ferentium.*

Patet igitur, quod, quia *legumlatores* runtur de leges ponendo frequenter *attendunt ad ea* quæ *saepius* fiunt, & raro de *pe* sunt, *eaquæ* fiunt *in paucioribus accidunt*, & raro contingentibus providet: Id-non quæ eo accidit, quod quidam *juris* im-raro. *peritis, & indocti in Theologia, & in moralibus* Inepti *Philosophia, volentes, legos communes & Theologi positivas sanctiones in omnibus casibus obser-& Ecclesiasticas, vare, juxta verborum cortiecm* seu *super-qui leges faciem*, faciunt saepe contra justitiam & *secundum* bonum publicum, & contra intentio-*literam* nem legislatorum: *transgredientes di-omnibus. vinum velut rationem, propter quosdam casibus obscurum verbales traditiones hominum*, quarum in-*servari* tentionem non attendunt, legum ju-*volunt.* stas interpretationes audire conte-*Injustum* nentes. Cum tamen liceat sit *saepe* est le-mnenentes. *gem strictam Theologi*, qui sunt *Δικαιοι* divinæ le-gem *strictam* gis, mentem Christi interpretati. *Pugnat* re-declarare. Ut patet in interpretatione magni mandati in lege, *quod ad li-cum sanctum* one *terram à viatoribus impleri non potest* sed *rationem* ad sensum doctoris.

Nunc

Nunc ad illud quod ulterius dicitur, quod nullus habere et potestatem super omnes fideles: Respondetur, quod Ecclesia Romana habet talem potestatem. *Ecclesia* autem *Romana* intelligitur, *Ecclesia universalis*, vel concilium generale. Igitur.

Ecclesiam universalem habere jus super omnes fideles.

Ad *quartam* dicitur; Quod hoc non est timendum, nec est verosimile. Cum procedatur via Spiritus S. ad pacem Ecclesiæ. Cujus gratia, in concilio & ante per omnes Ecclesias Christianitatis devote imploratas, hujusmodi fieri non permittet.

Resp. ad 4. Obj.

Ad *quintam* respondetur: Quod per cœtum Cardinalium congregari potest. Etiam forte ad majorem securitatem expediret, quod *utrorumque electorum consentirent* congregationi concilii. Quia pauci dubitant, quin unus eorum sit Papa. Et ita satisfieret canonibus, qui contrarii videntur.

Aliter, tumultum illum per Concilium componi posse.

Resp. ad 5. Obj.

Alii *modi concilium convocandi* tacti sunt in quadam *Epistola*, quæ incipit: *Cenina magni Jovis ufcarius.*

De modo Concilium convocandi.

Et cum dubitatur, *cujus autoritate valeret in tali concilio facta?* Respondetur: Quod *in casu tali* necessitatis, *autoritate* capitis *Christi* indefectibilis. Cujus etiam autoritate David & sui panes propositionis manducabant, & Maccabæi in Sabbatho pugnabant. &c.

Liber alia autoritate præclarus, dictus, Epistola Pacis.

Si *dicitur*, objicien do prædictis: *Papa est major concilio*: Respondetur: Quod in casu nostro concilium nihil statuet, donec ante omnia congregatum, & clarificatum fuerit, sive autoritative sive magistraliter, quis sit verus Papa. Quo facto, ille acced et concilio, si velit, & facta & fienda amplius in eo per ipsum robur habebunt.

Concilii autoritas Christum. Concilii cœtus modo supra Papam.

Vel dicitur, quod *Ecclesia Catholica*, modo superius declarato est in hoc casu *superior Papa*, à qua, cum ipse sit Catholicus, non est exclusus, imo est ipsius *caput secundarium*. Cujus defectum, vel cum illud non est, vel cum est, & non constat, quis est, sicut est in proposito, supplet *Christus caput Ecclesiæ sua* insep arabile & *primarium*. Cujus gratia & meritis Ecclesia corpus suum mystic um suscipit incessanter sensum, motum, & spiritum vitalem. Quo fit, quod errare non potest lege stante, nec mortali peccato ex toto maculari vel mortificari.

Christus caput Ecclesiæ primarium.

Ad *sextam* respondetur: Quod, sicut bonus filius matri suæ carnali ægrotanti vel tribulationem patienti, licet 6. *Obj.* Deus eam velit mori, vel taliter ad sa. Etiamsi lutem suam tribulari, omni via licita *tribulato* tenetur niti succurrere, & eam libera- *ones Ecc.* re. Et ita, à fortiori, matri spirituali, *ecclesiæ* quæ est Ecclesia, succurrere tenetur. *sint*, ex illa Maxime, qvando tribulationibus, com- *lis tumul* muni saluti fidelium manifeste obviis, *emergen* ut est in præsenti casu, qualitur. Sic- *tibus esse* iam, hac consideratione, quod omnia *quæren* cooperantur in bonum electis, ab eli- *dam.* sione dissensionum & discordiarum & hujusmodi malorum, Christianis cessandum esset: Eadem ratione ab hæreticorum extermination e & ab omni punitione perversorum desisten dum esset. Qvia, juxta beatum *Augustinum*, Omnipotens bonum nullum malum fieri sineret, nisi inde etiam majus bonum elicere sciret & vellet. Igitur.

Item illud: *Nolite arbitrari* &c. accipiendum est, qvasi Christus dicat: *Sed gladium*, id est, correctionem & vindictam offensarum Dei in malos sibi adversantes à Principibus & prælatis intrepide exercendam. Exemplo David, qui testabatur, quod eum malis concordiam non teneret, dicens: *Nonne, qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos?* Hoc est, quod verum in eis erat, diligi, & quod male fecerunt, increpari, mores pravorum pressi, vitæ eorum profui, nihilominus inimici facti sunt mihi. Si igitur David illius temporis laicos corrigendo malos, non curavit eorum inimicitias incurrere, quanto magis Christianæ Ecclesiæ præsides & Prælati in hoc nullos formidare debent, intrepide *exteriorem pacem cum malis servantes*, interiorem nihilominus circa illos, id est, *fœdus charitatis medullitus custodientes.* Qvia, si Deus pro nobis, quis contra nos? Vel *gladium*, id est, pugnam virtutum contra vitia, malorum contra bonos, dæmonum contra fideles, spiritus contra mundi & carnis infestationes.

Resp. ad 6. *Obj.*

Ad

Digitized by Google

Resp. ad 7. Obj. Unum oportere esse Pontificem.

Ad *septimam rationem* respondetur: Quod primo constat satis ex dictis Scripturæ, *unum generalem vicarium Christi* esse debere in sua Ecclesia usque ad consummationem sæculi. Et ideo, quia *mala* est *pluralitas Principum* non subordinatorum, & naturali ratione interdicta: Utique omni diligentia per fideles obviandum est pluralitati summorum Pontificum, *donec* vel miraculo, vel revelatione speciali *circa hoc aliud videatur.*

Vid. supr. f. 24.

Pro hoc vero, quod ulterius dicitur de variatione populi, de uno veniendi in alium, & de statu in statum, propter peccata, & quandoque alias de causis: Quemadmodum status Christiani cleri tempore Constantini Imperatoris mutatus fuit de paupertate ad divitias, de tristitiis ad delitias, de contemta ad honores, de subjectione ad dominationes, de labore ad requiem, de tribulatione ad pacem, & de oppressione ad libertatem: Forte dices: Certe talis mutatio videtur nisi *permissus* propter aliquorum peccata à Deo facta. Quoniam, quæ causa tantæ exorbitationis & deviationis Ecclesiasticorum, quæ apparet hodie, & summabitur in solutione ultimæ rationis, nisi hoc *venenum, effusum in Ecclesiam Dei, quando Imperator Constantinus Ecclesiam tot divitiis locupletavit, & tantis honoribus sublimavit?* Ex hoc enim, quod statibus Ecclesiasticæ præ laturæ conspiciuntur tantæ *divitiæ, deliciæ, honores, reverentiæ, potestates, venenum & dominationes* annexæ, jam latius & sapiens, *puer & senex, bonum & malum* à minimo usque ad maximum, omnes indifferenter *ad pinguia Ecclesiasticos status* quique *per fas & nefas anhelant, simoniam* committunt, *discordiam* seminant, cœlum & terram movent, ut ad illos perveniant, & in eis permaneant: Proh dolor, non considerantes, neque apud se semel discutientes, quanta & quam arduæ habentibus tales status agenda incumbant, in quibus si negligentes fuerint, æternæ damnationi subeunt.

Nova Obj. Constantinus munera in Ecclesiasticis.

Propter-ea Ecclesiasticum statum per se & necessarium esse.

Resp. Abusum non tollere rectum usum.

Respondetur: Quod, quamvis hæc contigerint, & contingant ab aliquibus *per abusum temporalium*, ad magnificentiam gloriæ Dei Ecclesiæ donatorum, nihilominus Papa Sylvester sancte fecit temporalia recipiendo, & Constantinus ea dando. Quia videbant, *rectum* usum talium divinæ honorificentiæ cultum gloriosæ magnificandum & ampliandum. Etsi in parte *contrarium eventurum cognoverit* ex malitia abutentium, æternam receptura suo tempore pœnam. Veruntamen tali mutationi Ecclesiastici status Sylvester resistere non debuit.

Quæri potest hic: Si verosimile sit, *Quæstio:* quod *Ecclesia perder* quandoque, scilicet tempore Anti-Christi, vel ante, *totum statum* temporale, quod à Constantino & à Principibus aliis successu temporis accepit? *Ad Ecclesiæ minimum temporale.*

Secundo: *Utrum expedientior esset summus* pro generali *salute fidelium*, humi- *pontifex aliquando liatus cleri sine temporali*, qualis erat ante Constantinum, vel *status*, qualis *An humilis cleri post fuit & hodie est?* *status Ecclesiæ melior?*

Ista sunt alterius speculationis. Veruntamen *pro diversitate temporum alter Ecclesiæ esset & alter status Ecclesiæ magis convenire videbitur? Pro datur. Et non idem semper.* *di-*

Ut in primitiva Ecclesia, tempore *persecutionis* & *vere de propriis*, & facerdotes Ecclesiæ fideles contentari in humilitate *de solis oblatis*, *statu* & pie datis, & de bonis hæreditariis, *gruere*, quæ habebant. Post vero, templis Christianis absolutis & ædificatis cœperunt vivere *de decimis* & oblatis. Deinceps post Constantinum, de reditibus, *prædiis, terris* & aliis Imperatore & aliis Principibus Eccle- *De increscentibus* fiæ datis, *clerus incepit vivere magnifice* in *mente* honore, reverentia & dominatione usque hodie.

Quem statum an Deus modo vel alias diminuere voluerit vel voluerit, nescio. Ipse summum sit, qui mutat tempora & transfert regna, aperiens & qui fidelibus sunt de expeditori sempet An ma- novit providere statui. *ejusmodi gradu ad cale per*

Ad *rationem ultimam* & ultimam *Resp. ad* *spondetur*: Quod semper in Ecclesia juxta Apostolicam assertionem, omnes *ultimam* qui volunt in Christo pie vivere, *persecutionem* patientur. Quæ *persecutio*, ut *Deo* dicit Leo Papa, non in eo tantum consistit, quod contra Christianam pietatem aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis. Cum modò *Obj.* *perse-*

Persecutionem hodiernam esse morbi dissimilitudinem ac depravationem.

Concilio opus nunc maxime esse, non solum in primitiva Ecclesia, ut sint qui deprauata tmendent.

Scrupulus: Omnia à majoribus emicat; jam esse emendata.

Exitus.

Scrupulus: Nova Corruptio Ecclesiæ fuerit tempore.

Novo igitur morbi novas cognit inuenire medelas, remedio.

Igitur quoniam virtus unica fortior est seipsâ dispersâ, nunc maxime congregari convenit concilium in ardue, ut saltem inter multos inveniantur aliqui, qui adhuc zelum Dei habeant & profecto quantur.

Ad hoc vero, de qvo dicitur, sufficienter de omnibus jam provisum esse &c. Respondetur per hoc, quod *cap. 1. Tertiani Concilii VII.* habetur: *Licet*, inqvit, *& ante constitutiones canonum exstent, qua ad omnem possent correctionem sufficere, si quis dignetur eas libenter attendere: Tamen, quia tanto amplius lucerna claritas emicat, quanto fuerit studiosius sepissime mundata vel contrectata: Non parum proficiet ad emendationem multorum, si damnatorum illa, qua constituta sunt, per fraternam collationem ad memoriam reducantur, illa terrantur, quæ aut deesse videntur, aut omnino constituenda competenter existimantur.*

Qvis enim nesciat, qvanta sint hactenus illicita perpetrata, & quamnefanda multorum brvalverit superbia, avaritia & lucuria, & quam multiplex à legitimis exstitabitatio. Qvæ novæ provisionis expostulant remedia. Qvemadmodum *novi morbi novas cognunt invenire medelas*, vel antiqvas juxta eorum qvalitatem & modos temperare.

Item, cum particularia sint infinita, & infiniti casus novi emergere possint: Nullis finitis constitutionibus vel legibus particularibus sic sufficienter provideri potest, quin sit semper opus novam provisionem super pluribus evenire possibilibus.

Nulla constitutiones sufficiunt.

Semper provisione.

Item, cum *natura humana* naturaliter *nova opus* natatur in vetitum, & de cætero sit in domita & efrenis: Ideo, ei *habenas laxatis pro tempore, eleo reverentur ad inordinationem suam*, & repullulabunt vitia, redibunt superstitiones, revivescent errores. Qvare *opus est frequenti visitatione domus Dei*, factæ ex hominibus, & *ejus reparatione*, jam in hac parte, jam in illa. Ad instar domus materialis, Qvæ, nisi sollicite quolibet anno visitetur, reformetur, & renovetur, ubi indiget: Columnæ à rectitudine nutabunt, & incurvabuntur, & à fundamento recedent, à trabibus disjungentur; Colores & picturæ parietum & columnarum inveteratione cadent: Tunc imagines in eis pictæ truncabuntur: Vitrea (qvæ sunt doctores, per qvos tanqvam per fenestras illustratur domus Dei, qvæ est Ecclesia,) adhæsione pulveris squalescent, & obtenebrescent.

Obredemone domus Dei, visitatione & reparatione ac emendatione opus Ecclesiæ visione.

Et ita, nisi *Ecclesia* continua sollicitudine suorum architectorum, temporibus debitis, priusquam defectus nimis increverint, *visitetur, reparetur & renovetur*: Picturæ ejus cadent, scilicet veritatis & scientiæ, & columnæ nutabunt, fenestræ, id est doctores, non dabunt lucem, & tandem in suis partibus irreparabilem ruinam patietur.

Cap. XVI.

Saluberrimas Patrum primorum constitutiones de salutari Ecclesiastica disciplina prorsus illo ævo exulasse.

Scrupulus: Non esse opus reformatione Ecclesiæ indigere.

Exclamitur.

Summam esse corruptionis.

FOrte dicetur mihi: *Ecclesia fundata est super firmam petram*, flaverunt venti, inundaverunt flumina, non est passa ruinam. *Quomodo in dicis, reformatione indiget?* Aut dic, *in quibus.*

Sed, si in nullis ejus partibus heterogenei, id est, *flatibus*, vel innutlis ejus partibus materialibus sive fluentibus, id est, *singularibus* suppositis, hodie corrigitur & *emendatione Ecclesia indiget.* Qværo, *ubi sunt* nunc præcedentium *Patrum* sanctæ & *rationabiles constitutiones* innumeræ, in eorum conciliis, vel in Epistolis Papalibus traditæ? Qvarum *Ecclesia* observantia, nunc abolita, nedum ex-

Sanctiones ejusmodi exstare.

pedivit

Digitized by Google

pedivit olim, sed magis modo fidelibus fallubertima esset, & oportuna.

Fallitur Epis. pabem esse ultimam.

Et ut de pluribus taceam & grandioribus: *Primo, ubi est hodie, quod Episcopus bonus & probatus opere & doctrina* eligatur, non homo carnalis, spiritualium ignarus?

Clericos prabendis minus instructos. Pro continuis sepulturis, promotione, pretium exigi.

Ubi est, quod *clerici* in duabus civitatibus vel Ecclesiis *prabendas* vel prælationes non habeant?

Ubi, quod *pro sepultura, confessione, ordinatione, promotione*, nullo prætextu, ubicunque fuerit, aliquid *exigatur*, aut detur?

D. principum Capellanis. Simonia in promotione Episcopali. Abbates Episcopos ab Ecclesia.

Quod nullus Principum laicorum Capellanum habeat, nisi ab Episcopo datum, in casu ab ipso deponendum vel corrigendum?

Quod nullus Episcopus aut sacerdos *munaribus, precibus ac favoribus*, personarum acceptionibus, promoveatur?

Ubi est, quod Episcopi extra propriam diœcesin non morentur?

Quod clerici non plures, quam sufficiat, ordinentur?

Quod *Episcopi & sacerdotes spectaculis & ludis* non intersint, nec delectentur?

Quod *sacerdotes nihil fœnoris* aut rusticæ negotiationis exercent, nec mercatores, venatores, aut negotiatores fiant?

Quod *negotia causarum festivis diebus* in Ecclesia non tractentur?

Episcopus non Eccle. sia sed sua curat.

Ubi est hodie: Ne *rectores Ecclesiarum in suis strenui* sint rebus, & in Ecclesiasticis remissi, aut plus propria, quam Ecclesiastica jura procurent?

Contra generalia.

Quod non liceat Dominis & Prælatis observationibus superstitiosis gentilium attendere, nec divinatores consulere, aut *stell. aruspicum sues vesicare in rem. Prin. agendas?*

Synodus provincialis.

Ubi sunt *synodi provinciales*, secundum Patrum constitutiones semel vel bis in anno celebrandæ?

Clerici ad matutinum non accedentes.

Ubi, quod non liceat quemcunque clericum vel Episcopum die Dominico absentem esse, sed missarum solemnis interesse jejunum?

Quod clerici, ad matutinum & vespertinum officia non venientes, deponantur, nisi Episcopo vel Decano satisfaciant?

Quod non liceat clericis ante tertiam horam prandere?

Quod nullus faccerdotum à Quinquagesima usque ad Pascha carnes comedat?

Quod faccerdotes Adventum jejunent?

Quod Prælati à subjectorum institutione non cessent?

Prælatos gradibus, pro dignitatibus, pro eramentis accipiatur?

Ubi est hodie: *Ne quicquam præmii pro promotionibus, pro divinis sacramentis accipiatur?*

Ne Prælati monasteriis vel Ecclesiis sacrorum confangvinco suos, vel eis favent. præficiant? Quod non ordinentur, qui Psalmorum, canticorum, seu hymnorum ignari sunt?

Quod Scripturæ divinis studeant Epi. De. Sacerdotes, maxime monachi & re. clerligiosi, scientiis liturgiosis & præticis omissis?

parochias sui circumeant cum effectu? divina legantur?

Ubi, quod oppressores pauperum, potentes & Tyrannos, Episcopi arguant & corripiant?

Ubi, quod *per annos singulos Episcopi*

Ut ad mensam Episcopi scriptura divina

Quod Episcopus angarias & impositiones vel hujusmodi gravamina subjectis non imponat?

pibus jocularis, ab officio retrahatur?

Quod *clericus servilis, & verbis tur-*

Ubi est nunc clericorum singularis *decor continentiæ*, in gestu, in vestitu, vi. & ritu?

Ubi: Ne clerici comam, barbamve nutriant, aut vestimenta, calceamenta a. liter, quam religiosum decet, habeant?

Ubi, quod *stipendia clericorum juxta merita distribuantur* personarum?

Quod *clerici nuptialia vitent convivia?*

Quod *clerici ebrietas non ingrediantur*, *nec in eis dominetur crapula & ebrietas?*

Ubi est illud Carthaginensis Concilii IV. ut *Episcopus vilem supellectilem* & *mensam* ac victum pauperem habeat, & *dignitatis sua auctoritatem fide & vitæ meritis quærat*?

Quod Episcopus pro rebus transitoriis leviter non litiget?

Quod Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem aut avaritiam non transeat?

Clerū regulæ honestatis.

Quod studendum est clericis, ut *disidentes fratres ad pacem magis, quam ad judicium cohortentur?*

Quod *clerici per plateas & fora discurrere non debeant?*

Quod *clericus*, qvantumlibet verbo Dei eruditus, ne pauperes graventur, ut Paulus, *artificio victum quærat?*

Quod clericus artificio vel agricultura sibi victum *absq; sui officii detrimento* præparet?

Ubi est, quod *clerici in aliena civitate sine* legitima causa *non morentur extra* præbendas vel Ecclesias suas?

Quod ab his, qui sacramentis divinis inserviunt, singularis *custodia* tur?

Quod clerici actus secularium *vel procurationes non suscipiant?*

Quod laici *clericos aliquos* vel rationatores sibi non constituant?

Ubi est hodie illud Chalcedonense *concilii: Monachi tantummodo intenti sint jejuniis, & orationi, in locis, ubi ven. antea constituti fuerunt, manentes nec Ecclesiastica, nec secularibus negotiis propria monasteria deserendo insistant?* Et maxime *quid opus* est monachos evocari? Cum *infiniti* seculares clerici hodie studeant *in secularibus litibus*, juris scilicet & legum.

Ubi est, Non liceat Episcopo a sua *Ecclesia* plus tribus hebdomadibus abesse? Ubi, quod *clerici alterati, venatores, &c.* communione priventur?

Quod *officia Ecclesiastica pecunia non obtineantur?* Ut *nihil pro ordinatione, vel pallio, vel chartis, vel pastello detur aut accipiatur. Capit. V. Epist. III. Gregorii Papæ.*

Numquid lubet modò verum esse verbum illud beati *Hieronymi*, quod qui clericorum audierit, ambæ aures ejus tinnient? *Veteres*, inquit, *scrutant Scripturas, invenire non possum, scidisse Ecclesiam, & de domo Dei populos seduxisse, præter eos, qui sacerdotes à Deo positi fuerant, & prophetæ.* Et Chrysostomus, super illud Matth. XXI. *Et intravit Jesus in templum*, sic dicit: *Sicut de templo omne* *Clero Ecclesiæ* *bonum egreditur, ita de templo omne malum procedit.* Si enim *sacerdotium integrum fuerit*, tota Ecclesia floret; si autem *corruptum* fuerit, omnium fides & virtus marcida est. Sicut, cum videris arborem pallentibus foliis, intelligis, quod vitium habet in radice: Sic, cum videris populum indisciplinatum, sine dubio cognosce, quod sacerdotium ejus non est sanum. *imputandum.*

Ubi est forte propter hoc hodie *devotio & obedientia* inferiorum, defensio militum, pax Principum Christianorum, ad finem, ut inter se concordes impugnent schismaticos & infideles, recuperando regiones, quas jam à Christianis abstulerunt, & perverterunt?

Sed numquid hodie *omnes* Domini *Aliquos* sacerdotes & Prælati in antedictis & *in clero* post dicendis culpabiles sunt malis? *superesse* Absit. Reliquit enim Dominus sibi in *bonos.* Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt curvata ante Baal. *III. Reg. XIX. Cap.*

CAP. XVII.

De corruptissimo & illius temporis Ecclesiæ regimine.

De pompa Prælatorum.

ITerum, Ad quid expedit, aut quid utilitatis Ecclesiæ confert tam magnifica Principum gloria, & tam *superflua* Prælatorum & Cardinalium *Pompa, ut quasi se homines esse negare facias?*

De beneficiorum Ecclesiasticorum unicollatorum copia.

Et quæ utique abominatio, quod *unus teneat* ducenta, alter *trecenta beneficia Ecclesiastica?* Nonne inde divinus cultus diminuitur, Ecclesiæ depauperantur, valentibus viris & doctoribus privantur, fidelibus mala exempla dantur?

Cardinales non ex una natione eligendos esse.

Quid sibi voluit, quod *Cardinales solum de una natione* vel *quasi de una patria* fiebant? inter cæteros *de singulis regnis*, vel nobilibus linguis aliqui esse deberent. Numquid apud Christum est differentia Græci & Latini, Gallici & Alemanni, Hispani & Ungari, &c.?

Quid est etiam quod hodie unus, mi-

De luxu Ecclesiasticorum.

De conversione gentium Infidelium & à doctoribus illuc mittendis.

Excommunicationis abusus.

Litus non dicare prætendunt.

Conversio Judæorum.

nesinam mediocriter doctus, tenet quatuor, quinque, sex vel octo beneficia, *quorum unus non est dignus*, quibus octo sustentari possent, doctrinis, orationibus, & divinis laudibus insistentes? Attendite, an potius hodie *equi, canes, aves, & superflua Ecclesiasticorum familia, patrimonium Ecclesiæ comedere* debeant, quam pauperes Christi? Vel quàm ad divini cultus ampliationem, & pro infidelium conversione, aut in hujusmodi pietatis operibus modis congruis expendendum sit?

Quod hodie loca divini cultus, ut monasteria, & venerabilium martyrum Ecclesiæ, Romæ & alibi, ob prædicta, & *ex Prælatorum incuriâ* delertæ sunt & destructæ?

Judicate, si etiam justum sit, quando, que *librum Ecclesiarum* & hujusmodi *vendi*, & castra & villas obligari, ut exactiones, ab Episcopis clero impositæ, collectoribus solvantur?

Quid est etiam, quod hodie omnes medium Christianitatis, pinguibus abundans beneficiis, tanquam *centrum quietis* ambiunt, derelictis partibus Ecclesiæ in circuitu, ubi impii ambulant, Invisitatis, & à *doctoribus illuc mittendis* & promovendis vacuis & incultis, ubi Ecclesiæ fides est debilis, virtus imperfecta, schismatici abundant, infideles impugnant? Utiqueibi opus esset in lege Christi experioribus Prælatis, & doctioribus magistris, atque probiori & abundantiori militari potestate.

Quid est, quod *gladius Ecclesiæ*, sive *excommunicatio*, in jut contemtum modo tam leviter extrahitur, & promodicare, ut spro debitis vel hujusmodi, *iram crudeliter in pauperes extenditur?*

Quid est, quod una causa super modica re *diu, ac jam multis annis?* Quare *litium prolixitas, pauperum spoliatrix*, convenienti modo non rescinditur?

Quare *conversis Judæis* de eorum bonis misericorditer non datur vitæ necessitas potius, quam egestate compulsi apostatent, & Christianos impietatis *doctrinam obstaculo* arguant?

Etiam quare non ordinatur, *Judæos Jerosolymis inter Christianos morari non deberi, nisi vel quamdiu Christianum serviendo, vel agros colendo, vel inter in mechanicis laborando* acquirant victum Christianorum, & non usurando, eis in peccatum, *nos tra-* suum, & *Christianis in spolium?* *Evadi.*

Quid etiam sibi vult, quod quarun- *De Ca-* dam Ecclesiarum cathedralium *canonici nicu-* calceis rostrati, vestibus accurtati, *ab-* *jecto habitu clericali*, & assumto militari, in armis & hastiludiis se exercent?

Episcopi quoque cappa, suppellicio, *Episcopi* *libris depositis*, arma sumunt, in campis armati pugnant ut Principes seculares?

Quid est, quod nonnulli *Prælati* ju- *De a* risdictiones, spiritualem & tempora- *jurisdictione* lem, quibusdam potentibus locant, in *Prælatis* & avaris pro certa summa pecuniæ, & gravamen Ecclesiæ, subversionem justi- *rum* tiæ, & oppressionem pauperum?

Quid est, quod hodie *Episcopi*, *Abbates*, *Ecclesiarum* *tes, monachi, filii sunt officiales fisci quam- filiorum* *Christi*, totis nisibus militantes mundo *militantes* in curiis Principum, & secularium judi- *seculo* ciorum seu *parlamentorum?*

Ecce, quid sibi vult etiam, quod mo- *Cardinales* do potius *omnes Episcopi, Prælati, & paro-* *chiales facerdotes* per Papam *constituuntur*, quam eligantur *persona notæ, & aptiores de patria, ni non præferantur & linguis* & *mines exterranei* in moribus & scientia consveru clinibus?

Quid est, quod hodie *potentum & no-* *bilium pueri Ecclesiasticis præficiuntur* dignitatibus, & clerici famosi in vita & doctrina eis subjiciuntur?

Quid est, quod nunc *spiritualium pe-* *nitus ignaru*, qui à puero mundanæ & litigiosæ scientiæ, ut legum, quarum studium facerdotibus est prohibitum, vacaverunt, regimen Ecclesiæ potius committitur?

Num quid *Ecclesia* secundum mundum *gubernanda* est, & non potius *con-* *tra morem mundi*, eò, quod scriptum est *Nolite conformari huic seculo.*

Et cætera multa.

Cap. XIIX.

De extrema Eccleſiaſticorum illius temporis corruptione.

Clauſtra monialiũ proſtibula meretricum. Eccleſiæ cathedrales raptorum ſpelunca. De ſacerdotum concubinis. Ordines monachales nimis.

RUrſus, oculos aperite, & inquirite, ſi quæ hodie *clauſtra monialium* facta ſint quaſi *proſtibula meretricum*?

Si quæ Deo conſecrata *Canonicorum monaſteria* fiant quaſi *fora & diverſoria*?

Si quæ *cathedrales Eccleſiæ* factæ ſint quaſi *ſpelunca raptorum & latronum*?

Scrutemini, ſi alicubi *ſacerdotes* in conſvetudinem duxerunt, *ſub præcepto canonicarum habere concubinas*?

Judicate, ſi *tanta imaginum & picturarum in Eccleſiis varietas* expediat, & an plures ſimplices nonnunquam ad aliquam idololatriam pervertat?

Videte, ſi tanta *religionum numeroſa* & varietas conveniat?

Examinate, ſi *religiones militares* faciant debitum, habeant in honore ſacerdotium, ſervent mores, fidem, regulas & canones Patrum?

Contra exemptiones cleri.

Diſcutite, ſi expediat quorundam tam larga *exemptio, & privilegiatio*, at ab ordinariorum coercitione ſic omnimoda ſubducti?

Contra canoniſationes ſanctorum & ſanctarũ. De novorum ſanctorum feſtis. De novis capellis.

Si conveniat, *Urbanum V. Brigidam* de Svecia, Ducem Britanniæ *Carolum*, non obſtante *nimia ſanctorum multitudine*, *canonizari*?

Si deceat quorundam *novorum San*ctorum feſta ſolennius peragi, quam præcipuorum Apoſtolorum?

Si juſtum ſit, *priores* Sanctorum ſolennes *Eccleſias* deſeri, & deſtrui, reditibus à collectoribus vel Cardinalibus levatis? Et quandoque poſt ad eorum memoriam, vel quaſi gloriam, *capellas novas* ædificari?

De interpretum ac præſſo, & ſapientes ſubeſſe, juvenes dominari, ſenes famulari, ignaros arduæ diſcentes promotio- ſcientes loqui non audere, eqvorum famulos in promotionibus præponi, eloqvio-

rum Dei diſcipulos poſtponi?

Perqvirite, ſi quæ *Scripturæ apocryphæ*, aut *hymni vel orationes* ſucceſſu temporis ſtudio vel ignorantia *in detrimentum ſi dei* introductæ ſint?

De libris apocryphis hymnisque novis in Eccleſia.

Et corrigite.

Opinionum diſcordias, utpote de *conceptione virginis gloriſæ*, & conſimilium, ſedate.

De legibus & conſvetudinibus patriis emendandis.

Iniqvas leges & *conſvetudines patrias* emendate.

Nonne *in Saxonia* reperiuntur injuſtæ leges, aliàs à Theologis impugnatæ?

In Saxonia olim Superſtitiones noctis natalitiæ, talis Chriſti.

Et quæ Chriſtianorum damnabilior conſvetudo eſſe poteſt ea, qua jam clerici & laici, Prælati & Principes, ubique inſaniunt, ſanctiſſimam *natalem Chriſti* noctem celebrantes ludo taxillorum, non contemplatione cœleſtium myſteriorum?

In Livonia ſacra Cœna rubricæ non permiſſa.

Nonne *in Livonia conſvetudo* inolevit, *nullo ruſticorum ſacramentum Euchariſtia* detur?

Nonne *ibidem* reperitur, *quod vir duas uxores vivas habeat, & mulier plures maritos*?

De admiſſa pro- bigamia.

Qvid plura: Ab Epiſcopis ad concilium generale venientibus de qvalibet provincia de omnibus inqvirite *abuſivis conſvetudinibus, & pernicioſis ritibus*, qvacunque occaſione in Eccleſiis & hominum ſtatibus regionum diverſarum introductis,

Reformationis conſimilibus omnes Eccleſiæ ſtatus vel in da Eccleſia generali concilio reformetis, aut in concilio ſui in Conprovincialibus reformari mandetis.

Ut ſuper deviationibus præmiſſis & ſic ſilicet gente- Deo autore reparetur Eccleſia, & purgetur domus Dei ab immunditiis, vitiis, & erroribus univerſis.

rali ac Provin- cialibus.

Cap.

CAP. XIX.

De summa necessitate Synodorum provincialium ac Generalium pro emendatione Ecclesiastici status.

HOc autem ut diligenter fieret, sancti priores ævi Patres ordinaverunt, & ordinationem eorum posteriores semper in conciliis confirmaverunt, ut scilicet *bis in anno in qualibet provincia* celebranda esset *synodus*.

De necessitate synodorum provincialium.

Unde in canonibus Bracarensis concilii cap. 18. ita dicitur: *Propter Ecclesiasticas curas & altercationum solutiones bene placuit, per singulas provincias bis in anno convocare metropolitanu Episcopum omnes provinciales Episcopos, ita ut ad concilium proceduut, omnes presbyteri vel diaconi, vel si, qui se læsos existimant, ut in concilio causa examinate ad justum judicium perducantur.* Hæc ibi.

Secundum quoque capitulum *Carthaginensis Concilii III.* dicit: *Similiter placuit, ut propter causas Ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe inveterascunt singulis annis concilium provinciale convocetur.*

Rursus *Capue VII. Toletani concilii VI. Quamvis* inquit, *priora negligendum silverunt de tanta facinora concilia: Ratio tamen dictat, ut ea, quæ frequenti prævaricatione stertantur, frequenti sententia condemnentur. Quoniam,* ut scribitur in eodem concilio, *sæpe pullulantia prævitatis germina licet sapissime Patrum justa severitate damnata: Tamen, quia crebris conspiciuntur denuo vigere radicibus, justissima decretorum vigora radicitus ea amputari sanctimus.*

Cæterum caput III. *quarti Concilii Toletani* ita loquitur: *Nulla penè res disciplinæ De turpi moreb ab Ecclesia Christi magis excidit, quam negligentia sacerdotum, qui contemtu canonibus ad corrigendos Ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. Ob hoc a nobis universaliter definitum est, ut, quia juxta antiqua Patrum decreta bis in anno difficultates temporis fieri concilium non sinit, saltem semel a nobis celebretur. Itaramen, si, si fidei causa est, aut qualibet alia Ecclesiæ communi, generalis totius Hispaniæ & Galliæ synodus convocetur: Si vero nec de Ecclesiæ communitatibus tractabitur, specialis erit concilium, prout unicuique provinciæ metropolitanus elegerit peragendum.* Hæc ibi.

synodorum provincialium neglectu.

Ex quibus omnibus arguitur à simili: Quod etiam *propter defectum conciliorum generalium totius Ecclesiæ*, quæ scilicet audet intrepide *corrigere omnes*, ea *mala, quæ universalem turbarunt Ecclesiam*, manentia diu incorrecta, crescunt & inveterascunt de malo in pejus. Donec tandem *iniqua sub fuco confuetudinis reputantur licita.*

De necessitate Conciliorum generalium totius Ecclesiæ.

CAP. XX.

Votum Autoris pro Universali Concilio maturando.

HIs itaque peractis, ut in illo sit nostrum explicuisse, à quo nobis fuit inchoasse: Invisibilis omnium creatoris, Principis pacis, implorato opem suffragiis, ut meis verborum energia tenuibus hortamentis vim tribuat efficatus peroptati, fragilitatemque humanam veritatis illustret fulgoribus, ut intentioni pietatis se nemo opponat pertinacem: Ne divinæ severitatis ultio pavenda corripiat contradictores: Et verò, ut rectò rationis libramine amplectentes *viam concilii pacis*, misericordia profluens, pax perpetua, & gloria suscipiat sempiterna.

Cle-

Clemens Urbano litem qvia moverat, ergo
Explicit errantem codex vaſurus in orbem.
Conſilii placeat nomine tur *epiſtola pacis.*
Si facit aut terror, torpor, vel devius error,
Ut taceant linguæ: Mundum transcurre libelle,
Schisma veta tale, pete *concilium generale.*
Clama, non metue montes transire per altos,
Per ſylvas & aqvas, valles, lacerasq; myricas.
Non defers merces, ſed *veri* portitor es tu.
Et, *ſi diſpliceas, veri qvæzia nuncius*: Ex qvo
Aſſem vix valer eſſe tuum, qvid ſi lacereris?

FINIS.

PRæclarum hoc eſt ingenii *Theologi, Germani*, in Pariſienſi Academia ſub Gallico cœlo tunc eminentis, *monumentum*, ex MSCto erutum. Qvo in principio illius papalis ſchiſmatis, Conſtantiæ tandem compoſiti, corruptionem publicâ ex illis diſſidiis ortam peregregie declaravit Vir inclytus. Qvo *& unionis Eccleſiaſticæ, cum reformatione ordinis clericalis combinatæ*, recuperandæ remedium commendavit *univerſale concilium.* Cæterum, quæ circa hoc opuſculum moneri hic potuerant vel debuerant, in præfationem hujus Tomi II. ſunt a nobis ablegata.

Addere vero his primùm qvidem conſtitueramus plura illius ævi *varia monumenta*, quæ miſerum Eccleſiæ ſtatum & Conciliorum univerſaliũ illius ævi originem a cauſam plenius ac uberius declararent. Verum prolixitas Operis, non laboris tædium, temporis parſimonia, non ſumptuum moles, nos hac vice abſterruit. Mittimus igitur non ſolum varias *Epiſtolas*, tempore Urbani VI. Clementis VII. & Wenceſlai Cæſaris, de turbulenta illa ante Conſtantienſe Concilium Eccleſiæ fortuna ſcriptas, ex pervetustis MSCtis hauſtas: Sed & *memorabilia* ac *ponderoſa virorum illuſtrium ſcripta*, tempeſtatem illam concernentia, hactenus quod ſciamus nondum edita.

In quibus ſunt: Ejusdem Noſtri Autoris Theologi, *Henrici de Langenſtein, de Haſſia* appellati, eruditum opus, *Epiſtola Pacis*, quod allegavit in *Conſilio pacis*, à nobis jam exhibito, ſupra *Cap. XV. f.* 44.

Anonymi Epiſtola De Cathedra Petri, partim ligata partim ſoluta oratione contexta, ad *Epiſcopum Friſingenſem, Bertholdum.*

Bernardi Alamandi, Epiſc. opi Condomienſis, graviſſima, nec exigua Scripta *de Eccleſiæ illius temporis ſtatu & unione paranda*, ad *Regem Galliæ*, circa annum 1398 exarata.

Addi & his potuiſſent *Theoderici à Niem, Weſtphali*, Tomo I. laudati, *libri de iſtboc ſchiſmate*, editi quidem, aſt in MSCtis, quæ nobis ad manus, multo pleniores atq; integriores. Solertis interea lectoris erit conſulere *Schardium.* Neque ſine fructu *Franciſci Zabarellæ de ſchiſmate illius temporis* conferetur liber. Quæ cum aliis lucem his rebus affundent plurimam.

Ex *noſtro Tomo I.* huc conferendus præcipue *Richardus Uſſerius* Anglus. Qui Parte XVII. *Tomum I.* clauſit, & ex affinitate materiæ *Tomo huic II.* viam ſtravit.

TOMI II. PARS II.

PLENIOR ACTA

CONCILII PISANI, A. 1409. celebrati,

Quod fuit

PROXIMUM CONCILII CONSTANTIENSIS FUNDAMENTUM.

Ex variis antiquissimis Codicibus MSCtis

CÆSAREIS, DUCALIBUS & ACADEMICIS.

Præliminaria quædam Concilii Pisani.

CARDINALIUM EPISTOLA

AD BRUNSVICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM DUCEM

HENRICUM,

Cui Concilii Pisani negotium denunciatum

Anno 1408. 12. Mensis Maji.

Ex MSCto

Archivi Ducalis Cellensis.

* * *

Illustri & Excellenti Domino,

Domino H. Duci Brunsvicensi,

Amico nostro Carissimo

Illustrissime Princeps & Excellens Domine, amice noster Carissime. Post salutem. Considerantes, claras & Christianissimas majorum vestrorum, semper nedum fautorum & auxiliatorum, verum propugilum, propugnatorum & defensorum acerrimorum ac constantissimos Christianæ fidei & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in quibuscunq; gravibus & arduis casibus, nullo parcendo laboribus ac primi periculis, fuisse continuo, & similiter Excellentiam Vestram: Congruum & debitum imò necessarium fore remur, ut de his, quæ occurrerunt, & nupertime in eadem Ecclesia emerserunt, Claritatem Vestram consciam & informatam faciamus. Ut ipsius consilio, favoribus, & efficacibus auxiliis, in quibus singulariem ipsem gerimus, tam honestas, justa & necessaria ipsius Ecclesia causa, per nos sumta, in effectum & finalem sanctissimæ unionis deveniat. Ad quam Excellentiis optatam Christicolis & ad nil aliud aspiramus.

Ducem Brunsvicensem fidei Christianæ.

Consilium Ducem Brunsvicensem requirunt.

in dissidia illis Papalibus.

Experientiâ siquidem nunc teste probamus, quod scribitur, nihil certi posse in humanis actibus pollicieri, cujus utinam in re præsenti essemus experces.

Pertexitur historia necessitas Papæ VII. Novit Excellentia Vestra, novit etiam ferè orbis, cum Deo ita volente, sanctæ memoriæ dudum Dominus Innocentius Papa VII. esset sublatus de medio, quomodo nos, moti, ut reneba. schismamur, unà cum aliis Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, compassione tamdiu scissæ & lacerata Ecclesiæ, & cupientes, pro pace & salute animarum gregis Dominici, ut scissura tam pestilens & tam inveterata in Dei Ecclesia, exterminaretur: Juramentis, votis & promissioni-

status Ecclesiæ Dei essent penitus destructiva: *Non valuimus*, quod ægrè admodum ferebamus, invicem *congregari*, pro tractandis ordinandisve ad unionem eandem opportunis, & etiam *quæ ad gloriam & statum regii vestri nominis pertinebant*; ut, vobis & aliis Christianorum Principibus cooperantibus, præfata unio veniret in lucem. Et attentis præteritis & duritiæ ac moribus hominis, nil aliud poteramus animis volvere, nisi nos esse tanquam ad immolandum victimas reservatas.

Principis auxilio unio Ecclesiæ quæsita.

Nec his adquiescens, die Mercurii sequenti, nonâ mensis ejusdem, vota, promissiones & juramenta sua parvi pendens, *sine nostra præsentia*, sed *nobis* per prius expresisè *contradictionibus*, ut jure tenebamur, ad promotionem, quam nullatenus poterat, *quatuor in Cardinales devenit*. Quod nunquam à rerum initio fuit in Ecclesia Dei auditum. Et *nos ad consensum præstandum*, non sine minaci supercilio in immane periculum evasuro, *compellere intendebat*.

Novos Cardinales creavit, sine consensu reliquorum, quod inauditum. Cardinales Papam deserunt, & Pisas se recipiunt.

Sed Deus suæ Ecclesiæ, de cujus unione jam meritò desperari poterat, misertus est. Nos enim, videntes Petri naviculam quassatam & quasi naufragantem, pro exoneratione conscientiarum nostrarum, prodive universali statu Ecclesiæ, & Christi hdelium pace, cum omnes alias vias conspiceremus penitus obseratas, *die* 21. *mensis hujus*, circa 22. horam, de præfata *Lucana civitate*, ut confusionem Ecclesiæ & tot pericula vitaremus, ac consummationi præfatæ unionis consuleremus, divinitùs, & quasi miraculosè nobis occasione præstitâ cum deliberatione discessimus, & ad *hanc Pisanam civitatem* magno cum honore recepti *devenimus*. Unde, illo favente, cujus res agitur, sæpedictæ Ecclesiæ statum, honorem & unionem, quam ad exitum usque omni via nobis possibili prosequi secundùm vota & juramenta nostra intendimus, tandem emanaturos speramus.

perficeret.

Et, ut cuncta invicem correspondeant acta ejus, dictâ *die* XI. Reverendissimo Patre & Domino, Domino Jo*Ceremonia XII. fugientes Cardinales.*

hanne Cardinale Laudensi, qui inter nos est, clam, cum aliter securè non posset, ut, quæ suprà diximus, obviaret, primitùs discedente, ad domum ejus illicò per nonnullos armatos tumultuosè discursum fuit, & res ejus in prædam concessæ, & alii post cum missi, usque in *Burgum oppidi Labrefatte*, territorii suppositi Florentinensibus, ubi, sicuti commissum eis extiterat, ipsum trucidare tentarunt. Qui oppidanorum auxilio vix evasit. Quantum equidem *boni pastoris* hi *mores* sint, qui animam pro ovibus suis ponit, & quantum mercatur sibi obedientiam exhiberi, clarè intueri potestis, nisi fortassè Deo inspirante, se solitis modis exueret. Quæ cum maxima metus amaritudine prominus. Sed jam necessitate coacti ultima tacere non possumus.

dinatis

Sumus denique *hic*, ut prædicitur, pro statu, honore, & unione prædictis, dispositi & parati libentissimis animis ad cuncta nobis possibilia, *Serenitatis Vestra statum & gloriam concernentia*: Eam hortantes & affectuosissimè exorantes, per illam charitatem, quæ religioni fidei Christianæ cæteris obnoxii! Ut, sicut *Illustrissimi & inclyti vestri majores* indefessè fecerunt, & similiter *vestra Dominatio* faciat, ut tàm justam tamque honestam & necessariam causam Ecclesiæ, *cujus* seu certissimè speramus, pro tanto *unionem* bono nobiscum una capessat: Qua ani*Ecclesiæ* mæ vestræ salutem, *& nomini vestro Regio adjuvandecus* claritatis & famæ maximum est *rent.* indubiè allatura. Datum *Pisis* sub nostrorum secretorum signetorum sigillis, *anno Domini MCCCC VIII*, *die* 12. *Mensis Maji*, Indictione primâ.

Pisis congregati Cardinales.

P. S.

Postquam scripseramus, cognovimus, nedum Dominum nostrum suorum votorum, juramentorum, & promissionum memorem esse, & velle ad sacratissimæ unionis, ut tenetur, effectum intendere: Quinimò potius ab his alienum. Nam palàm nobis, qui nil aliud, quàm *pacem universalem & Ecclesiasticam cupimus unitatem*, & pro ea non modicis laboribus & impensis semper insistimus: Adhuc non contentus præteritis, beneficia nostra ubicunque consistentia minatur auferre, & eorum fu-

fructibus & reditibus spoliare. Et sub pœna privationis dignitatum, officiorum & beneficiorum, *Camerarius* ejus de suo mandato, ut fertur, & facto oraculo vivæ vocis mandavit *Curthesanis* omnibus, in quibus tam *familiares nostri*, quam alii nos pro tanto bono sequentes, comprehenduntur, ut Lucam, ubi ipse residet, infra quatriduum debeant redire, ut deserti veniamus ab omnibus, vel hâc via nostros familiares & supra dictos alios persequatur: Et alia mandata gravia & injusta in Curthesanos addendo. Quantum hi *boni patres* moveant sint, optimè judicare potestis. Quamobrem Excellentiam Vestram, quæ tam justæ & sanctæ rei favere debet, & non dubitamus, favebit & auxiliabitur, totis adsectibus deprecamur, quod in & super *beneficiis nostris* & familiarium & aliorum, nos imò Ecclesiæ unionem sequentium, quæ *in territorio seu jurisdictione vestra* consistunt, nulla noxia novitas fieri permittatur, sed in jure nostro, cum supra dictis aliis, more solito, vestro auxilio conservemur; ne, ut aliquando evenire solet, simus *probono opere lapidati*. Insuper Vos requirimus, hortamur, & affectuosè precamur, ut placeat advisare, & monere, omnes & singulos Vestrarum partium, fructuum, & proventuum, Cameræ Apostolicæ debitorum, collectores, ut pecunias ad ipsos pervenias & pervenientias conservent, nec ad Cameram ipsam mittant: *Ne pecunia, pro sanctissimæ Ecclesiæ unione deputata, ad manus destructorum Ecclesiastica unitatis perveniant.*

Rogati Ducis Brunsuicensis, ne Cardinalibus beneficiis in ipsorum terra astrictis, per Gregorium Papam privari sinant.

A. Ostiens. Florentin. } Episcopi
A. Penestrin. Aquilegens. }
C. Milirens. }
F. Burdegalens. } Presbyteri
J. de Ursinis }
R. de Brancatiis }
O. de Columpna } Diaconi
P. Sancti Angeli, &
J. Leodiens, }

} Sanctæ Romanæ Ecclesiæ *Cardinales.*

PILEI
Archi-Episcopi Genuensis
ORATIO
In Legatorum Galliæ & Academiæ Parisiensis, ad Pisanum Concilium maturantium, adventu, Genuæ A. 1408. mense Junio habita,

De imminente duorum Pontificum Gregorii XII. & Benedicti XIII. Papatus renunciatione, à Gallis commendata, & in Pisano Concilio perficienda.

Ex MSCto Codice LIPSIENSI.

Reverendissime Domine, Præcellendiq, Patres & Domini honorandi, ac Excellentissimi Legati.

QUamvis in honesto genere curiæ, qualis hæc est, de qua aliquantisper breve aliquid arti ingam, *recte licent*, sicut ait Cicero, *vetti, vel non uti principio*, & autoritas ratione præclaræ sapientiæ svadeat potius *abstinere*: Quoniam apud peritos & disertissimos, suo ingenio suaque virtute perfusos, importunus est sermo exquisitus: Tamen, ubi per se non pos-

sit

sit aut suâ vi jubilittere, exili incondita-que dicentis oratio aliquando firmitatem sumat necesse est.

Qva de re iis, quæ breviter dicturus sum, illud cognitu *Psal. 45. Sicut audivimus, sic vidimus.* Audivimus enim *fallur at* maximas *scelerateu* abhorrendi, audivimus *modum* optimum illius *abolendi*, audivimus sanctum propositum *Majestatis regiæ*, audivimus grandem affectum & operam *Ecclesiæ Gallicanæ*, audivimus constantissimam solertiam laudatissimæ illius *Pontificiæ universitatis*, & audivimus commendatissimam famam superemineutis *vestræ virtutis*.

Jacturas liquidem, & *innumerabilia mala* schismatis per universum orbem quanta audivimus! Cognovimus ea, & patres nostri annunciaverunt nobis.

Innumera damna ex nam Audivimus profecto, *Ecclesiam Romanam* non jam matrem, sed *novercam* eludisse sectam. *Arcanis dei in clero, confusos illos Papa- nem Ecclesiarum, excitationem jurgiorum, libros in* & litigium, effusionem cleri & populi, *Ecclesiam* suppressionem Ecclesiasticæ libertatis, *redundan abo- rem totius honestatis*, afflictiones, *stia*, *miseria & labores in populo Christiano, Principum bella*, insidelium telas, *sacrificiorum scelus*, Domini flagella, *sanctuis* vilipendium, *prohibitis contemptus, scientiæ negligentium, ultorum cumulum*, justitiæ spretum, censuræ Ecclesiasticæ nullum metum, ruinas Ecclesiarum, profanationes sanctorum, *supra, homicidia, furta, inimicitias, Ecclesiastica quæque anomalia*, nefanda omnia, libere & publice impressisse.

Hæc, & alia, quæ non dixi, quæ cogitari possunt, *mala* provenire audivimus ex hoc schismate. Et, quod affirmi verbum, verum est: *Sicut audivimus, sic vidimus.* Quæ adeo *scelerata* sunt, ut exaggravari non expediat *enormissima*, ut explicari non oporteat, *nimis multa*, ut numerare aut concipere nullus valeat adeo *molesta*, ut præterii non valeant. Sed ea idcirco breviter attigi, ut videatur, quanta vobis pro vos & universos habenda referendaque sit gratia pro laboribus & operibus vestris, quibus *ad ea mala tollenda* conteuditis, quantoque major adsit materia gaudii, quando cessare creditur rotuplicis causa mœroris.

Audivimus *modum* optimum dicti *scismatis abolendi*. Nam, cum videret populus Christianus, jam *non modo consentiendi pro facer dotio, sed pugnari*, ad quod *antiqui attr ahebantur invitis*, & quod *non sine sanguine fraterno* sanctum sanctorum *ingressus sit Pontifex*, concuti populos regna solitari, pecunias congregari, ut caro & sanguis foveantur, cerera dilacerentur & corrumpantur, *perire* discriminе nullo *amissæ legis*, & vilissimam partem verum certamen noviſſe, *opes divitiis, unitatem integritatemque scindi, sinceritatem corrumpi*, maculari sanctitatem mundi, novum judicium celebrari, & principem ejus, qui in Christi passione ejectus est, redeuntem, tantoq; novorum proventu scelerum quæri, *uter imperet orbi*, & minisirandi *humiliare pristinis ejecta appetere præ Regibus gentium* dominari.

Contentio Gregorii & Benedicti de Papatu nostra.

Urbanus VI. & Gregorius XII. Card nales ad quos ligius misere tractarent in illo schismate.

Correxerunt pristinis vejecta appetere præ Regibus gentium dominari.

Hæc, inquam, cum videret populus Christianus, *non placuit* modus aut *via Pontificis juris*. Nam, quis justius induit arma, *illos maja* scire nefas, & præsumendum censuit, *regibus* de summo Pontifice judicari, cujus *dominio* causa Deo soli conservatur examinanda. Quod si quis attentare voluisset, *effiliasse*, laborate quidem, sed nequidquam prosicere potuisset.

Via juris non potuisse illos Papas *Non plausit* modus aut *via facti*. Illudique salubriter intellectum est, quod *ler compescribitur*: *nit.*

Si calicolæ furor arma dedisset, Nec bello
Aut si terrigenæ tentarent arma gigantes, & armis.
Non tamen audaces pœnas humanas, vel armis
Vel vatis prodesse foret.

Nam gladius Petri, qui sanguinem carnali inficiebat affectu, mandato Domini reponitur in vaginam. Et discipuli edocentur *cauta* properantes, præcipitantur messores Angelos expectare.

Ut vestis, in historiis, decernens manus *ab armis* continete civilibus, *quibus quæ amito quisque libentius & fortius impugnet, tanto nequior & immanior est* ja*nisset ereptor*, tanto nequior & immanior est, ja-it. Nunc nec Pompei Brutum, nec Cæsaris hostem post bellum victoris habes. *Sed sponsa* Non placuit itaque modus vel via *tanta* cessio, quam quæ expedite & pacifice pa*cem* refert Ecclesiæ, *quibus illicita cessio Papatus* Ut lapis incisus, in quo fundatur *religio-* ecclesiæ

Ecclesia, quem schismatici reprobant, in se colligat dissidentes, & faciat utraque unum, ut *vestis Christi integra cedatur potius, quam scindatur.* Nam & ei, qui poterat producere plus quam XII legiones Angelorum, exaltatus in cruce omnia acquisivit. Ipsa enim *exinanitio* adeo *meruit exaltari*, ut ad ejus gloriam flectatur omne genu. *Jonas, ne naufragium tolleret, naufragium fecit*, maluit; quippe solus perire, quam alios involvere periculis suis. *Salomon* ex eo matrernum vicit affectum, quod *integrum conservare meretricis filium maluit, quam parturi.*

Cessio Papatus ab utroque Pontifice Gregorio & Benedicto prohibita. Scrupulo exemtus, si jam cedere nolint: Neutri illorum tunc adstipulandum vel consilio vel facto.

Modum itaque illum schismatis abolendi placere audivimus universæ Ecclesiæ, & toti populo Christiano. Et sicut audivimus, sic & vidimus per *accelerationem utriusque eorum bona.* Quod Dominus inspiravit, qui dono suæ gratiæ tribuere dignetur plenam perfectionem, finalem visionem hujus viæ & modi celeriter adimpleri.

Porro, si malignitate hostis antiqui, vel impedimentis aut fraudibus ullis, quod ipse, qui potest, avertat, modus iste statuto tempore non consequatur effectum, illud eo casu competere videtur, quod scribitur: *Cessabunt prælia bella civilia, si præsumtioni desit temerarius adjutor.* Nec est, qui concivis urgere possit ad furorem, nisi eos aliquatenus dolet *Et insania.* Innuit hoc *Poeta* gravissimus, aut, si juxta Quintilianum rectius dicere malumus, *orator*, volens illud admonere, *universitatem ab unoquolibet cogi non posse, ut sceleri obsequatur suo stu.* Ait enim hic:

Quamvis nullo maculatus sanguine dicis,
Quæ potuit fecisse, timet. Quid pectora pulsas?
Quid vesane gemis? Quid flatus fundis inanes?
Nec te pœnæ tua sceleri parere fatebis?
Usque adeone times, quem tu facis esse nefandum?
Classica de bello, diros tu neglige tumultus.
Signa ferat manus civilis criminis, ille
Concidet, & Cæsar generum privatus amabit.

Si sic Ecclesia Dei erigitur in spiritus libertatem, si *misericordium* sceleris subsire detrectat: Aut omnino schisma sopietur, aut, manente compage unitatis, soli inter se divisionis avidi dimicabunt.

Commendatio Regis Galliæ, qui pro illo schismate Papali sedando, ac per unitatem solis, qui circumfulsit nos luminis, versale & omnes, qui nobiscum sunt. Act. XXVI. Concilii Ipse Rex justus qui eriget totum populum. Ipse potest interpretari Rex judicia, ad *Hebr. V.* ac Rex qui super omnia præcellit & dominatur, 2. *Esr. IV.* quem potuit Dominus excitare fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternum. Qui merito nuncupari potest Rex gloriæ *Psal. 23.* ac Rex Regum 1. *Esr. Exech. XXX. Dan. II.* Item & Rex magnus, de quo *Esr. 36.* Qui misit ad Ezechiam, *hæc dicit Rex magnus: Quæ est fiducia ista, qua confidis? Aut quo consilio, vel fortitudine rebellare disponis? Super quem habes fiducium? Ecce confidis super baculum arundineum, confractum istum? Ad quem nixus fueris nimis & Esclos. I.* Rex quæ virtutum *Psal. 69.* qui etiam potest Rex Hierusalem dici, quia vere Rex Ecclesiæ. Ac etiam Rex & sacerdos. Ac demum, quod jucundissimum est vocabulum, Rex pacis, *Hebr. VII.* Nam suæ majestatis imperio non solum queritur pax his, qui intra, sed etiam illis, qui extra. Hujus vero suæ majestatis nomine intelligo suos etiam illustrissimos *Principes*, qui consiliis ejus interfuere. Nam & ipsi pars corporis ejus sunt.

Tria sunt autem, *a quibus* potissimum dependere videtur hujus nefandi *schismatis extirpatio.*

Unum, cui honorem debitum impendamus, ut debemus, superni Numinis aspiratio.

Secundum, ipsorum Dominorum præsidentium intima veraque affectio.

Tertium, ipsius regiæ Majestatis, nihil de contingentibus omittendo, æqua, perseverans, & efficax operatio.

Primum, possumus pie indubieq; sperare,

rare. *Secundum*, eis confidimus constanter, si faciunt, quod polliciti sunt, observare. *Tertium*, sicut audivimus, sic videmus & videmus.

Audivimus quidem ex scriptorum & antiquorum relationibus, quæ & quanta ipsa *Regia Francia Majestas* egerit in obsequium Ecclesiæ sanctæ Dei. Nostra autem memoria audivimus, & quod majus est, videmus & videmus. Ac certe hoc *Regum proprium est, personas Ecclesiasticas, Ecclesiamque defendere*, & hæreticorum scissuras & schismata impugnare. *Regum of. sacrificus, Ecclesiamque defendere, & hæreticorum scissuras & schismata impugnare. II.q.1. Christianus. 23.q.3. Maximianus. XXIII. q.IV. Quando.* Hoc enim ad Reges pertinet, seculi, ut temporibus suis pacatam esse velint matrem suam, unde spiritualiter nati sunt. *ut C. de sum. trint. & fide Cathol.* Hoc est, quod *firmat imperium*, hoc est, quod *regna conservat*. Nam pax Ecclesiæ, religionis unitas, eorum status in sublime projectum grata sibi tranquillitate custodit. Nec enim parva ei vicissitudo à potentia divina tribuitur, per quem nullis Regis Ecclesia Dei secernitur, nullis interna maculis variatur. Scriptum est enim: *Quia vere Rex justus Dominus suppeditabit eum, non adversabitur ei, quamdiu malignum.*

Igitur prælibatæ Majestati summas gratias agere debet Ecclesia, & pro Regis incolumitate & felicitate attenta devotione precari. Quod nostra quantum valuerint merita, affidui ac liberes agemus.

Sed insuper audivimus grandem *affectionem* & operationem *Ecclesiæ Gallicanæ*, cujus merito præclarissima nullis digne valemus laudare præconiis. Et ut tiqua præteream, quæ *Regia Majestas diissime Pater*, & *Dominus meus* ria, ac ne longior fiam: Qvæ Ecclesia Pontificum claritate sanctitate, monasteriorum frequ rum aliorum multitudine, re clericorum numerositate innume redituum opulentia, &, quod m est, virtutum redundantia, primi gionum copia, indulgentiarum abu tia, libertate Ecclesiastica, schismatis detestatione, unitatis affectu, laborum pro his & impensarum contemtu, aut ullis meritis, ulla ve spirituali dignitate æque præfulgeat, & tanto fulgore præluceat?

Elogium Ecclesiæ Gallicanæ, præcedendæ pace Ecclesiæ sæculo benefitalium.

Qvare tanto divinorum munerum cumulate exaltata, debitum hoc Christo & tuæ universali Ecclesiæ impendere tenetur obsequium, ut oret pacem, quærat pacem, prosequatur etiam fugientem, minas spernat, timorem abjiciat, obicem causarum irrangat, labores negligat, sumtum vilipendat, otium expellat, omni studio incumbat, exponat se ad hanc rem, caput objiciat, ut superata nequitia dæmonis aut plexidatur Ecclesiæ, aut convicta tergiversatione cujuslibet reculantis & contrarium molientis, notorie mundo conflet fomentum schismatis, & causa malitiæ.

Qvare, *Reverendissime Pater, & Domini mei*, illud opinamur salutare consilium, & precamur, ut huic negotio vestra assistat & insistat autoritas & præsentia, donec finem tantis malis aliquando, jam tandem de tenebris eruti, per unitatem fidei in vinculo pacis alacres esse & suaviter videamus, & laborum vestrorum fructum, qvem qveritis, referatis.

Hæc autem omnia, qvæ de effectu & opera Ecclesiæ Gallicanæ percepimus permulta alia, vestrum qve adventum, ejusqve causas, sicut audivimus, sic videmus.

Ac de constantissima illius laudatissimæ *universitatis solertia* plura & majora *sit Academ* audivimus, qvam nostro posset congruo *mia* consermone referri. Non suppetit elo- *mendata* qvium tam meritis laudibus, cum nec *ex unionis* ipsa videatur Ecclesia supperere posse *Ecclesia* condignis retributionibus & emeritis *sticæ* gratiarum rependiis. Qvot enim illius *flaurus* igiliæ, qvanti frequentes conventus, *de studio* qvantæ lucubrationes, qvæ studia, qvales labores, qvam multa pericula, qvot nuncii, qvam graves epistolæ, qvæ pericula, qvanta dispendia, qvanta remedia, qvale propositum, qvam indefessa cura, qvam intrepida opera, qvæ instantia, qvam admirabilis providentia, qvalis eloqventia, qvanta confidentia, qvam fortis refistendi, qvam inaudita, qvam plurium unitas, qvæ excellens charitas,

ritas, qvot deniqve inaudita & inenarrabilia ejus facta pro Ecclesia sancta Dei? Cui cum Marone illos dicere liberverius :

O sola infandos Trojæ miserata labores,
Quæ nos reliquias Danaum, terraq́; marisq́;
Omnibus exhaustos jam casibus, omnia tam dignos
Urbe, domo socias. Grates persolvere dignas
Non opis est nostræ, Dido: Nec quicquid ubique est
Gentis Dardaniæ, magnum qvæ Parsa per orbem,
Diditi, si qva pios respellant Numina, si qvid
Usquam justitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant. Qvæ te tam læta tulerunt
Sæcula? Qui tantum tellus tibi magna parentes
Intulit? Impulsi cursu venimus aquorei
Quicquid ubique fretum, qvicquid mortalibus undis
Interjacet, pluvio dum sidere cuncta natantur.
Umbra.
Livebimus convexa, polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomen, qvæ tua laudes, manebunt.

Prædicta autem, qvæ de laudatissima illa *Universitate* præmiximus, sicut a nobis vimus, sic videmus, & videmus, omnium qvæ qvæve Philosophorum genera, VIII. *De Civitate Dei* recitat *Augustinus*, omnisqve doctrinarum studia & sapientiam transcendisse videtur, ac in coelum raptam Seraphicum servorem attingere, Spiritusqve S. instinctu prævidisse, dixisse, & concluisse viam, *modum, & formam unionis.*

Commendati Ecclesiæ Gallicæ, ad Pisanæ Concilii promotionem Ecclesiæ tendentis.

Superest ultimum, qvod sicut audivimus, sic & videmus commendatissimam *famam* vestræ *virtutis*. Hæc autem pars reliqvis omnibus brevior fiet, qvoniam præsentem qvempiam laudare assentatoris vitio simile est; Qvod vitium ab omni ingenuo & prudenti animo esse debet alienum. Et etiam qvia virtutum vestrarum consummatio ab hujus legationis prosecutione dependet.

Qvare præteritis, *Reverendissime Pater*, tuis tuæqve dignitatis, & aliorum patrum meorum, Comitum, laudibus, & qvæ paucis explicari neqveunt, hæreditis præconiis: Illud saltem non alienum fit, qvoniam congruit affirmare, qvod scribitur in epistola: *Liquet. C. de sum. Tri. & fid. Cathol.* Verbo ad Regem dirigendo. *Præterea, Serenissime Princeps, laudamus legatorii vestrorum personas, quas clementia vestra gratas fore ipsa manifestat electio. Nam tanta causæ pondus nisi perfectis in Christo potissimum injungeretur, tanta vero pietatis, tantæ reverentiæ plenos affatus nisi perornatis minime dignaremini destinare.*

Recte enim possumus vos illis piscatoribus similare, de quibus *Luc. V.* & in Evangelio occurrenti. *Piscatores autem descenderunt, & lavabant retia, quin laxaverunt ea in captorium. Et cum hoc fecissent concluserunt piscium multitudinem copiosam.* Non sunt pauca & facilia, quæ de præmiis vestris & virtutibus multis audivimus. Unde cognoscimus, quod, sicut audivimus, sic & vidimus. *Ps.* ut præmissum est, 45.

Quemadmodum autem *visu, & auditu* perfectiores inter reliquos Sensus sunt: Nam tres alii circa corporalia solum valent: His, quæ supra dximus, auditu & visu, summa in nobis *de adventu vestro* restat *hilaritas*, qui ad hujusmodi exultationem Ichimatis super omnia concupiscibilia anhelamus. Sed & totus populus Christianus gemitibus inenarrabilibus & votis iidem postulat, concupiscit, flagitat, orat, exhortatur, obtestatur & instat. Ita sit ut dici possit quod scribitur in *Epistola occurrenti*, & originaliter ad *Rom. VIII. Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc, non solum autem illa, sed & nosipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem*, ubi supra. Ad hoc vero, & si quæ alia nostra pro vobis potest humilitas, parati sumus, si non eorundem *meritorum*, (quia ad tantum attingere non valemus, nec id competit, quod de dictis piscatoribus in Evangelio prædicto occurrenti subjungi-

Missa Junio Domin. 4. Post Trin. A. 1434. Spes emendationis Ecclesiasticæ & Concilii Pisani.

subjungitur: *Et annuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut venirent & adjuvarent eos,*) aut quorumque *laborum consortes* fieri parati sumus; omnium mandatorum vestrorum parati obtemperare.

Quare agite, insurgite, etiam virtute altissimi tollere curate tanta mala erroris ac schismatici, *perfecte modum spiritus unionis.* Exequimini mandata Regis, implete institutum Ecclesiæ vestræ, peragite salutaria consilia *Unive sitatis*, consummate triumphum *virtutum* vestrarum. Non cesset manus vestra indefessa incho ata continuare, donec in abolutum finem & perfectum exitum, quod agitur, perducatur. Terra ponatus, altra mundus, omnia favent, Deus & superi omnes. Illud jve certissime confidite, quod scribitur *in epistola precedentis Dominicæ*, & originaliter *I. Petr. V. Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabit, Ipsi gloria & imperium in secula seculorum.* Amen!

Concilio abolendum.

Mense Junio.

Dom. 3. post Trin.

CARDINALIUM EPISTOLA
Ad BENEDICTUM XIII.
qua ad Concilium Pisanum vocatus. A. 1408. d. 14. Julii.

Ex MSCto Wolfenbuttel.

SAnctissimo Domino nostro *Benedicto XIII.* miseratione divina *Summo Pontifici*, Deo humiles & devoti Oratores, Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ *Cardinales*, nunc *in Liburno Pisanæ diœcesis existentes*, pro nobis & aliis Reverendissimis Patribus Dominis Cardinalibus pro nunc absentibus, nobis adhærentibus & adhærere volentibus in hac parte, cum supplici & devota recommendatione, utriusque hominis sospitatem.

Qualiter hoc *schisma* pestiferum, totius corporis Ecclesiæ infectivum, *unitatem* lacerans, *& enervans charitatem*, cleros *involvens tortuosis laqueis*, & *populum subvertens*, erroribus quam pluribus Ecclesiæ fidem tangentibus introsuit, ortum habuit & diuturnitate eo adeo noxiam, Vestræ Sanctitati notum esse non dubitamus. Hæc enim in hujus exordio modica visa *erroris scintilla*, cujus per deliberationem Concilii, ut Sanctorum Patrum moris fuit, non extitit obviatum, sed, duro proposito *viâ Concilii repulsa*, fomenta adhibita, per inordinatos & pernicioſos affectus, in quibus quæ fierent omnes quæ sua (sunt, non quæ Christi), adeo *in flammam permaximam exhalavit*, mundum pervertit universum, concutit Clerum, subvertit populum, fidem maculat, Sacramenta prophanat, Ecclesiasticæ censuræ contemptum induxit, Ecclesiæ libertatem omnino extinxit, & indevotos reddit Christi charactere insignitos, ut vix diligenti valeat quis exsistat Catholicus, cum plures appareant legis divinæ transgressores, & mandatorum Dei manifestissimi contemptores.

Corruptio cleri.

Et si hæc in laicis nullatenus toleranda, *quid ajet vulgus* de his, qui *basis simus Ecclesiæ, & columna* videntur *Ecclesiæ*, qui horum *malorum & tantorum scelerum disseminatores* esse videntur, *dividentes clerum ac populum, & versi in laqueum tortuosum simul-vis, his, ponunt scandalum*, in suarum & fere omnium periculum animarum? Nihil aliud ajunt dici posse, nisi quod *tanta scelera*, contra Deum, orthodoxam fidem, & sanctum Spiritum, animo pertinaci commissa, *inexpiabilia*, tesse scriptura, etiam sacrificiis reputentur, *si Heli peccatum*, longe levius, ut sacra refert historia, *inexpiabile* tuit piaculum & delictum.

Clerus & populus.

Hæc enim, Pater Sancte, *unius* tam *horribilis*, tamque exosa in divinæ Majestatis conspectu, ut haber communis existimatio, *in manus nostras, laudibus plenas* &, utinam non blasphemiis infectas, &

& nostri reprobatione consistit. Qui cum ex debito deberemus & teneamur, ut præmissa tollerentur de medio, nostros indefessos adhibuisse labores, nostra quæcunque exponere; etiam titulos dignitatum, animas nostras, & ut trone e bibere calicem passionis. *Arrabulatum est per devia & non plana.* Et velut cœci palpantes claustra parietes, *aspera lataq; & plana janua rejecta* est velut spinosis aculeis & venenosis jaculis: *Et juxta affectionem*, in conspectu Altissimi & hominum judicio communi voluntariam & *non sanam*, sulcitam magnis periculis, *latet*, in illa consistat anima securitas, & hominum conscientiarumque indubia sinceritas, ex quibus longo tempore declinata fuit *cursantes via*, quæ in ingressu planæ januæ confiebat solitaria; cum Dei gravi offensa innumerisque periculis animarum.

Declinata remedia unionis.

Cessio Patrum difficulter admissa à Pontificibus illius temporis.

Et quamvis ex post exactis annorum curriculis fuit *hæc via facilis, & necessaria*, & communi omnium fidelium judicio *præelecta*, cum Angelo Corrario, Gregorio nuncupato, per sanctitatem vestram *recepta* & etiam *approbata*. Verumtamen & tantæ *in illis* habendæ *dilectæ executione* adhibitæ *difficultates*, variationes, dilationes, ac repudia circa locorum electionem & securitates hinc inde, quod *nullus effectus* secutus est, nec aliunde speratur modo aliquo proventurus. Sed quodammodo recessui perpetuo in dicto *pacis* tractatu, imo verius *repudio prorsus*, abhinc us in viam longinquam, nunquam ad *agni* nuptias per unitatis vinculum, *ut à multis* creditur, intraturi.

Effectus nullus.

Quæ mala sub brevi compendio considerantes provide, ac pia mentis consideratione pensantes, Reverendissimi Patres, nominati in parte alia *Cardinales*, a dicto Angelo Corrario, *Gregorio* nominato, ad omnem viam habendæ unionis, plus quam describi possit, mente & proposito indurato; *recesserunt*, juxta divina mandata. Ad quos, de vestræ sanctitatis permissu, & voluntate expressa, *quatuor ex nobis directi* fuere. Et convenientibus *in Liburno* cum quatuor ex eis Cardinalibus nominatis, & demum nos omnes & ipsi

Cardinalis Gregorii, ab illo recessevunt.

Colloquia Cardinalium Liburni inita.

in unum convenientes, prospeximus communi & concordi voto & mira habita deliberatione cum multis nobilibus Prælatis & quam plurimis literatis viris DEum timentibus, & pacem Ecclesiæ habentibus in fervore charitatis, fore necessarium, ut per *Ecclesiam unitersalem congregatam* huic tam pestilenti morbo, & inveterato laqueo, erroribus fidem tangentibus pleno, subveniatur & occurratur in brevi, ad frenandas omnium fidelium conscientias, errores submovendos notorios, virtutes inter endas animarum & *Ecclesiæ reformationem debitam & salubrem*. Et quod per nos in nostra obedientia, & alios nominatos Cardinales in sua, Prælati & alii, qui vocandi fuerint, *convocentur* per nos *in civitate Pisana*, & per illos in eadem, ad terminum *victima quinta dies Mensis Martii* proxime futuri.

Concilium universale.

Concilium Pisanum indictum ad 25. Martii.

A. 1409.

De hunc *modum convocationis* communi assensu assumptimus propter *neutralem*, & illos, qui de obedientia dicti *Angeli* ad vestram, ac etiam illos de vestra, qui ad vestram & dicti *Angeli* convocationem nullatenus venirent, & propter defectus alias habitos in convocatione Concilii. De quo sæpissime & diversis temporum intervallis fuit per nos vestra Sanctitatis requisita, & eidem humiliter supplicatum, & aliquando promissum, sed nullatenus adimpletum.

Et, ut omnis adhibeatur cautela, ex superabundanti vobis tenore præsentium supplicamus, & instanter requirimus, quatenus, quantum in vobis est, dictæ *convocationi præbeatis assensum* & opem, & quod Vestræ Sanctitati placeat in dicto loco & termino *personaliter interesse, & in* dicto *Concilio convenire*.

Invitatoria Benedicti.

12. ad Cerium.

In quo nobis procurantibus plena & sufficiens securitas præstabitur in veniendo, stando, & recedendo, & de qua ante dictum terminum, congruo reservato intervallo, sanctitatem Vestram certificare curabimus: Et nos, seu nostrorum major pars, eandem sanctitatem Vestram humiliter commeare cum omni honorificentia, quæ summo debetur Pontifici, & honorifice tractare,

re, ante consummationem unitatis & pacis, & post ipsius exitum felicem.

Hæc enim *convocatio ad locum & terminum antedictus* nullo valet colore difficultari, impediri, seu quocunque conficto pallio differri, declinari seu mutari. Cum, etsi in sanctitate Vestra corporalis infirmitas, vel aliud occurreret impedimentum, seu alias absentiæ justa causa, *possit & debeat*, de quo vos solenniter requirimus, & alias tuit per nos consultum, hoc Dei tam necessarium negotium, quoad illa, quæ per vos facienda existunt, *per deputatum à vobis*, quoad omnia necessaria vel expedientia præambula, sufficientem auctoritatem habentem, perfici, & procuratorio sufficienti & speciali mandato ac irrevocabiliter munitum, pro parte vestra *fieri*: Angelo, nominato Gregorio, cedente in propria persona, vel per procuratorem, similem potestatem habentem & irrevocabilem & specialem mandatum, vel ipso sublato de medio, vel canonice per ecclesiam ejecto.

Vel Deputatum mittere ipsum.

Ad cessionem invitatur Benedictus.

Quod *si dicta Convocationi* opem & *assensum præstare verogerint*, & in loco & termino antedictis *convenire*, vel deputatum *Procuratorem*, ut præmittitur, *destinare*: Cum extra terminos legitime nequeant partes, seu sparum alterа, ad consummationem unitatis habendæ, multis consideratis, ita commode & utiliter convenire: Attento, quod per Concilia particularia, si divisim & in locis diversis longa distantia separatis reneretur, schisma extirpari non posset: Nos, & alii, qui ad vocationem nostram venerint, *procedemus in negotio unionis habendæ, & schismatis* tum horrendi erroremque fidem tangentium *extirpationis*, cum collegio Cardinalium partis alterius, ac cum consilio vocatorum per nos & ipsos, attentis promissis, juratis & conventis per Sanctitatem Vestram & dictum Angelum, ut dixerit Spiritus sancti gratia & alias fuit per sanctos Patres in Romana Ecclesia salubriter observatum, vestra, aut dicti Angeli, seu alterius absentia non obstante.

Addita Commissio revocationis à Papatu, si compareret recusaret.

Supplicantes vicibus iteratis, & exhortantes Sanctitatem Vestram in Domino, & per viscera misericordiæ Jesu Christi, qui Ecclesiam sua sanguine acquisivit, per ipsius exitum felicem, ad Concilium Spiritus pernatus, sine *sanum.* qva & extra qvam non est salus, qvaternus Convocationi jam dictæ, *loco & termino* antedictis fiendæ, opem & auxilium, ut decet Zelatorem domus Dei, adhibere velitis. Ad qvem dicti de jure possumus, super prædictis vos *provocamus*: Ad causam: Qvia, si, qvod absit, nolueritis, aut impedimenta præfati veritis dictæ convocationi, & ad illam venientibus, ac nobis, qui ad illam tendimus, eamqve modis canonicis procuravimus, talia ad impedimentum unionis Ecclesiæ & ipsius schismatis perpetuationem censerentur luce clarius pertinere. Cum *à veritatem contra falsitatem* fuerit *collata potestas*, & *ad ædificationem, non autem ad destructionem.* Et si quod absit, vellet Sanctitas Vestra impedimenta præstare, cum nihil sit per quod fiendæ unitati, ad quam tendimus, posset per potestatem aliquam justè heri, cum in hoc protequamur voluntatem divinam: *Ecclesia cujus unitatis Clavis à Christo concessa fuit*, talia non paterentur sub dissimulatione transire.

Repetita inviatio

Et circa præmissa Vestram intentionem, vestrumque propositum, & quæ in præmissis agere intenditis, præsentialiter nobis notificare dignemini: Ut proinde certitudine habita providere valeamus, quantum in nobis erit, circa Vestram securitatem & libertatem, & alia necessaria & ad tantum negotium opportuna.

In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes nostras literas per notarium publicum infra scriptum subscribi & publicari mandavimus, ac nostrorum trium priorum sigillorum fecimus appensione muniri.

Datum & actum in loco *Liburni* sub dicto, in Claustro Ecclesiæ dicti loci, *Nobis* ibidem tunc *Guidone Penestrino*, *Nicolao Albanensi*, *Petro Tusculanensi*, Episcopis, *Petro* tituli *Sanctæ Susannæ*, Presbytero, *Amedeo Sanctæ Mariæ novæ*, & *Petro Sancti Angeli*, Diaconis sanctæ Romanæ Ecclesiæ *Cardinalibus*, congregatis

Cardinalis, hujus pradicti, epistolæ autores.

ris & personaliter constitutis, ac omnia & singula suprascripta pro nobis, & aliis Dominis Cardinalibus absentibus, nobis adhærentibus & adhærere volentibus, in hac parte approbantibus & ratificantibus, & de præmissis & eorum singulis unum vel plura publica instrumenta nobis & cuilibet nostrum fieri petentibus: Sub *anno* & nativitate Domini *millesimo quadringentesimo octavo*, indictione prima, *die quartadecima Mensis Julii*: Præsentibus Reverendis in Christo Patribus & Dominis, Dei gratia *Simeone Patriarcha Alexandrino*, Administratore perpetuo Ecclesiæ Carcassonensis, *Petro Episcopo Meldensi*, ac Venerabilibus & circumspectis Viris Magistris, *Roberto de Quesnesio*, Doctore, *Johanne Francisco*, Licentiato in Decretis, *Johanne Petri*, Magistro in Medicina, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis, hic subscriptis & signatis.

Testes hujus citationis.

Et Ego *Johannes de Marchais de Monteacuto*, Clericus Laudunensis Diœcesis, & Imperiali auctoritate *Notarius*, prædictis omnibus & singulis suprascriptis, dum per Reverendissimos in Christo Patres Dominos suprædictos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ratificarentur & approbarentur, una cum prænominatis testibus *præsens fui*; & de præcepto eorundem Dominorum Cardinalium, præsentes *literas per alium scriptas*, una cum trium priorum Collegii dictorum Dominorum Cardinalium, de mandato & requisitione aliorum trium Dominorum Cardinalium suprædictorum, eisdem Dominis prioribus factis super hoc, sigillorum appensione, me hic *propria manu* subscribendo *signo meo* consveto *signavi*, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

De Marchais de Monteacuto.

CARDINALIUM EPISTOLA
Ad
BRUNSVICENSIUM AC LUNÆBURGENSIUM
DUCES
BERNHARDUM & HENRICUM,
Qua eorum legati ad Concilium Pisanum invitati
A. 1408. d. 16. Julii.

Ex MSCto Ducali Cellensi.

Illustribus & Excellentibus Dominis,
DOMINIS BERNARDO & HENRICO,
in Brunswyk & Lunenborg DUCIBUS,
Amicis nostris carissimis.

Miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ *Cardinales*, Illustribus & excellentibus Dominis, Dominis *BERNHARDO & HENRICO, IN LUNENBORG ET IN BRUYNSWYCK DUCIBUS* &c. Salutem in Domino sempiternam, & paratum promtumq; animum ad sacratissimæ Ecclesiasticæ unitatis effectum habere, & pro eâ firmiter & efficaciter operari.

Principum, Ducum, Marchionum, aliorumque Dominorum & Magistratuum qvorumcunque, dignitatibus & officiis qvibuscunque pollentium, *proprium est judicium & justitiam facere, & plectere de manu calumniantium & oppressos eripere, & à cunctis pro viribus injurias propulsare.* Qvibus, juxta B. Petri sententiam, tanquam à Deo missis *ad vindictam malorum, laudem* verò *bonorum*, obediendum est.

Principis officium vindicare bona & plectere malos.

Si igitur in eos, qui utcunque injurial

rias inferunt, missi sublimatis; sunt: Qvanto majori & justissimæ indignatione, pro Christi immaculata sponsa, à qua in Spiritu regenerati sumus, ejusque lacte educati, & grandævi in fide firmati, apertis Paradisi foribus, vitam, qva primi homines sorde peccati privabantur, consequi meremur æternam; *contra* illos inhumæ prævaricationis *homines tenentur exsurgere, qui* corpus Christi mysticum, hoc est, *Dei Ecclesiam* & Romanam Domini inconsutilem *dissecant*, qui Christi vineam exterminare & conculcant, ut nefandissimis inomentaneorum rerum ambitionibus pravisque cupiditatibus suis satisfacere valeant, omni pudore & Dei metu sublato, non curantes Dominici gregis animas secum in æternam perditionem deducere, & cunctum Christi fidelium pacem & qvietem turbare.

Tueri Ecclesiam.

Sane novissus, non ambigimus, cum toti sit Christianorum orbi notissimus, *Ecclesiæ* navis Petri navicula, continuis fluctibus *desolatis* & *Papalibus agitata per triginta annorum spatia*, & *per trigintas* passa fuerit tempestates, ad exiguum *annos ante Concilii Pisanum* fere deducta naufragium, quæ, ejus flebiliter omissis historiis, minimum fidelibus cognita, ut ad unitatem dignitatemque pristinas tandem reducederetur, & pax desideratissima in Christiano populo pullularet.

Ecclesiæ desolatis Papalibus per trigintas annos ante Concilii Pisanum distractæ.

Sanctæ memoriæ Innocentio Papa VII sublato de medio, Dominus *Gregorius Papa XII* sperans, ut ipsius Ecclesiæ unionem conflaret, per puræ & simplicis renunciationis & cessionis viam, ante & post ejus adsumtionem votam, juratam, pluriesqs promissam, *Petro de Lund* parte ex alia, *Benedicto* papato, qvi se similiter obligavit, existente vel decedente, ut patebat per instrumentum scripturisque solemnibus & eorum Bullis & nostris literis patentibus per orbem luce clarius est, ad apicem fuit summi Apostolatus adsumtus.

Gregorius VII sublato de medio Papa XII cessionis viam iniit.

Et qualiter *ambo* de principatu *recedendo* Deo vota sua reddiderint, juramenta servaverint, & promissa adimpleverint, vestras caritates latere non credimus, cum jam omnibus possit esse clarissimum, & rei exitus demonstravit. Nam *per relatus inanes, frivolas, & insipidas, & superfluas disceptationes*, altercationes ac *Papatus* varietates, anno mensibusqs consumtis, *ederent*, hucusqs *Christianum populum illudendo colludendoqs invicem*, denique *occasionibus captatis inanibus*, à prætatæ unionis, ut præfertur, promissæ, juratæ & votæ tractatibus tam impudenter quàm turpiter discesserunt, *Christi gregis mercenariorum more inter lupos exposito*, & de unione ipsa totaliter deiperato.

Gregorius & Benedictus vel-

Gregorii & Benedicti velle inane, frivolum, & insipidum, & superfluas disceptationes, altercationes ac Papatus varietates, anno mensibusqs consumtis, ederent.

Ac nos, quibus post Papam salutis populi Christiani major zelus & onus incumbit, videntes, nobis ab eodem *vii tum* Domino Gregorio suis injussis turpibusque mandatis *ora obserari, ne denuncierunt, accipia verbum ulterius fieceremus*, in vicem libertatemque nostras evidentia imminere pericula: Ut conscientiarum nostrarum exoneration & prætatæ unioni, de qua poterat alias totaliter deiperari, consuleremus, *ob eo*, non ad unionem ipsam, sed ad schisma fovendum, *bonaqve* Ecclesiæ dissipandum, fudsque contra Deum & justitiam promovendum & sublimandum, intendere, momentaneorum rerum cupiditate, prævaqve *ambitione trahe*, cœlestium & æternarum penitus oblito, & supradictam cessionis viam, à se tanquam justam sanctamque stories acceptatam & promissam, Diabolicam palam adserente & declinante, tanquam *à nutritore schismatis* antiquati, quod de jure hæretin sapere minime dubitant, cum deliberatione, ut pluribus scripationibus jam sumus testati, *discussimus*.

Gregorius VII sublato de medio Papa XII cessionis viam iniit.

Concilii abitio de-

Nos, cum Reverendissimis Dominis de Collegio partis alterius junximus & univimus, pro pace & unitate dandâ *finitum* populo Christiano: *Viamq*, congrega- *Pisa-* tionis *Universalis Concilii* utriusque obedientiæ *ad civitatem Pisanam*, diemqs *nonissimam quintam* proximi *mensis Martii*, celeberrimum Festum Annunciationis Virginis gloriosæ, à quâ cunctorum salus & redemtio inchoavit, unde Deo favente, cujus res agitur, omni errore & schismate evulso, unio in ipsâ Ecclesiâ sequetur, *electione*, secundum Canonum sacrorum instituta & Ecclesiæ laudabilem consuetudinem in talibus observatam.

Quæ omnia latius literarum, quas ad obedientiæ nostræ Prælatos, eos *ad Concilium* ipsum *convocantes*, dirigimus, tenoribus, & Oratorum nostrorum abunde de cunctis expedientibus instructorum vivis relatibus, luculentius poterunt Excellentiæ Vestræ percipere.

Ducat Brunsvicensis rogati à Cardinalibus, ut clerum adliberâ-dum Ecclesiam pem fe-rant. Invitari Prælati Ducum Brunsv. ad Concilium Pisanum.

Expergiscimini igitur, quoniam jam tempus est à somno surgere. Et vobiscum una Deus exsurgat, ut dissipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum à facie ejus. *Erigite Ecclesiam* matrem Vestram, *& in libertatem Spiritus vindicate*, nobisq; in hac Dei causa adhæsite, & favete; *Oratores vestros solennis mittite*, & *Prælatos dominorum vestrorum*, quos ducimus convocandos, *ad venendum inducite*, ac si opus esset, quod minime remur, ut tepidi essent, modis debitis adstringantis, ut tempore debito in eisdem Concilio legitime & instructi veniant, ad tam pium & sanctissimum opus feliciter consummandum. Quæ per adspersionem pretiosissimi sanguinis Domini nostri Jesu Christi, *ut à vobis amodo angustiis liberetur*, Sancta mater Ecclesia nobiscum una à vobis instantissimis precibus postulat & requirit, sicuti omnino Caritates Vestras pure & libere facturas speramus.

Nam ad ipsum Concilium venientes, aut ei faventes, *Deo ipso Gregoriano*, qui *tanquam inimicis bonis* continuè tentare non desinit colonibus, fictionibus, mendaciis fultis, ubique disseminare Zyzaniam in Ecclesiasticæ unitatis disturbium, ut ipsam Ecclesiam ita laceratam & oppressam valeat retinere, suis non potentibus adhærere vel militare: Cum *per solennia Concilia* Collegiorum magnorum Sacræ Theologiæ Juris q; Canonici & Civilis conclusum & *declaratum* existat, ipsis *ipsius obedientiæ* de Papatu tanquam antiquatis schismatis nutritoribus *obediendum* non esse, sed *eis omnis obedientiam subtrahendam*, & de eorum sententiis, censuris & aliis non curandum, vel de juribus Sedis Apostolicæ aliquatenus respondendum, ut in nostris literis, quas per orbem dirigimus, plenius continetur.

Obedientia Pontificia.

Deus omnipotens Excellentias Vestras diu & felices in statu unitatis suæ benignitate conservet. *Datum in Civitate Ecclesiæ Pisanæ Diœcesis*, sub tritum Prioratus nostrorum sigillis, *die* 16 *Mensis Julii*, Indictione I, *Anno* a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo octavo.

Oratores Concilii Pisani

seu

Illi, qui fecerunt SERMONES coram Dominis Cardinalibus & clero, à *XXV mensis Martii*, quæ fuit *prima dies concilii*, & festum Annunciationis beatæ Mariæ, usq; ad 19. Maji.

Ex MSC. CÆSAREO VINDOBONENSI.

Oratores Concilii Pisani, à 25. Martii, usque ad 19. Maji.

ET primo, die eadem, ipsis Dominis & clero existentibus in Ecclesia cathedrali, fecit sermonem *Frater Leonardus, ordinis Prædicatorum, Inquisitor hæreticæ pravitatis, Bononiensis.*

II. Item *die Martis* XXVI. *in prima sessione* fecit sermonem Dominus *Cardinalis Mediolanensis.*

III. Item *die Jovis* sancta, quarta Aprilis, in sancto Martino, fecit sermonem Dominus *Episcopus* † Ordinis Fratrum Minorum.

IV. Item *die Veneris* sancta, quinta Aprilis, in sancto Martino, fecit sermonem *Magister Richardus* † *Anglicus.*

V. Item *die Dominica*, XIII Aprilis, in sancto Martino, *frater Vitalis, Ordinis Minorum.*

VI. Item *die Dominica*, XXI. in sancto Martino, *Episcopus Dignensis, Ordinis Minorum.*

VII. Item *die Dominica*, XXIIX Aprilis, in Ecclesia Cathedrali, Dominus *Cardinalis Venetiarum.*

VIII. Item *die Lunæ*, XXIX Aprilis, in Ecclesia Prædicatorum, *Episcopus Landinsis Prædicator.*

IX.

Digitized by Google

IX. Item *die Martis*, ultimo Aprilis, *Episcopus Sarrensis*, in sessione fecit sermonem per modum oblationis coram concilio.

X. Item *die Jovis*, secunda Maji, Magister *Guillelmus Parvi*, Magister in Theologia, nomine universitatis Parisiensis proposuit in sancto Martino, hora Vesperarum, coram Dominis Cardinalibus, Prælatis, & aliis audire volentibus, notabiliter per modum sermonis, cujus Thema fuit: *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahæ* &c.

XI. Item *eadem die*, hora, & loco, proposuit per modum sermonis quidam *Ambasiator Archiepiscopi Moguntinensis*, nomine suo, & suorum Ambasiatorum, multum excellenter & &c.

XII. In *die Sabbathi*, 4ta Maji, in sancto Martino, hora Vesperarum, proposuerunt &c. *duo ex Ambasiatoribus Archiepiscopi Coloniensis*.

XIII. Item *die Dominica*, quinta Maji, fecit sermonem in missa coram Dominis &c. *Generalis Augustinensium*.

XIV. Item *Die Martis*, octava Maji, Festi Apparitionis Sancti Michaeli, & in Ecclesia ejusdem, Dominus *Patriarcha Alexandrinus* dixit missam, & fecit sermonem.

XV. Item *die Dominica*, XII. Maji, in Ecclesia de Martini, *Episcopus Sistaricensis*.

XVI. Item *die Jovis*, XVI. Maji, Festo Ascensionis, in Ecclesia majori, *Episcopus*.

XVII. Item *die Dominica*, XIX Maji, *Generalis minister Minorum*, Bononiensis, in sancto Martino.

Inauguratio Concilii Pisani

Die Lunæ, XXV. *Martii A.* 1409.

Ex MSCto Vindobonensi.

Initium Concilii.

PRimo, die Lunæ, *XXV. Martii*, festi Annunciationis beatæ Mariæ, quæ die fuerat *intimatum concilium generale celebrandum in civitate Pisana*, per Dominos utriusque collegii Cardinales, *celebrandum in civitate Pisana*, super unione Ecclesiæ sanctæ Dei, & schismate tollendo: fuerunt ipsi Dominus *Cardinales*, & omnes alii, tam *Episcopi*, quam Abbates, in dicta civitate Pisarum, *in Ecclesia sancti Michaelis* de Angelis. In qua se induerunt suppellicio, pluviali, & mitra.

Scopus Concilii, Schismatis Papalis extirpatio.

Pompa annunciationis.

Processio a templo S. Michaelis.

In *quo* [illegible] processionaliter iverant ad *Ecclesiam Cathedralem*.

In qua *processione* [illegible] *de Turejo* ibat ultimus [illegible]

Oratio inauguralis.

Indicta

bitio.

Ex MSCto Trevirensi.

Sessiones factæ per Concilium generale, tentum Pisis contra Petrum de Luna, & Angelum Corrarium olim de Papatu contendentes ad invicem.

In nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate ejusdem *millesimo quadringentesimo nono*, more Romano, indictione secunda, *die vero vigesima quinta mensis Martii*, inchoatum fuit generale concilium, sive sancta Synodus, & celebratum in civitate Pisana. In quo erant plures Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Sacræ Theologiæ Magistri, & utriusque juris Doctores & Licentiati notabiles, Procuratores plurium absentium Prælatorum.

In quo quidem concilio processum extitit per hunc modum.

Ali ad Ecclesiam Cathedralem.

Sacra publica.

Pri-

Primo, factæ fuerunt *Processiones* solemnes. Et deinde in Eccl. Cathedrali dictæ civitatis fuit *Missa* devotissime per dominum Cardinalem de Thureyo celebrata.

Prima Sessio Generalis

Die Martis, XXVI. *Martii*

Ex MSC. Vindobonensi.

Locus sessionum publicarū Ecclesia Cathedralis.

Die crastina scil. *Martis*, *XXVI.* convenerunt omnes Domini Cardinales & Prælati manè in ortu solis in dicta *Ecclesia cathedrali*.

In qua dominus *Episcopus Ostiensis Cardinalis missam* de sancto Spiritu solenniter *celebravit* in magno altari. Et interim omnes tam Domini Cardinales, quam alii Episcopi & Abbates, steterunt cum cappis.

Habitus Magnatū in Concilio.

Qua finita omnes *induerunt suppellicia*, pluviale, & mitras albas. Et cum illo habitu *processerunt ad locu, seu scamna*, facta & ordinata pro concilio generali.

Et *sederunt* per hunc modum.

Sessus.

Primo Domini *Episcopi Cardinales* sederunt *super uno scamno*, *separato* à scamnis aliorum Prælatorum, quod erat in capite aliorum scamnorum, habentes facies versas ad Prælatos, & totum concilium generale.

Et primò Domini *Episcopi Cardinales* fuerunt *in medio* illius scamni situati.

Et erat *primus* in ordine *Penestrinus*.

Item Domini *Cardinales Presbyteri* ad dexteram partem, remoti etiam ab ipsis Dominis Episcopis. Et erat primus in ordine Dominus *Cardinalis de Salmitis*.

Item erant *scamna* æqualia, etiam in altitudine scamni Dominorum Cardinalium, facta *in longitudine Ecclesiæ*, *ab utraque parte*, remota à scamnis dictorum Dominorum Cardinalium. In quibus non sedebant nisi *Prælati*, per modum, qui sequitur.

Primo *ad partem dextram* fuerunt situati *Episcopus Meldensis*, Ambaiator Regis Franciæ, & Abbas * Ambaiator Regis Angliæ.

Consequenter *Archi Episcopi*, *Episcopi*, & *Abbates*, secundum ordinem suæ promotionis, qui per prius diligenter ab eis fuit exquisitus, & redactus in scriptis per venerabiles viros, Dominos *Petrum Fabri*, Præpositum Rigensem, *Secretarium* Reverendissimi Patris in Christo, Domini *Cardinalis Ostiensis*, & per *Magistrum* * *Secretarium* Domini *Cardinalis Neapolitani*, de mandato ipsorum Dominorum Cardinalium, quibus per ambo collegia fuerat hoc commissum.

Item in alio scamno *in parte sinistra* fuit primus *Episcopus Vapincensis*, *Ambasiator Regis Ludovici*. Deinde Archi-Episcopi, Episcopi, & Abbates, secundum promotiones suas &c.

Item *coram Dominis Cardinalibus* fuerunt *duo scamna* bene honesta, posita *de longitudine concilii*, separata ab omnibus aliis, in quibus fuerunt *milites*, *Doctores*, & *cæteri Ambasiatores Regum Orientum*, qui non erant Prælati. Et fuerunt ordinati secundum præcellentiam Dominorum suorum.

Item sederunt *Auditores*, *Clerici* camerę, & cæteri Officiarii, & Generales Ordinum, in pedibus Dominorum Cardinalium.

Videlicet Auditores &c. in medio, & Generales in lateribus.

Item *Protonotarii*, & electus *Patriarcha Gradensis* in uno alio scamno, per se posito, ad dextram Dominorum Cardinalium, ante scamnum Ambasiatorum Regum, simili scamno dictorum Ambasiatorum.

Item cæteri *Procuratores Episcoporum*, *Capitulorum*, *Magistri in Theologia*, *Doctores*, & cæteri, sederunt super scamnis ordinatis & positis in concilio, & in pedibus Prælatorum. Et fuerunt ordinati secundum promotionem magistrorum suorum & dignitates.

In ordine suo collocatis per deputa-

Et

tos dixit unus *Notarius*, ad hoc deputatus *alta & intelligibili voce*: Quod nulli Ecclesiæ seu personæ præjudicet in posterum, si non essent lituatæ in ordine suo. Et de hoc petierunt fieri publica instrumenta.

Et est notandum, quod ipse Dominus *Cardinalis Ostiensis*, qui missam celebraverat, amota casula & sandaliis, remanentibus adhuc aliis indumentis, & vestitu pluviali, & mitra alba, sicut alii, *iuit ad sedendum cum aliis in ordine sua promotionis.*

Oratio solennis pro missa.

Deinde fuit *factus sermo* solennis per Dominum *Cardinalem Mediolanensem*, existentem in cathedra cum pluviali & mitra alba.

Sacra prævia.

Facto sermone, *Cantores* inceperunt cantare antiphoniam quæ dicitur quarta feria in capite jejunii, videlicet: *Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua.*

Et interim, dum cantabatur, Dominus *Cardinalis Ostiensis*, qui missam celebraverat, *iuit ad cathedram*, paratam ante altare, cum carello & sadistorio.

Qua antiphona finita, *Diaconus*, qui Evangelium dixerat in missa, alta voce dixit: *Orate.* Et tunc omnes Domini *Cardinales* & alii *Prælati depositis mitris prostraverunt se, orantes &c.*

Paululum post idem Dominus *Cardinalis Ostiensis* erigens se dixit: *Oremus: Omnipotens, sempiterne Deus, qui tua misericordia nos incolumes &c.*

Post quam orationem *Diaconus & Subdiaconus*, qui in missa serviverant, incepérunt *litaniam*, quas, omnibus tam Prælatis quam aliis respondentibus, continuaverunt usque ad finem, stando, & librum in dextro cornu altaris tenendo, *omnibus aliis ad terram prostratis*, ut dictum est. Qua litania finita, idem Dominus *Cardinalis Ostiensis*, quia missam celebravit, surrexit de cathedra, & dixit: *Oremus: Adsumus Domine Sancte Spiritus, adsumus &c.* Quam finivit absolute, respondendo: *Amen.*

Qua finita, Diaconus, qui dixerat *Orate*, dixit; *Erigite vos.*

Tunc Dominus *Cardinalis de Salutiis*, *diaconus Cardinalis & primus in ordine*, paratus in habitu diaconi, dixit *Evangelium*, principaliter ordinatum pro tali negotio.

Quo finito idem Dominus *Cardinalis Ostiensis* flexis genubus in loco prædicto incepit *hymnum*, *Veni Creator Spiritus*, & omnes tam Cardinales, quam Prælati, depositis mitris, & alii *prostraverunt se*, & continuaverunt hymnum usque ad finem.

Quo finito, idem Dominus *Ostiensis* surrexit, & duo induti suppelliciis dixerunt, ubi de sancto Spiritu loquebantur Apostoli &c.

Quo finito, *idem* Dominus *Cardinalis* dixit: *Oremus, Deus, qui corda fidelium* &c. Et aliam, scilicet: *Da quæso Ecclesiæ tuæ, misericors Deus* &c.

Quibus finitis, dixit Diaconus, qui in missa serviverat: *Erigite vos.* Et tunc omnes surrexerunt, & *repositis mitris sederunt in locis suis.*

Tunc *Archi-Episcopus Pisanus* ascendit cathedram, & *legit alta voce* caput unum *de sancta Trinitate & fide catholica, lib.* 6. & tres alias *schedulas*, de quibus non recordor.

Compellatio Concilii primi.

Postmodum Dominus *Cardinalis Pestrinus* fecit *allocutionem* pulcherrimam, quam incepit per hæc verba: *Ecce Reverendissimi ac Venerabiles Patres &c.*

Constituti Procuratores & Notarii Concilii.

Qua finita, dixit: Quod concilium *constitueret Procuratores, advocatos, & notarios*, pro serviendo concilio, &c. In quo omnes consenserunt.

Tunc surrexit unus *Notarius*, & incepit nominare *sex notarios electos per in Concilio* quatuor *procuratores* & duos *advocatos.*

Quibus nominatis, *præstaverunt* omnibus Prælatis, qui omnes in eorum electione *consensum præbuerunt.*

Et postmodum ipsi soli *Notarii* in manibus ipsius Domini Cardinalis Penestrini, tanquam Prioris, & vice omnium, *juraverunt, fideliter redigere in scriptis omnia*, quæ fierent & dicerentur in ipso concilio, de quibus forent requisiti.

Quo facto, *unus Advocatorum*, scilicet Dominus *Simeon de Perusio*, ascendit cathedram. Et ibidem fecit unam pulchram *arengam.*

In fine cujus petiit, quod legantur *Litera Dominorum nostrorum collegii Cardinalium*,

Prælecta convocatio Concilii.

nalium, per quas fuerat *significatum concilium generale* ad locum & diem prædictos, Petro de Luna & Angelo Corario, contendentibus de papatu, & earum executione.

Quo facto, descendit de cathedra, & tunc ascendit quidam *Magister Anglus, Secretarius* consiliorum particularium. Dominorum *Cardinalium*, tenens certos *rotulos*, continentes tenorem & executionem ipsarum. Quos de verbo ad verbum legit, alta & intelligibili voce, omnibus audientibus.

Prælecta litera, quibus Gregorius & Benedictus ad Concilium invitati.

Et primo *literam missam Gregorio* per suum collegium. In qua significabant illi concilium &c. & etiam *subtractionem obedientiæ*, illi per dictum collegium factam.

Et deinde *executionem factam* de ipsa in civitate Senensi per unum cursorem &c.

Post quas legit *literas missas Benedicto* per suum Collegium, & alias etiam tribus Cardinalibus cum eo existentibus missas per eosdem. In quibus significabant tam eidem Benedicto quam Cardinalibus conventionem per eos factam cum altero collegio *de concilio generali* utriusque obedientiæ *celebrando Pisis* die XXV mensis Martii, Anni Domini M CCCC IX, exhortando & supplicando, quod ad illud dignaretur ejus sanctitas venire, renunciaturus, ut tenebatur, vel mittere procuratorem cum sufficiente potestate.

Deinde legit *executionem dictarum literarum* factam per Dominum *Guillelmum judicem curiæ Nemausensis*, & responsionem factam per ipsum Benedictum, & aliam per Dominum Cardinalem Auxitanensem factam nomine omnium aliorum Cardinalium, scilicet ipsius Auxitanensis, de Flisco, & de Chalanco.

Accessus contendentium.

Quibus lectis *petiit Procurator, ipsos reputari contumaces.*

Pontifex, qui non comparuerunt.

Tunc Dominus *Penestrinus* dixit nomine totius concilii, quod *duo* Domini *Cardinales Diaconi*, & *quatuor Archi-Episcopi* irent ad valvas Ecclesiæ, ad inquirendum, utrum essent prædicti Domini contendentes de papatu, & ipsi Cardinales, vel aliquis ipsorum, seu eorum procurator, &c.

ipsi essent.

Tunc duo Domini *diaconi Cardinales*, scilicet *sancti Angeli*, & *sancti Gregorii*, *Archi-Episcopi*, *Januensis*, *Pisanus*, & *duo alii*, accesserunt ad valvas cum procuratoribus, fiscalibus, & notariis, inquirentes diligenter ab illis, quos extra repererunt. Et illos trina vice intertogantes, lingua vulgari & latina, nullum repererunt, &c.

De quibus omnibus dicti procuratores petierunt fieri publica instrumenta per notarios supradictos &c.

Quibus *reversis* ad loca sua, Dominus Prædictus *Cardinalis sancti Angeli retulit concilio* pro omnibus, prout fecerant, & quod nullum ipsorum, nec aliquem pro ipsis repererant, &c.

Tunc *omnes procuratores* requisiverunt, quod *reputarentur* omnes, tam duo *contendentes de Papatu*, quam Cardinales, veri & puri *contumaces*.

Tunc Dominus *Penestrinus*, primus in concilio, respondens pro omnibus dixit, quod, *licet deberent reputari contumaces, tamen* de benignitate Concilii *eis non assignabatur* ad *terminum* ad *crastinum* diei, scil. Mercurii XXVII. dicti mensis Martii. De quo fuerunt facta publica instrumenta.

Dilata tio illorum in alium diem.

Ex MSCto Wolffenb.

Et facto sermone per Cardinalem Mediolanensem, missa vero celebrata, cantatæ fuerunt Antiphonæ, & certæ orationes dictæ.

Postmodum Diaconus alta voce dixit: *Orate.* Tunc flexo inclinato capite, omnes *oraverunt* submissa voce, mitris positis.

Deinde Diaconus & Subdiaconus *cantaverunt* alta voce litanias, & omnes responderunt.

Quibus finitis, unus Cardinalis Episcopus dixit certas orationes ad propositum unionis.

Quibus completis, quidam *Diaconus Cardinalis legit Evangelium.* Quo lecto, unus *Episcopus Cardinalis* incœpit hymnum, *veni Creator Spiritus.*

Quo

Quo finito, duo Cardinales Diaconi, duo Archiepiscopi, & duo Episcopi cum pluribus Doctoribus & Notariis, ex ordinatione concilii & mandato, se transtulerunt *ad valvas Ecclesiæ*, & alta voce clamaverunt: *Ad Petrus de Luna, & Angelus Corario*, qui Benedictus & Gregorius dicebantur, de Papatu contendentes, *essent hic præsentes*, aut aliquis pro ipsis. Quibus non repertis, nec aliquo pro ipsis, ad ecclesiam redierunt, & in pleno Concilio relationem fecerunt.

Qua relatione sic facta, sacrum concilium certos ordinavit & constituit *Promotores* seu *Procuratores* nomine Ecclesiæ universalis, ad agendum, petendum, & faciendum omnia necessaria, commoda, & *opportuna pro celebratis extirpatione* contra prædictos duos contendentes, imo verius *colludentes de Papatu*, & pro sancta unione in Ecclesia Dei habenda, prout in forma, &c.

Ordinatique sunt *Advocati*, & *Notarii*, pro ista causa deducenda.

Quibus factis, *Procuratores* prædicti *accipiaverunt Contumaciam dictorum contendentium de Papatu*. Et petierunt eos reputari *contumaces* in materia schismatis & fidei, ac in contumacia & defectu poni. Et fecerunt legi citationes & provocationes dictorum contendentium, & relationes executionis, &c.

Quibus non obstantibus, concilium sacrum de benignitate ordinavit *expectandum* usque ad *aliam Sessionem*.

Quæ fuit ordinata ad *XXVII diem* dicti *mensis Martii*.

* * *

Ex MSCto. Helmstadiensi.

SOLENNIS ORATIO *Cardinalis Mediolanensis, Petri de Candia*, eodem in Concilio mox creati Pontificis, *Alexandri V.*

In prima Sessione Concilii Pisani *A.* 1409. *d.* 26. *Martii*, habita.

Adesdum omnia filii Israël. Determinantibus facere debetis. Jud. c. 20.

Reverendissimi Patres, Christi commilitones, Ecclesiæ defensores & pugiles, quos in unum ad hanc sanctam synodum & generale concilium Spiritus S. gratia congregavit,

Cum Vestra quotidiana instantia sit & esse debeat omnium Ecclesiarum sollicitudo, (*De Postul. Prael. c. Bone t. ubi textum & glossa.*) & canonice repræsentatis universalem catholicam Ecclesiam: Qui tanquam spirituales & spretatis universalem catholicam Ecclesiam: Qui tanquam spirituales & spretatis filii, compassione debita, cernitis piæ matris statum flebilem, vilipendium & contemptum, ex *cæca ambitione istorum duorum contendentium de papatu*, ipsam omni arte, fraude & exquisita malitia tenentium in tam longa divisione diuturnoque schismate, qui ipsum pestiferum schisma nutricantes pertinaciter in perpetuum propagare moliuntur: *Quid adesse, decernite quid facere debeatis.* Quia nunquam tantum nefas & tam grande piaculum factum est in Israel. Ubi thema.

Attendite igitur vobis & universo gregi, in quo Spiritus S. vos posuit, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. *Act.* 20.

Videtis enim, *Patres Reverendissimi*, quod *status Ecclesiasticus ubique confunditur*. Videtis *infinita pericula animarum* & corporum, *corruptionem morum, depressionem bonorum, exaltationem vitiorum & reprobatorum*. Videtis gravissimas persecutiones sanctæ Ro. Ecclesiæ, matris omnium & magistræ. Temporalia prodigaliter dispergunturs, patrimonium alienatur & perditur. Et quod omnibus Christianis lugubre est audire & lugubrius cernere, ipsa caput mundi Roma, beati Petri sedes, tot Apostolorum, martyrum

Et quia adestis omnes filii Israel, decernite quid facere debeatis, ut exoptatam *unionem* de proximo *in Dei Ecclesia* videre possimus. Quam nobis concedat Deus, qui vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Secunda Sessio Generalis.

Die Mercurii, XXVII. Martii.

Ex MSC. Vindobonensi.

Die Mercurii, XXVII dicti mensis Martii, convenientibus omnibus Dominis Cardinalibus & aliis Prælatis *in* prædicta *Ecclesia Cathedrali*, fuit celebrata missa solennis per *Archi-Episcopum Pisanum*, ut motis est.

Qua finita, omnes Domini Cardinales & alii Prælati induerunt suppellicia, pluvialia & mitras.

Et omnibus in locis suis stantibus, *cantori* inceperunt cantare quandam antiphonam.

Qua finita, unus presbyter, vestitus in habitu diaconi, dixit alta voce: *Oremus.* Et tunc *omnes prostraverunt* se, & depositis mitris prolixius oraverunt.

Tunc Dominus *Cardinalis Neapolitanus*, qui stabat prostratus ante altare super cathedram, surrexit, & dixit: *Oremus*, Et quandam orationem &c.

Qua finita, diaconus & subdiaconus inceperunt *litaniam*, ut supra factum fuit, scilicet die Martis.

Qua finita, idem Dominus *Cardinalis Neapolitanus* surrexit, & *dixit* quandam *orationem*, ut supra dictum est. Qua finita, diaconus dixit: *Erigite vos.* Tunc Dominus *Cardinalis de Brancatis Diaconus*, paratus in habitu diaconi, ut moris est, *dixit Evangelium; Dedignavit Jesus.* &c.

Quo facto, omnibus stantibus, flexis genubus & depositis mitris, idem Dominus *Cardinalis Neapolitanus* incepit hymnum: *Veni Creator Spiritus.* &c.

Quo finito, Dominus *Cardinalis Neapolitanus* surrexit, & duo Acoluti dixerunt unum versum *de Sancto Spiritu.* Quo responso per cantores, idem Dominus *Cardinalis* dixit: *Oremus: Deus, qui corda &c.* & quandam aliam.

Quibus finitis, *diaconus* dixit alta voce: *Erigite vos.* Tunc omnes surrexerunt, & repositis mitris *sederunt in locis suis.*

Quo facto, Advocatus ascendit cathedram, & *petit declarari* per sacrum concilium *duos contendentes de papatu contumaces*, una cum Cardinalibus supra dictis cum eis residentibus. *Nova accusatio contumacia illorum duorum Pontificum.*

Tunc Dominus *Penestrinus* allocutus est concilium, quid videretur utilius &c. Videlicet, quod *accusaretur contumacia* ipsorum Dominorum contendentium statim & dictorum Cardinalium?

Vel accusaretur *solum* contumacia *ipsorum duorum* statim? Et *Cardinales* expectarentur usque ad diem Sabbathi proximum?

Vel, quod omnes, tam *duo contendentes*, quam *Cardinales* simul *expectarentur*, usq; ad diem Sabbathi proximum? Super quo habitis & redactis in scriptis *opinionibus* tam Dominorū *Cardinalium* quam omnium aliorum *Prælatorum Generalium ordinum, Ambassiatorum & electorum*, fuerunt repertæ diversæ. Nam *alii* dicebant, quod *statim* duo contendentes reputarentur contumaces, & Cardinales expectarentur usque ad diem Sabbathi. *Alii* quod omnes simul *statim* contumaces reputarentur; Alii, quod omnes simul expectarentur ad diem Sabbathi. *Dissensus Concilii. Unum de quodlibet narione contumacium.*

Tamen fuit ordinatum per Concilium, quod *duo Cardinales diaconi & quatuor Archi-Episcopi* irent ad valvas Ecclesiæ cum procuratoribus & notariis ad inquirendum, ut supra dictum est.

Qui redeuntes retulerunt ut supra.

Et quia *opiniones* fuerunt *diversæ*, ordinavit concilium, quod omnes Domini Cardinales & Prælati, & alii Ambassiatores essent simul *in crastinum* in Ecclesia Sancti Martini, *deliberaturi* inter ipsos super certis punctis juris &c. tangentibus concilium &c.

Et suis *assignata alia sessio* pro concilio ad diem Sabbathi proxime sequentis.

Ex MSC. Wolffenbuttelensi.

Qua die adveniente, celebrata Missa, & servatis solemnitatibus ut supra, dicti *contendentes* fuerunt *evocati ad valvas Ecclesiæ*, modo quo supra, in media sessione.

Et quia non *comparuerunt*, nec aliquis pro ipsis: Fuit, ut supra, *contumacia accusata.*

Nihilominus concilium sacrum iterum de benignitate duxit *eos expectandos* usque *ad penultimam diem dicti mensis Martii.*

Ad quam diem ordinavit *proximam sessionem.*

Qua die, videlicet 30. *Martii* adveniente, fuit processum, ut sequitur.

Sessio Specialis.

die Jovis XXVIII. *Martii.*

Ex MSC. Vindobon.

Die Jovis mane fuerunt in dicta Ecclesia Sancti Martini, & tenuerunt consilium eorum in revestiario ipsius Ecclesiæ &c.

Tertia Sessio Generalis

Die Sabbathi, XXX. *Martii.*

Ex MSC. Vindobon.

COnvenerunt omnes *in* prædicta *Ecclesia cathedrali.* Et fuit missa celebrata solennis, quam fecit Dominus Clemens VII. bonæ Mem. pro schismate sedando &c.

Qua finita, omnibus Cardinalibus & Prælatis indutis pluviali & mitra, desumpta in aliis sessionibus, *cantare* incepérunt antiphonam supradictam, videlicet: *Exaudi Domine* &c.

Qua finita, *diaconus* vestitus habitu decenti dixit: *Orate.* Tunc omnes mitris depositis *prostraverunt se*, orantes &c.

Tunc Dominus *Albanensis* fecit per omnia, sicut supra scriptum est de Dominis Ostiensi & Neapolitano Cardinalibus. Et fuerunt lectæ *litaniæ*, & omnia observata ut supra.

Fit Oddo de Columna in Concilio Const. factus Papa.

Dominus *Cardinalis de Columna dixit Evangelium*, sicut fecerunt in aliis diebus, in quibus fuit sessio, Domini de Salutiis, & de Brancacius, Diaconi Cardinales.

Quo officio finito, *Advocatus*, videlicet Dominus *Simeon de Perusio*, ascendit cathedram, & incepit unam *arengam.*

Nova accusatio contumaciæ.

In fine cujus petiit, quod *duo contendentes de papatu per concilium reputarentur contumaces*, cum jam *per quinque dies* fuissent *expectati.* Et ad idem requisivit de consilium eorum & unionis Ecclesiasticæ *contumacia fuisse sententia. reputatos* &c.

Cardinalibus eis adhærentibus superius nominatis.

Tunc de mandato concilii supradicti *duo* Domini *Cardinales*, Sancti Angeli, cum *Archiepiscopis, procuratoribus & notariis*, iverunt ad valvas Ecclesiæ, & inquisiverunt, & retulerunt, & alia fecerunt, ut supra in aliis diebus sessionis dictum est.

Tunc fuerunt *singulæ vota omnium* in concilio sedentium. Quibus in unum congregatis fuerunt omnes reperti ejusdem voluntatis; Videlicet, quod *duo contendentes de papatu* fuerint per omnes reputati & declarati *contumaces.*

Consensus de condemnandis Pontificibus ex contumacia. Cardinalium condemnatio dilata.

De *Cardinalibus* vero, quod *expectentur*, de misericordia & benignitate concilii, usque ad proximam sessionem. Quæ assignata est de consensu & voluntate totius concilii, propter festas Paschæ, ad *diem lunæ proximum post Dominicam de QUASIMODO*, quæ erit *die XVI. Aprilis.*

Publicata condemnatio.

Et de omnibus præmissis fuerunt positæ *schedulæ* ex parte concilii *in valvis Ecclesiarum.* Per quas *notificabatur* universis, *duos de papatu contendentes* per *nationis* concilium super facto fidei Christianæ *Papalis* & unionis Ecclesiasticæ *contumacia fuisse sententia.*

Ex

Ex MSCto Wolffenbuttelensi.

Declaratio, & decretum latum *contra duos contendentes de Papatu*, ob contumaciam ipsorum in causa fidei & schismatis.

Contumacia prolata ex ore domini Penestrini, sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis, Pictavientis vulgariter nuncupati, ex commissione totius concilii, & assensu. *Universis & singulis sacra mandante Synodo tenore præsentium intimatur, quod hac die Sabbati, penultima hujus mensis Martii, in ecclesia Cathedrali Pisana, celebratâ devote & solenniter Missa, pro unione Sacrosanctæ ecclesiæ ord nata, dictis in cantu Litaniis & devotis Orationibus; ac expletis aliis festalibus consuetis: Auditis quibusdam propositionibus dominorum, advocatorum & procuratorum sacrosanctæ romanæ ecclesiæ, iniquis de papatu contendentium assibus lacessita, proh dolor! immo diutissime lacerata: Per quas recenseum quod, attentâ contumaciâ ipsa scriptorum de papatu contendentium proxime lapsorum, in processu hujus causa descriptâ, petitum extitit, eosdem contendentes, illam Cardinalatus eis adhærentes, & alios ad hujusmodi concilium legitime vocatos reputari, decerni & declarari contumaces: Jamdis, & nunc tertio prorogata seu continuata dicta instantia qua contendentes ipsi, & Cardinales eisdem adhærentes, cæteris, vocati comparere tenentur, vacuata, legitimi.*

Tandem ipsa dic, continuatâ contumaciâ prædictorum contendentium, & petito, eos contumaces reputari, decerni & declarari, ipsa sancta Synodus, seu hoc sacrum Generale concilium antedictum, prætactis contendentibus, & aliis legitime (ut ex processu constat) ad valvas ecclesiæ vocatis, aliisque servatis servandis, unanimi consensu vocatorum supra dictorum contendentium & aliorum contumaciam reputavit, decrevit & declaravit, per organum dicti domini Cardinalis Pictavensis, ut in schedula continebatur, cujus tenor sequitur sub his verbis:

Sancta Synodus, seu hoc sacrum & Generale concilium, dominos Petrum de Luna, Benedictum XIII. se Angelum Carario Gregorium XII. nuncupatos, de Papatu contendentis, & quemlibet eorum ejusque ecclesiam Dei notorie in schismate tenentes, legitimis requisitis, vocatos, & proclamatos in causa schismatis & fidei, ad hoc præsens sacrum & generale concilium & omnia in eo agenda non venientes, seu legitime non comparentes, per se, vel per alios, nec termino statuto satisfacientes, licet expectatis post terminum per duas sessiones, reputat, decernit, & declarat in causa fidei & schismatis. Postea, in contumaciæ & defectus, & ardenter in eorum contumaciam ad ulteriora debere procedi & procedendum fore; Ordinans sessionem aliam fieri die Lunæ post dominicam in Albis, quæ erit XV. diem mensis Aprilis. Ad quam diem ordinat præsens sacrum concilium, dominum Cardinalem Tudertinum domino Gregorio adhærentem, & dominos, Johannem, Sabinensem episcopos, sancti Adriani, & sanctæ Mariæ in via lata, de Flisco & de Challant, prædictos nuncupatos, sanctæ romanæ ecclesiæ Cardinales, dominos Benedictum [illegible] ejusdem ecclesiæ Cardinales, [illegible] charitate expellandos fore, cum intimatione, quod si prædicti dux conte [illegible] ipsi Domini Cardinales non comparuerint in dicto termino, ad ulteriora [illegible] eorum contumacia non obstante.

Ordinavit nihilominus, [illegible] dictationem in valvis præsentis Ecclesiæ Cathedralis affigi publice, ut de præmissis veritatem valeant ignorantiam allegare.

LEONHARDI ARETINI, Secretarii Papalis in Concilio præsentis, ad ROBERTUM RUFFUM Epistola de fatis Concilii.

Ex MSC. Epistolarum Codice amiquissimo Wolffenb.

AD III. Non. Aprilis cum Pisas venissem, obediens Patribus, qui per crebras literas vocarant, offendi rem concilii opinione meliorem. Ita frequens jam multitudo colvit, & qvidem excellentissimorum hominum. Tamqve indies singu-

Condemnatio Papæ confirmata.

Tunc Advocatus ſeu *promotor Concilii* aſcendit cathedram, & *petiit contumaciam contendentium de papatu aggravari, & Cardinales reputari contumaces.*

Tunc *duo* Domini *diaconi Cardinales* cum *quatuor Archiepiſcopis* & aliis *notariis* &c. de mandato Concilii acceſſerunt ad valvas Eccleſiæ, & interrogantes inquiſiverunt, & cætera fecerunt, ſicut in aliis ſeſſionibus.

Quibus non repertis retulerunt concilio per organum Domini *Cardinalis Sancti Angeli* de collegio Avinionenſi.

Cardinalis accuſati contumacia.

Quo audito, ad inſtantiam procuratoris ſeu promotoris, fuit per concilium contra dictos contendentes *aggravata contumacia, & Cardinales* de gratia *expectati* usque ad aliam ſeſſionem.

Dilata Cardinalium condemnatio.

Quæ fuit *prorogata* & aſſignata de conſenſu ſanctæ ſynodi ad diem Mercurii xxv. hujus menſis Aprilis.

Seſſio Specialis.

Die Martis, XVI. Aprilis.

Ex MSC. Vindobon.

Conradus de Suſato, impugnavit condemnationi Papalem in Concilio factam.

ET in craſtinum, videlicet Martis xvi. aliquibus Dominis Cardinalibus exiſtentibus in concilio, in Sancto Martino: Quidam Magiſter, *Conradus de Suſato, Sacræ Theologiæ Profeſſor*, præſentavit eisdem Dominis Cardinalibus quandam cedulam, dubia prædicta, ſeu rationes erroneas & hæreticas continentem. Cujus principium tale erat: *Reverendiſſimi Patres & excellentiſſimi Domini, Sereniſſimi Principes, nec non procuratores ſeu poteſtates eorum* &c. De quibus omnibus recepérunt copiam per publicum inſtrumentum collationatam cum originalibus de verbo ad verbum, teſtibus præſentibus.

Quinta Seſſio Generalis.

Die Mercurii, XXV. Aprilis.

Ex MSC. Vindobonenſi.

OMnibus in prædicto loco exiſtentibus, fuit *miſſa* per unum Prælatum ſolenniter celebrata. Et poſt miſſam ſuffragia dicta, ut in aliis ſeſſionibus.

Dominus *Januenſis* dixit orationes & *Veni Creator* &c. Dominus *Barrenſis Diaconus Cardinalis* dixit Evangelium. Et fuerunt *litaniæ* dictæ &c.

Quibus ſic celebratis, facta fuit *allocutio* per Dominum *Peneſtrinum*. In qua narravit, quomodo *duo contendentes* fuerunt contumaces reputati, & poſtmodum in præcedentibus ſeſſionibus *eorum contumacia aggravata*: Sed videbatur ſibi, bonum eſſe, quod de conſenſu totius concilii mitterentur duo Domini Diaconi Cardinales, Archiepiſcopi, & alii officiarii ad valvas Eccleſiæ, ad inquirendum &c. & poſtea referrent, prout & quemadmodum in aliis ſeſſionibus fuit factum.

Et quia clare ab omnibus propter diſtantiam audiri non potuit, fuit illud idem per advocatum in publica cathedra alta & intelligibili voce replicatum. Quod omnibus placuit.

Tunc enim ſurrexerunt dicti duo Domini *Diaconi Cardinales*, *Archiepiſcopi*, & cæteri *concilii promotores & officiarii*, & ad valvas Baſilicæ accedentes inquiſiverunt, petierunt, & proclamaverunt, lingua materna & latina, prout & quemadmodum fecerunt in præcedentibus ſeſſionibus.

Quibus contendentibus, nec aliquo pro eisdem repertis, ipſi duo Domini Cardinales, Archiepiſcopi, & alii ad loca ſua *redierunt*, & omnia ſeriatim per organum Domini Cardinalis ſancti Angeli collegii Avinionenſis concilio *retulerunt*. Quod conſiderans *pertinaciam ipſorum contendentium* minime comparentium, inſtantibus promotoribus concilii, *eorum contumaciam iterum aggravarunt*. Benigne & gratioſe cum Dominis *Cardinalibus* procedendo, ipſos *expectando* uſq; ad aliam ſeſſionem proximam.

Quo facto, quidam Dominus *Floria-*

nus, Doctor Bononiensis, ascendit cathedram, & proposuit coram sancta synodo, quod *promotores* per concilium deputati habeant aliqui proponere & dicere pro *extirpatione schismatis* &c. quos audirent, si placeret. Ad quod omnes assensum præbuerunt. Tunc *Magister Angelus, unus de Secretariis concilii*, incepit legere unum *Rotulum* longitudinis sex quaternarum & ultra. In quo continebatur *introductio schismatis*, & vita, collusiones notoriæ, & cetera duorum contendentium, cujus principium incipiebat: *In nomine Domini Amen. Coram hac sancta & universali synodo, hic præsentaliter Spiritus Sancti gratia congregata, pro parte procuratoris infrascripti, seu procuratoris deputati ad causam prosequendam pro extirpatione hujus detestandi & investerati schismatis, & unionis & reintegratione sanctæ matris Ecclesiæ, contra & adversus Dominos Petrum de Luna, a nonnullis Benedictum XIII. appellatum, & Angelum Corarium, ab aliis vocatum Gregorium XII. de Papatu damnabiliter & temerarie contra omne fas contendentes; & quantum in eis est, Ecclesiam dividentes, ad hanc præsentem synodum legitime vocatos, & per eandem contumaces reputatos, & quemlibet eorum, proponitur, & pro plena informatione omnium in hac præsenti synodo residentium subjungitur plena narratio omnium & quorumcunque gestorum per quemlibet prædictorum duorum contendentium, sub forma infra scripta. Et ut ab exordio schismatis vera & notoria describatur narratio, deputati, ad facta infra scripta colligenda & cantasi, dant & exhibent hinc sancto concilio, qua in sequentibus describuntur tanquam vera, manifesta & notoria &c. Imprimis quod anno &c.*

Postea legit *totum factum*, a prima die schismatis usque ad diem præsentem. Quod duravit ultra unam horam cum dimidia. In fine cujus dixit, prout in inferioribus describitur.

Quare pro parte dicti procuratoris, promotoris seu solicitatoris petitur, postulatur, & requiritur. Per hanc sanctam & universalem synodum, & ejusdem sententiam, decerni & pronunciari, primo, unionem & conjunctionem factam de duobus collegiis in unicum collegium fuisse & esse legitimam, & canonicam, ipsamq; autoritate præfatæ synodi roborari pro bono tam sancti & pii negotii, ac eadem & rationibi eam declarari pro bono & evidenti necessitate sanctissimæ sentionis, ac etiam hanc sanctam synodum per Dominos Cardinales utriusque collegii, ad tantum bonum simul legitime unitos & congregatos rite & debite convocatam & etiam congregatam, & tempore congressus, in loco tuto, habili & idoneo, secure & libere, & ad eam velut representantem unicersalem Dei Ecclesiam cognitionem hujus facti tractare ac etiam decisionem scriptam pertinere: Decerni etiam & declarari, omnia & singula superius exarata fuisse & esse notoria, & super eis tanquam notoriis esse procedendum, & ex eisdem memoratis contendentes, & eorum quemlibet ut est populo Christiano denunciari & ostendi debere, omni dignitate & honore, etiam Papali se reddidisse indignos, velut notorios schismaticos, notorios fautores schismatis & nutritores, pertinaces hæreticos, & notorie criminibus, enormibus perjuriis & violatione sua irretitos, Ecclesiam notorie scandalizantes, incorrigibilitate, contumacia & pertinacia evidentibus & manifestis, ipsos, propter præmissa, inquantum ne regnent, vel imperent, seu præsint, a Deo & sacris canonibus fore abjectos & privatos, ac ab Ecclesia pretiosa suis ligatos peccatis, & nihilominus simul denuo privari, abjici, & præcidi. Et insuper eisdem & cuilibet eorum inhiberi, ne aliquis eorum pro summo Pontifice gerere se præsumat: Omnes & quoscunque Christifideles ab obedientia, non obstante quocunque fidelitatis juramento, aut alio vinculo astrictos, perpetuo absolutos declarari: Inhibendo etiam cunctis Christi fidelibus, ne dictis contendentibus seu eorum alteri tanquam Papæ seu summo Pontifici obediant spaziant, vel intercedant, nec consilium vel auxilium vel favorem præstent, aut eos recipiant, vel recipientes, sub pœnis excommunicationis, & aliis a sanctis Patribus, & canonibus statutis, promulgatis, & ordinatis. Et si comparere contemserint, ordinatione sententia hujus sacri concilii decernendum fore, & decerni, ipsos, & eorum fautores, defensores & adhærentes etiam per potestates seculares compescendos fore, & compescendos juxta sacrorum canonum dispositiones, & divina mandata. Et pari etiam modo petitur, postulatur & requiritur,

decer-

decerni & declarari, omnes & singulos processus ac sententias, per dictos contendentes, & eorum quemlibet factos, latos & fulminatos, ac promotiones ordinum, dignitatum, beneficiorum & officiorum ac graduum quorumcunque, & qualitercunque & quomodocunque nuncupentur, seu nominentur, contra Dominos Cardinales, & eis adhærentes, ac eos sequentes, ac etiam contra Dominos Reges & Principes, Prælatos & alios Ecclesiasticos & seculares, cujuscunque conditionis & status, & etiam contra universitates, Parisienses & Bononienses, & alias universitates, seu communitates, ac singulares personas, cum hac omnia in odium pacificationis unionis & impedimentum ejusdem apparent esse facta, fuisse & esse nulla, cassa & irrita, ac nullius vigoris vel momenti, & quatenus de facto processerunt, annullandos, cassandos, & irritandos, ac annullari, cassari, & irritari debere: Et nihilominus etiam promotiones, vel potius profanationes, Cardinalium, velut impedimentum unionis attentatas, & quæcunque alia quomodocunque vel qualitercunque per eos, vel eorum alterum gesta vel facta, sub colore Pontificalis officii in impedimentum unionis, fuisse & esse nulla, cassa, irrita & inania, & quatenus de facto processerunt, annullari, cassari & irritari per hanc sanctam & universalem synodum debere: Et consecutive omnes sententias excommunicationis, suspensionis, inhabilitationis, vel alterius alterius generis, vel eorum aliquem latas in adhærentes, neutrales, seu eis obedientiam subtrahentes, autoritate præsentis concilii nullas declarari, & insuper omnem supplevi defectum, si quis forsan intervenerit in præsenti processu ex solemnitate juris omissa: Et præmissa omnia & singula dictus procurator seu promotor dat, exhibet, omni meliori modo, via, causa & forma, quibus potest & debet, salvo jure sibi corrigendi, addendi, detrahendi &c. Et nihilominus in omnibus provideri, prout & sicut aliis præfatæ synodo justum & æquum videbitur, & necessum fuerit & opportunum. Et ad hæc mandat melius haberi familiam synodum, si prædicta omnia omnibus notoria non existant, licet omnia & singula prædicta sint vera, manifesta & notoria, ita, quod aliqualiter diversationem clarè non pateant, nec indigeant clamore alicujus accusatoris: Tamen procurator seu promotor præfatus dat, exhibet & producit articulos præsentes, & contenta in eisdem narrative & dispositive, & de qualibet, ac conjunctim & divisim, & in quantum videatur huic sanctæ & universali synodo, offert se probaturum in eis contenta, vel ad ea, quæ ei sufficient, seu sufficere videbuntur, ad suum propositum consequendum, intento vel in parte, & non aliter, nec alio modo, de quo solemniter protestatur, petitum benignum ancillum humiliter implorando.

Post quod quidam Magister, procurator seu *promotor concilii*, ut præexit, & de omnibus & singulis suprædictis petiit fieri publica instrumenta per notarios concilii, nomine suo, & omnium aliorum compromotorum suorum, seu compro curatorum.

Rursum *Magister Anglus*, superius nominatus, legit quandam *schedulam*, in qua continebatur, quod de mandato & consensu totius concilii prorogabatur seu *assignabatur alia sessio* ad diem Martis, ultimam hujus mensis Aprilis.

Et tunc per concilium nominabuntur certi notabiles, & magnæ autoritatis, ac Deum timentes viri, ad recipiendas informationes de articulis, narrative & dispositive per promotorem concilii supra datis &c.

Item respondebitur ad ea, quæ nuncii Domini *Ruperti* ultimo *in Regem Romanorum electi*, proposuerunt publice in concilio in alia sessione, videlicet die Lunæ, xv. Aprilis proxime præterito.

Et sic fuit finis pro illa sessione.

Ex MSCto Wolfenbuttel.

Qua *die Mercurii XXV. mensis Aprilis* adveniente, Missa & solemnitabus servatis, fuit *accensata contumacia* dictorum contendentium, ut supra.

Fecitque Promotor seu procurator ecclesiæ universalis proponi certos *articulos contra ambos contendentes*, concludendo thema ad propositum unionis & contra dictos contendentes. Et requirebat, quod darentur Commissarii, licet perpetrata essent notoria, pro informatione pleniori.

Tunc fuit *dies assignata* ad hoc pro *alia sessione*, scilicet ad *Martis ultimam d. Aprilis*.

Digitized by Google

Sexta Sessio Generalis

Die Martis, ultima Aprilis.

Ex MSCto Vindobonensi.

DIe Martis, *ultima Aprilis*, superius pro sessione assignata, Dominis Cardinalibus, Prælatis & aliis, in loco sessionis stantibus, celebrata *missa* per unum Prælatum, indutis Dominis Cardinalibus & aliis Prælatis ornamentis suis, dictis *orationibus*, & *Veni Creator*, per Dominum *Penestrinum*, dictis *litaniis*, dicto *Evangelio* per Dominum *de Salucciis*, & aliis omnibus solenniter peractis, prout & quemadmodum factum fuit in aliis sessionibus præcedentibus: Quidam *Episcopus, Sarisberiensis, Ambasiator Regis Angliæ*, qui sedebat primus in scamno Prælatorum situato ad partem sinistram Dominorum Cardinalium, statim, licentia à Dominis Cardinalibus nec à concilio generali minime petita, Cathedram cum mitra & pluviali ascendit, & sermonem seu *harengam pulcherrimam* super materia unionis fecit, excitando Dominos, &c. Cujus thema fuit: *Judicium & justitia præparatio sedis tuæ.* Quod notabiliter deduxit &c.

Episcopi Sarisberiensis Oratio ad Concilium pro scbismate extirpando.

In fine cujus dixit, quod ipse & coambasiatores sui habebant potestatem, & procuratorium sufficiens *a Serenissimo Principe Rege Angliæ* &c. toto clero, & etiam ab aliis secularibus & laicis totius regni Angliæ, ad comparendum, consentiendum & concordandum &c. in omnibus & singulis determinationibus, conclusionibus & aliis omnibus, veram unionem Ecclesiæ concernentibus & tangentibus &c.

Rursus Dominus *Simeon*, *advocatus concilii*, ascendit cathedram, & legit in quadam schedula omnia, quæ erant ordinata fienda in ista sessione. Videlicet, quod debebant *nominari* per concilium notabiles homines ad examinandum articulos, datos in alia sessione per promotorem concilii, factum notorum duorum contendentium continentes.

Item quod debebatur *respondere* ad illa, quæ proposuerant, & dederant in scripto *nuncii Regis Ruperti*, in sessione, quæ fuit die lunæ xv præsentis mensis Aprilis. Et quia hora erat tarda propter propositionem factam per Ambasiatorem Domini Regis Angliæ, qui noviter supervenerat, & oportebat etiam, quod ipsi pro parte eorum, postquam supervenerant, eligerent aliquos de suis ad prædicta examinanda: Fuit assignata, seu *prorogata sessio*, ad diem sabbathi proximam, quæ erat *quarta diemensis Maji*, ad omnia supradicta adimplenda &c.

Et sic fuit finis pro illa die.

Nota, quod *Patriarcha Alexandriæ*, qui fuit præsens in ista sessione, & in præcedenti, stetit, dum missa celebrabatur, cum Prælatis post Dominum Camerarium, qui erat primus, sed in sessione concilii sedit semper post primum Cardinalem, cum mitra.

Ex MSC. Wolffenb.

Qua adveniente, comparuerunt *Anglici*. Et proposuit *Episcopus Salisberiensis* solenniter, dicens pro themate: *Justitia & judicium est præparatio sedis tuæ.* Concludens, quod habebat à Rege & regno Angliæ potestatem magnam ad omnia necessaria in hoc sacro Concilio rationabiliter tractanda.

Et postmodum fuit *dies assignata* pro *alia sessione*, *ad diem Sabbati, quartam mensis Maji* proxime futuram.

Septi-

Septima Sessio Generalis

Die Sabbathi, quarta Maji,

Ex MSC. Vindobonensi.

Die Sabbathi prædicta adveniente, &c. fuit *missa* celebrata per Episcopum Ebroicensem. Post missam dicta *suffragia*, ut in aliis, videlicet, *orationes* per Dominum *Albanensem*, & *Evangelium* per Dominum *Cardinalem de Brancatiis*, *litania* per diaconum & subdiaconum, existentes superius in pulpito, ubi stare consueverunt cantores, quod nondum fuerat factum.

Petrus de Ancorano respondit ad excepciones Imperatoris Ruperti impugnantis conde-mnationē concilii.

Quibus sic factis, omnibus sedentibus in locis ordinatis, Dominus *Petrus de Ancorano*, *Doctor Bononiensis*, ad cathedram accedens respondit dubiis motis per Ambasiatores Domini Ruperti, ultimo in Regem Romanorum electi, de quibus fuit facta mentio.

Item facta responsione prædicta notabili per prædictum Dominum *Petrum*, Dominus *Simeon de Perusio*, *advocatus Pontificii*, & legit in schedula alia, quæ tunc erant fienda. Videlicet, quod *eligerentur* notabiles &c. ad recipiendum informationes, depositiones testium, instrumenta & documenta &c. super articulo & facto datis per Promotores seu Procuratores per concilium deputatos die Mercurii xxv. Aprilis, qua die fuit quinta sessio concilii.

Item quod *nominarentur* aliqui ex Dominis Cardinalibus & Prælatis, qui irent ad Dominum *Ladislaum*, à nonnullis *Regem Siciliæ* appellatum, ad requirendum, ut ipse velit desistere ab inquietatione & conturbatione concilii, &c.

De quibus Promotor seu Procurator prædictus petiit de prædictis ad perpetuam rei memoriam per notarios concilii & secretarios fieri publica instrumenta.

Rursum quidam *Magister Anglus*, *Notarius & Secretarius concilii*, existens in prædicta cathedra, legit in quadam schedula certos de omnibus provinciis seu nationibus ad prædicta examinanda, & informationes recipiendas &c. Et dixit alta voce, quod quilibet diceret, utrum placerent nominati ad prædicta examinanda &c.

Super quo fuerunt scrutata vota omnium in concilio sedentium per notarios, testibus præsentibus, sigillatim. Quod nullo contradicente omnibus placuit &c. De quo fuerunt facta publica instrumenta.

Item *Magister Simeon* prædictus iterum cathedram ascendit, & dixit, quod Domini Cardinales pro parte eorum ad prædicta informationes recipiendas nominabant Dominos *Neapolitanum & Sancti Angeli*, antiquos *Cardinales*.

Nullus tamen mittendus ad prædictum Dominum Ladislaum pro tunc fuit nominatus: Sed pro illa sessione fuit finis.

Fuit tamen assignata alia sessio, & indicta per organum dicti *Magistri Simeonis de Perusio*, consensu concilii, ad diem Veneris proxime futuram, quæ erat decima dies hujus mensis Maji.

Ex MSCto Wolffenb.

Dicta *die Sabbathi* adveniente, servatis ceremoniis solennibus præmissis, quidam *Doctor solennis Bononiensis*, *Petrus de Anchorano* dictus, solenniter *respondit ad proposita per Ambasiatores Ruperti de Bavaria*, licet absentes, & satis expectatos: Ostendendo clare, quod proposita per eos erant manifeste frivola, & nullius efficaciæ, fundando clare intentionem concilii, & quod tendebant ad impedimentum sanctæ unionis.

Et postmodum fuerunt dati per concilium *Commissarii*, & nominati pro *examinando recta* super propositis per promotorem seu procuratorem concilii,

& ad recipiendum instrumenta & probationes &c. etiam in absentia & contumacia dictorum contendentium.

Et ista die *Episcopus Ebroicensis* celebravit missam in majori ecclesia in præsentia Concilii. Et fuit ordinatum, quod aliqui eligerentur *pro eundo ad regem Ladislaum*, mitigando eum, &c.

Fuitque *dies assignata* ad *diem Veneris* proximam, scilicet *decimam diem Mensis Maji* prædicti, pro *alia sessione*.

Octava Sessio Generalis

Die Veneris, x. Maji.

Ex MSC. Vindob.

QVa die Veneris, superius assignata, fuit *missa* celebrata per *Episcopum Mass. orationis & Veni Sancte Spiritus* &c. & alia *suffragia* post missam dicti consueta dixit Dominus *Ostiensis*, Evangelium Dominus *Barrensis* diaconus Cardinalis, *litaniam* diaconus & subdiaconus, qui in missa serviverunt, & fuerunt aliæ solennitates observatæ, prout in aliis sessionibus.

Quo facto, dixit unus notarius ex parte totius concilii, quod omnes, qui non haberent vocem in concilio, irent extra Ecclesiam, exceptis Doctoribus, Magistris in Theologia, & servitoribus de mitra Dominorum Cardinalium.

Tunc omnes vocem non habentes &c. exiverunt. Et Magister *Simeon, advocatus*, ascendit cathedram, & dixit, quod terminus erat assignatus ad audiendum depositiones testium super articulis, datis per promotorem seu procuratorem concilii, factum duorum de papatu contendentium continentibus.

Sed quia terminus nimis brevis, & etiam propter duo festa, quæ occurrebant in medio, non potuerunt testes examinari, ideo hoc omittebatur usque ad aliam sessionem proxime assignandam.

Sed ex parte dicti procuratoris seu promotoris petebatur, prout alias petitum fuit in collatione articulorum datorum superius die Mercurii xxv. Aprilis, per sanctam synodum declarari & decerni prout in sequentibus continetur.

Primò, *unionem duorum collegiorum* sanctam fuisse & esse legitimam, canonicam, rationabilem, & necessariam pro tam sancto opere consequendo. *Decreta Concilii de unitate Concilii.*

Item, hanc sanctam *synodum* esse *debite*, juste & sancte per ipsum collegium sic unitum *congregatam*.

Item, congruo tempore dictam *vocationem* esse factam, & in loco tuto, ideneo & habili.

Item, *ad* ipsam sanctam *synodum* velut repræsentantem universalem Ecclesiam, cognitionem hujus cause, *extirpationem schismatis*, ac etiam decisionem *pertinere*.

De qua petitione ipse procurator in cathedra cum advocato existens petiit, per notarium ad perpetuam rei memoriam fieri publica instrumenta.

Posthæc fuerunt vota sedentium in synodo per notarios super præmissis petitionibus scrutata. Et *placuit omnibus*, & omnes consenserunt.

Rursum idem *advocatus* ascendit cathedram, & dixit, quod per promotores seu procuratores per concilium electos petebatur, per hanc sanctam & generalem synodum pronunciari & declarari, Dominis *Benedicto & Gregorio* de papatu contendentibus, & cuilibet ipsorum, libere, licite & impune potuisse ac posse & debere, ab eo tempore, quo per ipsos vel alterum ipsorum cessatum fuit à prosecutione unionis per viam mutuæ cessionis, per ipsos & quemliber ipsorum promissæ & juratæ, & etiam per Gregorium voto firmatæ, viam ipsam *cessionis* contrariis verbo vel facto damnabiliter reprobando, papalem *Benedicto & Gregorio obedientia subtracta.*

Digitized by Google

palem *obedientiam subeerabi.* Hoc enim facere tenetur & debet sancta Synodus, præcipiente Domino *Num. XVI. cap. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere de omnibus, quæ sunt apud ipsos, ne simul pereatis cum peccatis eorum.*

Deinde defendit, & fuerunt petitæ voluntates sedentium in concilio. Qui *omnes consenserunt*, demtis Dominis Penestrino, & Albanensi Cardinalibus, qui dixerunt, quod super hoc volebant maturius deliberare. Sed, hoc non obstante, Dominus *Patriarcha Alexandrinus, & Episcopus Sarisburiensis Anglicus*, de voluntate totius concilii, dictis duobus Dominis Cardinalibus exceptis, iverunt ad cathedram, & prædicta per promotores petita *per modum sententiæ* declararunt, & hoc per organum dicti Domini Patriarchæ, dicendo: *Declarat & declarnit hæc sancta & universalis Synodus* &c.

De quibus omnibus promotores seu procuratores per concilium deputati petierunt, ad perpetuam rei memoriam fieri publica instrumenta &c.

Et fuit *alia sessio assignata* ad diem Veneris proximum, quæ erat XVII mensis hujus Maji. Et sic finis.

Ex MSC. Wolffenbuttelensi.

Qua die adveniente, servatis solemnitatibus, & ceremoniis, ut supra, pro parte Procuratoris ecclesiæ universalis fuit requisitum, quatenus concilium sacrum vellet *determinare* & sententiare &c. *unionem duorum Collegiorum factam, fuisse & esse legitime factam*; ac facere unum collegium, ratificare approbare & confirmare: *Convocationemque* facti *concilii per eos factam*, fuisse & esse juridice & *legitime factam*, in loco habili, tuto, & secuto: Ipsamque *congregationem esse* & repræsentare *concilium* universalis ecclesiæ: Ad ipsumque concilium spectare & pertinere cognitionem, definitionem, & decisionem omnimodam causæ unionis ecclesiæ, & schismatis sedandi, contra duos contendentes de Papatu, Ecclesiam Dei detinentes in schismate notorie, cum omnibus pertinentiis emergentibus & connexis.

Et fuit petitum, si *placeret* omnibus. Et cum magna pars respondisset, quod *placebat* quod ita fieret; Duo Episcopi quoad primam conclusionem contradixerunt, videlicet *Sarisberiensis, & Ebroicensis*, dicentes: Quod non poterat fieri unio duorum collegiorum, quamdiu Cardinales Benedicti suî obedirent, prout faciebant, aliis non obedientibus Gregorio XII. sed solum Deo, & ecclesiæ. Quia turpis est pars, quæ non congruit suo universo: Et ita erat necesse quod *domini Cardinales se subtraherent*: Ut esset unio uniformitatis credentium & obedientium, & multitudinis credentium esset cor unum & anima una.

Quibus auditis, fuerunt multa hinc inde proloquuta.

Et tandem procurator prædictus ascendit pulpitum, & requisivit, quod sancta Synodus (attentâ contumaciâ & pertinacia duorum contendentium de papatu in materia schismatis & fidei, & quod notorie ecclesiam Dei detinerent in schismate contra ejus voluntatem, & violenter contra eorum juramenta & vota, ac debitum pastoralis officii, & de eorum manifesta collusione satis constet) vellet & dignaretur pronunciare & declarare, à tempore quo constitit eos non habere vel non habuisse voluntatem uniendi ecclesiam per viam juratam, & pro tanto bono per ecclesiam electam, *quamlibet potuisse & debere recedere ab amborum obedientia*, nec ulterius amplius debere eis obedire.

Et petiit, si hoc *placeret* omnibus. Et responsum fuit jocose, quod *sic*. Excepto quodam *Episcopo Anglico*, & quodam *Alemano*.

Et

Et nihilominus conclusum fuit, prout petebat dictus procurator.

Et postmodum *Patriarcha Alexandrinus* cum *Episcopo Sarisberiensi* ascendit Cathedram, & in scriptis pronunciavit sententiam auctoritate concilii petitioni conformem.

Et de omnibus conclusionibus procurator petiit fieri instrumentum ad perpetuam rei memoriam.

Et fuit *alteria dilatio concessa*, ad examinandum testes, ad octavum diem. Et *sessio* ad eandem diem *assignata* ad procedendum ulterius prout de jure &c.

Nona Sessio Generalis

Die Veneris, XVII. *Maji.*

Ex MSC. Vindobon.

Die Veneris *XVII. Maji*, superius assignata, fuit *missa* celebrata per Episcopum Atrebatensem. Fuerunt post missam dicta & observata alia *suffragia* per Dominum Cardinalem Anicien sem, & Evangelium per Dominum de Columna, litaniæ cantatæ, & omnia adimpleta, prout est fieri consuetum in præcedentibus sessionibus.

Subsequenter quidam Dominus *Robertus, utriusque juris Doctor*, in cathedra legit unam schedulam, in cujus effectum petebatur per promotores concilii, licet fuerit petitum alias in prima sessione, sed iterabatur propter supervenientes: Quod nulli Ecclesiæ, Regi, Principi vel Prælato, aut alteri personæ, cujuscunque status vel præeminentiæ, præjudicet in posterum, si ipse vel eorum nuncii in hoc sacro concilio non fuerint nec sint situati secundum ordinem & dignitatem suam, nec propter hoc in futurum possit aliquis allegare præeminentiam &c.

In quo *omnes consenserunt*. De quo fuerunt petita fieri publica instrumenta per promotores ad perpetuam rei memoriam.

Simili modo Dominus *Simeon de Pennsio advocatus* ascendit cathedram, & legit quandam schedulam. In qua pro parte Promotoris &c. petebatur declarari per sanctam Synodum, prout in schedula inferius Per modum declarationis & sententiæ descripta continetur. De qua petitione fuerunt petita instrumenta, &c.

Deinde fuit quæsitum ab omnibus singillatim per notarios, si placebat, quod fieret, prout in ea per procuratorem petebatur. In quo omnes, nullo excepto, *consenserunt*.

Tunc iterum per ipsos notarios fuit singulariter à singulis quæsitum, si placebat, quod Dominus *Patriarcha* nomine sanctæ, & universalis Synodi *faceret sententiam* de prædictis per procuratorem petitis. Quod omnes voluerunt, & *consensum præbuerunt*. Quare ipse Dominus *Patriarcha* ivit ad pulpitum & legit sententiam, cujus tenor talis est:

Sancta & universalis Synodus hic in Christi nomine congregata, declarat, pronunciat, & decernit, ex justitia & rationabilibus causis à Petro de Luna, qui Benedictus XIII, & Angelo Corario, qui Gregorius XII dicebantur, improbe contendentibus de papatu, & ab ipsorum cujuslibet obedientia licuisse recedere, libere & impune: Videlicet à præfato Benedicto ex eo tempore, quo viam cessionis per eum solenniter juratam realiter professi: & eam effectualiter adimplere damnabiliter præteriisset. Et à præfato Gregorio ex eo tempore quo viam cessionis per eum juratam, & solenni voto promissam & firmatam realiter professi, & efficaciter adimplere damnabiliter præteriisset.

Insuper, eadem sancta Synodus ex causis, quibus supra, pronunciat, statuit, ordinat & decernit, præfatis contendentibus de papatu, aut ipsorum cuilibet, qui canonice vocati & requisiti in præsenti causa schismatica, fore à cunctis Christi fidelibus communionem & obedientiam subtrahendam, &

ex

ex nunc in antea ab omnibus pro subtractis haberi, & ita observandum decernit atque mandat.

Processus autem, & sententias, condemnationes, privationes, inhabilitationes, censuras ac constitutiones quascunque, per easdem contendentes aut ipsorum alterum in prejudicium unionis, vel occasione prosecutionis ejusdem contra subtractos vel impositarum subtrahendis, factas aut imposterum fiendas, hac sancta synodus decernit & declarat, cassos existere, ac nullius roboris vel momenti, & eos cassat & annullat, quatenus de facto processerunt, aut in futurum procederent.

Item eadem sancta synodus in favorem fidei, & pro felicissimo extirpatione, ac lacerata Ecclesia unienda & pacificanda decernit, pronunciat, & declarat, omnes cujuscunque status, etc. etiamsi Cardinalatus, præsulegiana dignitate, quibuscausa præsentis sunt, & esse possunt, judices seu conjunctim seu divisim, esse posse testes, & undique tam testimonia quam sententias fidem esse habendam adhibendam.

Item, cum super diversis articulis & particularitatem articulorum hujus præsenti causæ pertinentium passis testimonium & dictatis aliquibus prælatis; Præfata sancta synodus decernit, pronunciat & declarat, quod Dominus commissarius seu examinatores, ad hoc per sanctam synodum deputati, possint additos articulos declarare, specificare, & in eis addere, detrahere & mutare, ac etiam alios articulos de novo recipere & super eis testes examinare, ac interrogatoria facere, prout utilitati & accelerationi causæ viderint expedire, & insuper etiam extra loca concilii, maxime Florentiam, ad recipiendum & examinandum aliquos testes.

Ex prædictis causa cognita & deliberata, dat, statuit, & decernit tertiam dilationem ad prosequendum & testes producendum, & ad ulteriora procedendum, prout eidem sanctæ synodo videbitur expedire, diem Mercurii proximam, quæ dies est XXII. hujus mensis. Ad quam diem statuit & ordinat proximam sessionem.

Quam schedulam, sic ut præmittitur, de mandato sanctæ synodi per ipsum Dominum Patriarcham lectam & publicatam, tradidit idem Dominus Patriarcha Magistro Petro Garneri, notario per concilium coelecto, præsentibus omnibus &c.

De quibus omnibus, universis & singulis, promotores per concilium deputati petierunt per protonotarios, notarios & cæteros ad perpetuam rei memoriam fieri publica instrumenta.

Et fuit assignata sessio ad diem Mercurii XXII. hujus mensis Maji. Et fuit hinc pro illa sessione.

Ex MSCto Wolffenbuttelensi.

Die Veneris, decima septima prædicti mensis Maji adveniente, celebrata missa, & solennitatibus ac ceremoniis servatis, Procurator Ecclesiæ ascendit pulpitum. Et fecit renovitatem voce per Advocatum, quod subtractio in præcedenti sessione facta, declaretur, quoniam aliqui murmurabant, &c.

Et fuit de consensu omnium in Concilio existentium pronunciatum per os Domini Patriarchæ Alexandrini, licitum se subtrahere ab obedientia Amborum contendentium de Papatu, a tempore, quo &c.

Item, quod ecclesiæ Christi tribus illis temporibus erat obedientia subtrahenda, & ab omnibus pro tali ecclesia habenda. Et ita mandabat Synodus.

Item, revocatæ fuerunt sententiæ latæ per contendentes contra subtrahentes.

Item, ordinatum fuit quod illi, qui erant in concilio judices vel conjudices, poterant esse testes contra contendentes.

Item, quod commissarii possent articulos declarare.

Item, decrevit tertiam dilationem ad producendum testes &c. & ad ulteriora procedendum, prout eidem sanctæ Synodo videbatur expedire, diem Mercurii proximam, quæ erit XXII. prædicti mensis Maji. Ad quam diem statuit & ordinat proximam sessionem. Prout in quadam schedula ibi lecta continebatur, cujus tenor sequitur & est talis.

Sancta & universalis Synodus, hic in Christi nomine congregata, declarat, pronuncia, & de-

& decernit, ex justis & rationabilibus causis: A Petro de Luna, qui Benedictus XIII. & ab Angelo de Corario, qui Gregorius XII. dicebantur, simpliciter contendentibus de papatu, & ab ipsorum, cujuslibet obedientia, licuisse recedere libere & pure. Videl. a cera a prefato Benedicto ex eo tempore, quo viam cessionis per eum solemniter jurat. am realiter prosequi, eamque effectualiter adimplere damnabiliter pretermisit. Et a prefato Gregorio ex eo tempore quo viam cessionis per eum solemniter jurat. am voto promissam & firmam realiter prosequi, & effectualiter adimplere damnabiliter pretermisit.

Insuper sanct. a Synodus ex causis supra pronunciat. s statuit, & ordinat, & decernit, prefatis contendentibus de papatu, ac ipsorum cuilibet, qui canonice requisiti & vocati in presenti causa schismatis & fidei fuerunt declarat. s legitime contumaces, fore a cunctis Christi fidelibus omnimodam obedientiam subtrahendam, & ex nunc in antea ab omnibus subtractam haberi, & ita observandum decernit, pronunciat, atque mandat.

Processus autem & sententias condemnationis, privationis, inhibitionis, & confirmationis quascunque, per eosdem contendentes de Papatu, aut ipsorum alterum in prejudicium prosequutionis unionis contra subtractos & in posterum subtrahendos, factos & in futurum faciendos, hac sancta Synodus decernit & declarat cassos existere, ac nullius roboris vel momenti, & eos cassat & annullat, quatenus de facto processerunt, aut in futurum procedent.

Item, eadem sancta Synodus in futurum fidei & Reformationis extirpationem, ac pro cleris lacerata & vexata & pacificanda decernit, pronunciat & declarat. Omnes cujuscunque status &c. etiam Cardinalatus prefulgent dignitates, qui in causa presenti scismatis politica, seu conjunctiones, similiter esse posse, legitimos testes, eorum, testimonio depositionis fidem esse indubitam adhibendam.

Item, cum propter advertitatem & prolixitatem articulorum in presenti causa productionum posset cessatim examinatio dispendia protelaria, propterea sancta Synodus decernit, pronunciat, & declarat. Quod Domini commissarii, seu examinatores, ad hoc per sanctam Synodum deputati, possint dictos articulos declarare, specificare, ac in eis addere, detrahere, & mutare, ac interrogatoria facere, prout utilitati & accelerationi causa viderint expedire.

Et ex predictis causa cognita & deliberata, ad statuit, & decernit certam dilationem ad probandum & producendam testes, & ad ulteriora procedendum, prout videbit sancta Synodo videbitur expedire, dum Mercurii proximum, que erit dies 22. hujus mensis. Ad quam diem statuit & ordinat proximam sessionem.

Pronunciatum per Patriarcham Alexandrinum die 17. dicti mensis Maji 1409. in sacro Concilio Pisano congregatis.

Decima Sessio Generalis.

Die Mercurii, XXII. Maji.

Ex MSC. Vindobon.

PRædicta die fuit missa celebrata per Archi-Episcopum Turonensem. Post missam vero fecit officium. Post missum fieri, Dominus Penestris consuetum. Et Dominus Sancti Anastasii, Episcopus. Et Cardinalis, dixit Evangelii, Junior, diaconus. Cardinalis dixit litanie &c. angelum. Et fuerunt dicte litanie &c. prout alias fuit factum.

Posthæc Dominus Simeon advocatus dixit, quod Domini commissarii, deputati per concilium ad recipiendum instrumenta informationis & testium examinationis super articulis, superius per promotores concilii contra duos illos contendentes de papatu datis & productis, diligentiam fecerunt, ita, quod omnes articuli legitime fuerunt probati. Quare petebatur pro parte dictorum promo-

Digitized by Google

promotorum seu procuratorum, quod dicti *articuli legerentur* coram sancta synodo singillatim, & depositiones super quolibet articulo distincte.

Item, si placeret sanctæ synodo, hoc faceret Dominus *Archi Episcopus Pisanus*, qui fuit unus de examinatoribus. Sed ante omnia, quia dicti duo contendentes fuerunt legitime citati in valvis Ecclesiæ ad præsentem diem, ad audiendum depositiones testium, petebatur pro parte dictorum promotorum, quod duo Domini Cardinales, duo Prælati, & alii officiarii *irent ad valvas Ecclesiæ*, prout alias fuit factum, ad sciendum, si dicti duo contendentes comparerent, vel alius pro ipsis. Quæ omnia & singula prout petita sunt, sanctæ synodo *placuerunt*.

Deinde de mandato concilii Domini *de Columna & sancti Angeli, Diaconi Cardinales*, cum duobus Archi-Episcopis, notariis & aliis officiariis euntes & requirentes, ut alias fuit factum, & redeuntes ad loca propria retulerunt, neminem reperisse, nec aliquem pro eis. Deque procuratores prædicti petierunt fieri publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Iterata citatio Dentifici.

Item de consensu totius concilii idem Dominus *Archi Episcopus Pisanus* iterum ad pulpitum, & cum eo Magister *Petrus Garnerii*, unus de notariis per concilium electis, qui præsens fuit in examine testium, & unus procurator. Qui, ipsis existentibus super pulpito, petiit, quod idem Dominus Archi Episcopus legeret, prout supra petierat.

Tunc idem Dominus *Archi Episcopus* dixit alta voce, quod, si placeret sanctæ synodo, dictus *Magister Petrus* notarius legeret articulos distincte: Et ipse super quolibet diceret, per quos & quot testes quilibet articulus notorius probaretur, ad finem, quod omnes hoc negotium clarius perpenderent. Quod omnibus *placuit*. Et ita fuit factum.

Nam ipse *Magister Petrus* legit primum articulum, & Dominus *Archi Episcopus* prædictus in fine illius dixit per quos & per quot testes probabatur. Et ita de singulis, & fuit processum usque ad xx. articulum inclusive.

Et quia tarde erat, fuit *assignata alia sessio* ad diem crastinum, ad continuandum articulos usque in finem, prout supra.

Ex MSC. Wolffenbuttelensi.

Die Mercurii ad vesperas, quæ fuit 22. hujus *mensis Maji*, celebrata Missa, & illis quæ ad divinum cultum spectant, Procurator ecclesiæ fecit per advocatum proponi: Quod Domini Cardinales; Laudensis, & sancti Angeli tenor, & alii Prælati & Domini, dati commissarii ad examinandum testes, & recipiendum probationes & instrumenta contra duos improbe contendentes de Papatu, testes audiverant, & inscriptis redigi fecerant per Notarios ordinatos per concilium, aliasque probationes & instrumenta ad causam facientia receperant, erantque parati legitimam facere relationem per unum ex ipsis Prælatis commissariis, videlicet per organum domini Archi-Episcopi Pisani, si concilio placeret. Et responsum extitit per Concilium, *Placet*.

Quo facto, dictus advocatus, nomine quo supra, petiit & requisivit, quatenus dicti contendentes essent vocati ad hanc diem, ad audiendam *testium publicationem*. Et quod domini *Cardinales* cum aliquibus Prælatis & aliis more solito *irent ad fores ecclesiæ* & eos vocarent, si essent præsentes, vel aliquis pro ipsis: Et de hoc facerent relationem in pleno concilio. Quod sacro concilio *placuit*.

Tunc domini *Cardinales*, de Columna & sancti Angeli, cum aliis pluribus Prælatis & Dominis ac notariis, *iverunt ad valvas ecclesiæ*, & alta voce petierunt,

tierunt, *An contendentes de Papatu*, veremini essent; aut etiam aliquis pro eis, *essent probantes*.

Qvibus sic factis, ad concilium redeuntes resalutarunt, nec contendentes adfuisse, nec aliquem pro eis comparuisse.

Qva de causa, quoad illum actum, per concilium fuerunt *Reputati, contumaces*.

Et fuit conclusum, quod erat ulterius procedendum ad relationem & publicationem eorum contumacia non obstante.

Et statim dictus *Archi-Episcopus Pisanus*, cum uno notario sacri concilii ascendit pulpitum, in quo propositi: Quod de mandato dominorum committantium suorum collegarum erat ordinatus ad faciendum *relationem & publicationem* sub tali forma: Quod dictus Notarius statim legeret singulos articulos, alias datos & lectos in pleno concilio, contra dictos contendentes. Ita quod super quolibet articulo, seorsum & separatim dictus dominus Archi-episcopus Pisanus adaperiret *testes super articulos positos*, deliberando, quantum & qualitatem, status, gradus, dignitates, & præeminentias singulorum testium.

Et ita factum est. Quo viso, dictus notarius publice legit articulos, usque ad numerum XL. Et in quolibet articulo dicebat publam. Et postmodum Archi-episcopus Pisanus dicebat, sic literaturis est probatus tanquam verus, manifestus per quinque testes, quorum quatuor sunt Cardinales, una Pisanus, & quinque Episcopi, & quatuor doctores, & unus Licenciatus, ut decretes. Et quandoque dicebat, quod articulus erat probatus per decem, aliquando per viginti unus, aliquando per viginti quinque, aliquando per duodecim, aliquando plus, & aliquando minus: ita tamen quod non fuit articulus quin esset probatus verus ad minus per quinque testes omni exceptione majores.

Et qvia [illegible] & conseqventer in negotio principali ad *tertium* diem, quæ erat *Decima tertia mensis Maji*.

Undecima Sessio Generalis

Die Jovis, XXIIII. Maji.

Ex MSC. Vindobonensi.

Dominus *Episcopus Archiensis* dixit missam. Dominus *Alias nensis* prædicavit dictum festum. Et completo Dominus *Archi-Episcopus Pisanus* vocavit ad cathedram, & cum eo notarii & procuratores, ut supra, & continuavere se usque ad finem, per modum sicut supra.

Et notatur *articulus* illa die *probati* notarii de primo principali processu XVIII.

Ulterius *probati articuli contra Pontifices litigantes.*

Et in fine adjunxit quinque, quos dixit probatos notorios per multos testes: Et sic fuerunt, junctis XX. testes: Et sic *probatis* heri, notoriis, Articulis, per multos testes, XLII articuli probati legitime contra Petrum de Luna, & Angelum Corrario, tam conjunctim quam divisim. &c. De qvibus omnibus procurator &c. petiit fieri publica instrumenta pro remedio rei memoriali.

Item Dominus *Simeon Archiepiscopus*, stans in pulpito narravit, quomodo sancta synodus audivit, quod articuli dati pro parte promotorum seu procuratorum fuerunt legitime probati notorii. Quare pro parte eorundem promotorum petebatur diffiniri festo sequenti ad diem sabbathi proximam, ad declarandum, coram notorios, & super eis posse & debere procedere ad ulteriora, cum sint super notoriis &c. Quod omnibus placuit.

Et fuit *assignata sessio* ad sabbathum, ut supra petitum est.

De qvibus procuratores petierunt fieri publica instrumenta.

Et hic finis pro illa die.

Die

Ex MSCto Wolffenb.

Die vigesima tertia mensis Maji adveniente, servatis solemnitatibus & ceremoniis consuetis, notarius, qui de præcedentibus articulis viginti legerat, continuando materiam legere incepit articulos sequentes usque ad numerum XXXVII. inclusive. Et postmodum legit quinque alios parvos articulos supradictos. Et in continenti ad quemlibet articulum Archiepiscopus Pisanus adaptabat *probationes* eo modo quo dictum est in præcedenti sessione. Quibus completis advocatus ecclesiæ ascendit pulpitum, & exposuit in hunc modum. *Reverendissimi in Christo Patres. Audivistis sufficientem & plenam relationem heri & hodie factam, hic in vestra & totius sanctæ Synodi præsentia* recitatam per *Reverendissimum præsidium Archiepiscopum Pisanum, de mandato & autoritate reverendissimorum dominorum Cardinalium, Laudensis, & sanctæ Angeli, ac dominorum Prælatorum, & aliorum commissariorum, examinatorum in præsenti causa, per hanc sanctam Synodum deputatorum. Et quia ex eorum authentica & sufficienti relatione clare constat, omnia & quæcunque proposita & producta contra dictos contendentes, i. mo vertius collidentes de papatu, esse vera, publica, notoria, & manifesta, ita quod non possint aliquatenus tergiversatione celari. Propterea pro, supplice, & requirente, nomine & pro parte procuratorum & Promotorum ad prosequutionem causæ præsentis, per hanc sanctam Synodum pronunciari, decerni, & declarari omnia & singula, in dicta petitione contenta esse vera, publica, notoria, & manifesta. Et super hæc tanquam veris, sufficienter probatis, publicis, manifestis, & notoriis, ad ulteriora procedendum, prout tam magna necessitas ecclesiæ, & pertinacia, contumacia, & obstinatio dictorum Benedicti & Gregorii, hæc sancta Synodus videbit expedire.*

Quibus audiis, sancta Synodus petiit deliberationem concilii. Et petiit pronunciari per Archiepiscopum Pisanum, sub his verbis: *Sancta Synodus, audita relatione, statuit terminum ad deliberandum & audiendum determinationem dicti concilii super petitis & requisitis ad diem Sabbathi, qua erit 25. præsentis mensis Maji, ad ulteriora procedendum, prout sanctæ Synodo videbitur. Ad quam diem fiat citatio proximam sessionem.*

Duodecima Sessio Generalis.

Die Sabbati, XXV. Maji.

Ex MSC. Vindobonensi.

Die Sabbathi XXV. Maji Dominus *Episcopus Saonensis* dixit missam, Dominus meus *Officium* dixit alia suffragia, postmissam alias dici consueta, Domino *Cardinali de Brancacciis* dixit Evangelium, & fuerunt dictæ litaniæ. Post hæc dictus Dominus *Simeon* ivit ad pulpitum, & dixit, quod *Cætera desunt in hoc MSCto Vindobonensi.*

Ex MSC. Wolffenb.

Qua die adveniente, servatis solemnitatibus & ceremoniis ut supra, Advocatus Ecclesiæ ascendit pulpitum, & supplicavit, petiit, & requisivit nomine quo supra, pronunciari super notorio, prout aliàs latius in ultima sessione petierat, & requisierat.

Et fuit petitum ab omnibus in concilio præsentibus, *si placeret.* Qui omnes & singuli responderunt, *placet.*

Quo facto, Patriarcha Alexandrinus de voluntate & assensu concilii ascendit pulpitum, & pronunciavit *ut in schedula* continebatur; cujus tenor sequitur, & est talis.

Sancta Synodus, auditis eorum, de quibus agitur, notorietatis, de qua per evidentiam de-

positionis testium & alia documenta legitime constat, habitaque super his deliberatione matura, decernit, pronunciat, & declarat, delicta, omissa, & excessus, ac alia ad dictionem procuratorum, in petitione praesentis causae deducta, contra dictos Benedictum & Gregorium de Papatu contendentes, per promotores seu procuratores per hanc sanctam Synodum deputatos fuisse & esse notoria, & tanquam super notorio fuisse & esse ad ulteriora procedendum, & tanquam in causa, in qua immineat periculum, & scandalum nec eorum eis in mora.

De quidem *pronunciatione* dicti procuratores petierunt instrumentum unum vel plura, ad perpetuam rei memoriam, à protonotariis & aliis notariis ibidem praesentibus.

Quibus ita expeditis, fuit per dictum concilium revocata potestas commissariorum antea data ad examinandum testes. Utique data potestas per concilium de eligendo & mittendo Nuncios & Legatos idoneos ad dominum Lucanum, & ad Senensem, pro facto ecclesiae.

Et insuper fuit *dies assignata proxima Sessioni, ad diem Mercurii* proximam, quae erit *XXIX mensis Maji*, ad deliberandum de citatione contra contendentes faciendâ pro audiendo sententiam definitivam, & etiam pro ordinanda die ferendi dictam sententiam, & agendis prosequendi, ac utiliter procedendi, prout facto concilio videbitur, & fuerit expediens.

Et sic dictum concilium recessit.

Decima tertia Sessio Generalis

Die Mercurii, XXIX. Maji

Ex MSC. Wolfenb.

Die *Mercurii XXIX* dicti *mensis Maji* ad veniente, servatis solennitatibus & ceremoniis, ut supra, vidam *valentissimus Magister in Theologia*, nuncupatus Magister *Petrus Plani*, ascendit pulpitum, & proposuit verbum Dei, videlicet: *Congregabuntur filii Juda & filii Israël pariter & ponent sibimet caput unum.* Hos. 1. Et deduxit pulchre, exaltando *Ecclesiam*, & asserens, *eam esse supra Papam.*

Concilium esse supra Papam, probatum in Concilio Pisano.

Quod deduxit pluribus *rationibus*, tam ex parte *materiae*, seu animarum, quam ex parte *formae*, quae est spiritus sanctus, quam etiam ex parte *causae efficientis*, quae est ipse Christus, quam etiam ex parte *finis*, qui est ipse Deus, in ecclesia triumphante.

Et postmodum posuit *opinionem istius* videlicet: Quod *versitatis Parisiensis*, videlicet: Quod Petrus de Luna est *schismaticus*, pertinax, & *haereticus*, etiam accipiendo haeresin proprie & stricte, praecisusque ab ecclesia Dei, ejectusque à jure papatus, & privatus, ac per concilium de facto tanquam talis ejiciendus, & privandus. Et hoc declaravit *pluribus rationibus*. Et subjunxit, quod de eadem opinione erant universitates Andegavensis, Aurelianensis, & Tholosana.

Parisienses & alii dicunt Petrum de Luna Schismaticum & haereticum.

Ipso autem descendente de Cathedra, ascendit quidam *Episcopus Italicus*. Qui opinionem centum & trium magistrorum in theologia, & plurium Licentiatorum, & Baccalaureorum formatorum, ac unius eruditi Bononiensis, in quadam schedula publicavit, quae est *conformis opinioni Universitatis Parisiensis.*

Postmodum autem advocatus ecclesiae ascendit pulpitum, & petiit *diem assignari ad sententiam definitivam* ferendam, ac etiam citationem peremptoriam decerni per Edictum ad valvas ecclesiae Cathedralis civitatis Pisanae, & loca insignia, contra dictos contendentes de Papatu. Quam *diem* petiit assignari *Mercurii* proximam, quae erit *quinta dies mensis Junii* proxime futuri. Et quod illa die fieret una *sessio*.

Requisivit insuper, quod pendente dilatione, medio tempore, videlicet, *die Sabbathi proxima*, quae erit *prima mensis Junii*, fieret una *sessio*, ad audiendum publicari certas attestationes super no-

vis,

vis, & antiquis de novo receptis, ex abundanti cautelis contra dictos duos contendentes.

Super quibus omnibus petiit à sacro Concilio, an *placerent*? Omnes autem de concilio responderunt, *placet*.

Super quibus omnibus petiis & requisitis per Episcopum, tam de *die* sententiæ ferendæ, quam etiam de citatione & *se* non *media*, petiit instrumentum ut supra, ad futuram rei memoriam.

Sessio Decima Quarta Generalis

Die Sabbati, 1. Junii.

Ex MSC. Wolfii.

Die autem *sabbathi* adveniente, quæ fuit *prima mensis Junii* dicti *anni millesimi quadringentesimi noni*, congregato concilio in ecclesia cathedrali Pisana, & servatis solemnitatibus & cæremoniis consvetis, ac orationibus ad factum unionis ecclesiasticæ, *Archiepiscopus Pisanus* ascendit pulpitum.

Et quia *aliqui, plus sapere volentes quam sapere oportuit*, non fuerunt ad plenum contenti de relatione alias per eum tactas. Tum, quia multi non viderant attestationes, tum, quia non fuerat facta relatio nisi duntaxat super notorietate facta, & non super veritate eorundem: Ideo, ad serenandum omnium conscientias, de mandato dominorum Cardinalium, & plurium Episcoporum, & aliorum, qui dati fuerant communitarii per concilium, ad examinandum testes, fecit relationem suam ex abundanti per hunc modum: Quia primo sumebat sigillatim unumquemque articulum, exprimendo ejus sublantiam & effectum & post statim subjungebat: Satis iste articulus probatur verus per tot testes, quorum tres sunt Cardinales, quinque Episcopi, & duo Doctores, & tres Auditores &c. Sicque de omnibus articulis usque ad finem. Qui omnes fuerunt probati veri, & quilibet per plures testes magnæ autoritatis.

Repetita probatio contra Petrum de Luna.

In fine vero subjunxit, si essent aliqui de concilio, qui vellent videre ad longum attestationes, quod irent die Lunæ & Martis proxima ad conventum Carmelitarum, & ibidem reperirent notarios, qui omnia ad plenum eis ostenderent &c. De quibus procuratores &c. ut supra.

Sessio Decima quinta Generalis.

Die Mercurii, V. Junii.

Ex MSC. Wolfii.

Die *Mercurii* adveniente, quæ fuit *v. mensis Junii*, servatis solemnitatibus & cæremoniis, ut alias fuerunt &c. adscendit ecclesiæ ascendit pulpitum, & proposuit, quod *die Mercurii*, ultimo præterita, fuit decretum *citatorium contra duos contendentes de papatu ad audiendum sententiam definitivam* in causa præsentis unionis ecclesiæ, schismatis, & fidei, fecit citari ad diem hodiernam *quintam mensis Junii*, videlicet per edictum ponendum & affigendum in valvis hujus Basilicæ, & aliis locis insignibus civitatis, prout & factum fuit, & constat per relationem legitimam Cursorum, ac etiam per relevidentiam: Ideo petiit & requisivit, quod omnes domini Cardinales, & alii Prælati se transferrent *ad valvas ecclesiæ* prædictæ, & proclamarent, & requirerent, an dicti contendentes de papatu improbe, aut aliquis pro eis, aut aliquo ipsorum esset præsens. Et, *relatione* dictorum Cursorum *facta*, petiit *diffinitivam sententiam* in scriptis ferri, etiam contumacia non obstante, quam accusabat nomine quo supra.

Dominica citati Pontifices ad audiendum

Quibus sic factis, *duo Cardinales*, videlicet de Columna, & sancti Angeli juniior, & duo Archi-Episcopi, videlicet *illi duo ad sententiã* Janu-

Januenſis & Piſanus, pluresque Doctores & ſolemnes notarii, ad valvas dictæ eccleſiæ ſe transtulerunt, & proclamaverunt bis, ait ter: *Au, &c.*

Quibus reversis, invenerunt ſe dictos contendentes non reperiſſe, nec aliquem pro ipſis.

Ex quo procuratores petierunt ſententiam definitivam contra eosdem contendentes, ut ſupra, contumacia non obſtante. Et petiit advocatus eccleſiæ, ſi placeret omnibus, quod ſententia definitiva ferretur per dominum Patriarcham Alexandrinum? Qui reſpondérunt, *Placet.*

Quo finito, dictus dominus *Patriarcha*, aſtantibus ſibi duobus aliis patriarchis, ſcilicet Antiocheno, & Hieroſolymitano, uno a dextris, & alio a ſiniſtris, & ſedens pro tribunali in dicto pulpito, *pronunciavit in ſcriptis ſententiam diffinitivam contra dictos duos contendentes*, voce alta & intelligibili, valvis prædictæ Eccleſiæ omnibus apertis, innumerabili multitudine populi, quantum eccleſia capere poterat, aſſiſtente.

Tenor definitivæ ſententiæ contra ambos contendentes de Papatu.

CHriſti nomine invocato, ſanctæ & univerſalis ſynodus, univerſalem Eccleſiam repræſentans, & ad quam cognitio & deciſio hujus cauſæ noſcitur pertinere, ſanctiſſimi ſpiritus gratia in hac majori eccleſia Piſana congregata, ſibi, prætribunali ſedens, viſis & diligenter inquiſitis omnibus & ſingulis productis, probatis, & agitatis in præſenti cauſa unionis eccleſiæ ſuæ dei, & ſchismatis, contra Petrum de Luna, Benedictum XIII. & Angelum Corario, Gregorium XII. olim appellatos, qua hi præſentis proceſſus hujus tenore plenius continetur, ac quibuscumque aliis ipſam ſanctam Synodum ad infra ſcriptam definitionem inducentibus & movere habita prius inter ſcriptos & deductam cum copioſa multitudine magiſtrorum in ſacra theologia, atque utriuſque juris Doctorum, plurium & plurimum, diligentiarii collatione, & tandem deliberatione matura, omnique meliori modo, via & modo, quibus magis & melius potuit in præſenti, unanimiter concordantes, omni modo, via & jure, quibus magis & melius potuit in præſenti, diffinitivam ſeu veram collationem de Papatu, & cujus, earum contendentium de Papatu, & quemlibet earum ipſos ſcripſit pronunciat, decernit, declarat, & declaravit omnia & ſingula, ut infra definit, & declarat, omnia & ſingula, ut infra minus & exceſſus, & alia cauſis neceſſaria adinfra ſcripturam deciſionem præſentis cauſe deducta, per proviſos, viros, magiſtros BENRICUM DE MONTELEONENI, JOANNEM DE SCRIBANIS, & BERTHOLDUM WILDUNGEN, promotores, ſyndicatores, & ſollicitatores, ſeu procuratores, & deputatos ad proſequendum præſentem cauſam pro hujus deciſionis ſuæ, ſchismatis extirpatione, & unione, atque reintegratione ſanctiſſimæ eccleſiæ contra & adverſus prædictos Petrum de Luna, Benedictum XIII. & Angelum Corario, Gregorium XII. de Papatu damnabiliter contendentes, & ab aliquibus hujus municipatus, in petitione eorum ipſa ſacra & univerſali Synodo præſentata & exhibita, fuiſſe & eſſe vera atque notoria: Ipſos, Angelum Corario, & Petrum de Luna, de papatu ut præfertur, contendentes, & eorum quemlibet, fuiſſe & eſſe notorios ſchismaticos, & antiquæ ſchismaticæ nutritores, defenſores, approbatores, fautores, & manutentores pertinaces, nec non notorios hæreticos, & a fide devios, notoriis, criminibus enormibus, perjurii & violationum votorum irretitos, unumquemlibet eccleſiæ ſanctæ Dei notorie ſcandaliſantes, cum incorrigibilitate, contumacia, & pertinacia notoriis, evidentibus & manifeſtis. Et ex his & aliis ſe reddidiſſe omni honore & dignitate etiam papali indignos, ipſoſque, & eorum utrumque, propter præmiſſa inſuper notoria, exceſſus, & crimina, ut præmittunt, ſuſpenſos, & excommunicatos, a ſacris canonibus, fore ipſo facto objectos & privatos, acetiam ab Eccleſia præciſos. Et ipſis minus veros, Petrum, & Angelum, ac eorum utrumque, per hanc diffinitivam ſententiam in his ſcriptis privat, abjudicat, & præciſdit, inhibendo, ne eorum aliquis pro ſummo Pontifice gerere ſe præſumat; Eccle-

Ecclesiarum, vacare Romanam, ad cautelam insuper decernendo: Et insuper, omnes & quascunque Christicolas, etiamsi imperiali regali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, declarat ab eorum & cujuslibet eorum obedientia, non obstante quacunque fidelitatis juramento, aut alio quovis vinculo, quo illis vel eorum alteri teneantur astricti: sore perpetuo absolutos: Inhibendo eisdem Christi fidelibus, ne prædictis de papatu contendentibus, seu eorum alteri, quomodolibet obediant, pareant, vel intendant, aut consilium, auxilium, vel favorem præstent, aut eos recipient vel receptent, sub pœnis excommunicationis, & aliis a sanctis patribus ac sacris canonibus inflictis, promulgatis & ordinatis. Quodque si & quæ partes contrafecerint huic ordinationi & sententiæ, ipsi & eorum fautores & adhærentes, & fe. quæcunque etiam per secularia potestate fore compescendas, & compesci debere, justa præscripta divina, & sacrorum canonum dispositione, eadem sancta Synodus pronunciat, decernit, & definit: Ac insuper omnes & singulas processus & sententias excommunicationis, inhabilitationis, verbaliterius censuræ & pœnæ, privationis, ordinum & dignitatum, etiam Cardinalatus, beneficiorum & effectuum, ac graduum quorumcunque, qualescunque fuit, & quæcunque nuncupentur, nomine seu nominentur, contra dominos Cardinales per dictos, Petrum de Luna, & Angelum Corario factos latas & fulminatos fuisse & esse nullos, cassos, & irritos, nullas, cassas & irritas, ac nullius roboris, efficaciæ vel momenti: Et quatenus de facto processerunt, tatenus annullandas, cassandas, & irritandas: ficque & etiam ad cautelam, quatenus expediat, omni modo & jure, quo melius potest, annullat, cassat & irritat. Et insuper promotiones, imo veros prophanationes, quo-

cunque ad Cardinalatum per dictos contendentes de papatu, & eorum utrumque attentatas, videlicet, per dictum Angelum à die tertia Maji, & per dictum Petrum à die XV. Junii, anni proximæ præteriti millesimi quadringentesimi octavi, fuisse & esse nullas, cassas, irritas, & inanes: & quatenus de facto processerunt, cassandas, irritandas, & annullandas: Et etiam ad cautelam, quatenus expedit, omni modo & jure, quibus melius potest, præfata sancta synodus per hanc sententiam definitivam cassat, irritat, & annullat.

Ad procedendum autem adversus processus, constitutiones & sententias in præjudicium unionis, & alias per Petrum de Luna, & Angelum de Corario olim contendentes de Papatu, seu collidentes præfatos, factas & latas contra regem, principes, patriarchas quoque, Archi-Episcopos, episcopos, & alios ecclesiarum prælatos, universitates quoque Studiorum, & communitates, ac singulares personas, ecclesiasticas & seculares, & cetera promotiones per ipsos alios contendentes, facta ad dignitates quascunque: Et ulterius ad procedendum super aliis, bonum universalis ecclesiæ tangentibus: Sancta Synodus statuit diem Lunæ proximam pro susione futura, quæ erit decima mensis præsentis.

Et assignavit eandem diem Lunæ pro alia sessione, pro providendo super aliquibus, quæ concernunt statum & bonum regimen universalis ecclesiæ.

Quo facto, omnes cantaverunt, *Te Deum laudamus*: Et fuit ordinata solemnis processio ad diem crastinam, scilicet diem sacramenti.

Fuitque ulterius ordinatum, quod nullus recedat de Synodo absque licentia, & donec se subscripserit in sententia præhibata.

Sessio decima sexta Generalis

Die Lunæ, x. *Junii*.

Ex MSC. Wolff.

Decretū Pisanum de Reformatione Ecclesiæ per novū Papam.

QUa die Lunæ, decima mensis Junii adveniente, servatis solemnitatibus, pour supra, *Archi-Episcopus Pisanus* supra dictus ascendit pulpitum; & legit quandam schedulam, mentionem facientem quod domini Cardinales promitte-

rent, quod procurarent toto posse, Concilium dissolvendum, qui in Papam eligeretur, reformavit non ante ecclesiam. Et quod non pateretur concilium dissolvi, donec de concilio esset, quā facta bona & sufficiens reformatio facta. in capite quam in membris.

Et sequitur tenor schedulæ.

Publicatum hoc Reformationis decretum.

Nos omnes & singuli, Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales congregati in civitate Pisana pro schismatis extirpatione, unitate, & bono statu in Dei ecclesia inducendo, promittimus in verbo veritatis Dei, S. ecclesiæ romanæ, & sanctæ synodo, hic in Christi nomine congregatæ: Quod si quis nostrum in summum romanum Pontificem electus, præsens concilium continuabit, nec dissolvi, aut dissolvi permittet, quantum in eo erit, usque quo per concilium eiusdem concilii sic facta debita, rationabilis, & satisfaciens reformatio universalis ecclesiæ & status ejus tam in capite quam in membris.

Promittimus etiam, quod si aliquem de dominis Cardinalibus absentibus, vel extra nostrum collegium, assumi continget in Papam, veracibus & bona fide, antequam procedamus ad publicationem electionis illius, procurabimus toto posse habere ab eo promissionem & sufficientem securitatem, quod servabit & complebit omnia & singula supra dicta. Et interim lata sententia contra contendentes super eorum electione de papatu summi contenti, & ratum habemus, quod sede vacante concilium continuetur, & quod in eo, quantum commode fieri potuit & poterit, in dicta reformatione procedatur: Et quod super hoc in proxima sessione alia sessio indicatur.

Et fuit assignata alia sessio ad diem Veneris proximam, quæ erit XIII. dicti mensis Junii, ad providendum super aliquibus, quæ notoria videntur pro bono unionis.

Sessio decima septima Generalis

Die Jovis, XIII. *Junii.*

Ex MSC. Wolff.

Novi Pontificis electio definitur.

Dicta die Jovis XIII. Junii adveniente, servatis servandis, *Petriarcha alexandrinus* cum aliis *duobus* Patriarchis, videlicet Antiocheno, & Hierosolymitano, ascendit pulpitum, & legit unam schedulam, cujus tenor est talis.

Item, Quia hoc schisma pestiferi temporis dominorum Cardinalium in hoc concilio existentium, quidam fuerunt à diversis olim per contendentes de Papatu creati, & nunc Deo dirigente procedendum est ad electionem unici & indubitati summi pontificis: *Hoc sacrum concilium, universalem ecclesiam representans, consentit, disponit & ordinat, quod ipsi, sic à diversis creati, ad electionem præfatam procedant, si & in quantum opus est hac vice, auctoritate hujus sacri concilii. Nec per hoc præstati dominorum Cardinalium circa electionem romani Pontificis intentionem aliquo derogare, nec aliquid innovare. Hortatur tamen præfatos dominos Cardinales, quod ipsi cum charitate ad electionem unius Pastoris procedant, sic unanimiter, quod de quacunq; discordia scintilla notari non debeant.*

Sessio decima octava Generalis

Die Veneris, XIV. *Junii.*

Ex MSC. Wolff.

Die veneris XIV. mensis Junii, anno Domini M CCCC IX. facta *processione* generali, in civitate Pisana, in qua fuerunt domini Cardinales, Patriarchæ, Archi Episcopi, Episcopi, Abbates, Doctores, & totus Clerus: Fuit *Missa* celebrata devote per Cardinalem de Thurejo super facto unionis sanctæ matris ecclesiæ.

Postmodum comparuerunt illico *Ambassiatores Regis Arragonum* & petierunt audientiam. Quæ fuit eis concessa; dum tamen docerent de eorum mandato. Et quidam Doctor Ambassiator ipsius regis Arragonum ascendit pulpitum, demonstrans intentionem Regis Arragonum quam habet ad sanctæ matris ecclesiæ unionem. Qui asserebat se ad hoc laboraturum. Et petiit se de actis in concilio agitatis informari.

mari. Quoniam informatione habita, erat paratus facere debitum. Protestabatur tamen, quod non intendebat approbare vel consentire actis in dicto concilio, donec esset plenius informatus. De quo petiit instrumentum.

Nuncii Petri de Luna excepti.

Et insuper dixit, quod *nuncii* domini *Benedicti Papæ XIII.* erant in villa. Et fuit tunc sibillatus & illusus: Quia dixit & vocavit eum *Papam*. Et petiit audientiam pro eis.

Ad quod fuit responsum, regratiando de *voluntate Regis Arragonum*. Et fuit responsum, quod libenter darentur deputati auctoritate concilii, qui ipsos regis Ambassiatores informarent ad plenum de omnibus &c. Quoad *Nuncios Petri de Luna*, fuit dictum, quod tarde venerant, & quod ad præsens audiri non poterant, & quod domini super hoc deliberarent.

Postea fuit deliberatum ea die, quod, licet de jure contra sententiam latam contra hæreticum audiri non debebant, tamen ob reverentiam regis Arragonum audirentur.

Sessio Specialis.

Eodem die Veneris, XIV. *Junii*, *post meridiem.*

Ex MSC. Wolff.

Admissi Legati Regis Arragonum.

EA *die Veneris*, prandio sumpto, in ecclesia sancti Martini Pisani, comparuerunt *Legati Regis Arragonum*, petentes audientiam pro *nunciis Petri de Luna*. Quæ fuit eis concessa.

Nuncii Petri de Luna sibilo excepti.

Et cum venirent ad ecclesiam, *fuit clamatum contra eos tanquam contra Judæos*. Et quando intraverunt locum concilii, nulla fuit eis reverentia facta.

Et fuit coram eis sententia lecta, tribus cardinalibus deputatis audientibus. Et cum unus ex his nunciis Petri de Luna, scilicet, *Archiepiscopus Tarraconensis*, vellet proponere, ipse primo dixit, quod erant *nuncii* domini *Benedicti Papæ XIII.* Fuitque magnus tumultus contra eos. Et fuit vocatus *nuncius hæreticus, schismaticus*. Et cum eo *Joannes de Costa* olim Episcopus Mimatensis, qui segerebat pro nuncio dicti Petri cum pluribus aliis.

Protestatio nunciorum Petri de Luna.

Et *silentio facto*, iterum petiit audiri. Quo concesso, incœpit dicere: Quod videbat certa capitula concordata inter dominos Cardinales & communitatem Florentinorum: In quibus inter cætera continebatur, quod nullus hic veniens posset impugnare facta in hoc concilio vel contravenire: Et quod habebat aliqua dicere, quæ forte non bene conveniebant actis in hoc concilio: Ideo non poterat proponere injuncta ad plenum, nisi daretur sibi securitas, quod, non obstantibus dictis capitulis, posset libere loqui. Et de hoc supplicabat.

Cui per *Cardinalem Aquilegiensem* fuit responsum: Quod non omnes domini Cardinales erant præsentes, & quod non habebant potestatem dispensandi contra dicta capitula: & quod si vellet loqui, loqueretur prout crederet expedire, alias non.

Quo audito, *Legati Regis Arragonum*, & dicti *Petri de Luna nuncii*, loquuti sunt ad partem. Postmodum dixerunt: Quod volebant latius dicta capitula videre, & amplius deliberare. Et petierunt *dilationem ad crastinum*. Quæ fuit eis concessa.

Et recesserunt dicti nuncii Petri de Luna cum magno timore.

Nuncii Petri de Luna fugerunt ex Concilio.

Quo crastino adveniente, quæ fuit *die Sabbati* 15. *Junii* supra nominati *nuncii P. de Luna*, nulla audientia ulterius petita, *recesserunt hospite insalutato.*

Sessio decima nona Generalis.

Die Sabbathi, XV. *Junii.*

Ex MSC. Wolff.

DIcta *die Sabbati*, 15. *Junii*, servatis ceremoniis & solennitatibus consvetis, fuit Missa celebrata in ecclesia Cathedrali de sancto Spiritu, per Archi-Epi-

Digitized by Google

chi - Episcopum Lugdunensem: Et factus sermo per Episcopum Novariensem, qui cepit pro themate: *Elisite meliorem, & eum ponite super solium, IV. Regum, cap. 10.* &c. Et peroptime deduxit illam materiam.

Et ipso finito, concilium recessit.

Electio novi Pontificis, Petri de Candia, Alexandri V.

Cardinales ingressi Conclave ad eligendum novum Pontificem.

EA *die Sabbathi*, hora Vesperarum, domini *Cardinales* numero XXIV. *intraverunt conclave* cum magna devotione: Eterat deputatus ad custodiendum conclave *Magister Rodi*: Prout fecit: Cum pluribus aliis notabilibus viris, in domo domini Archi-Episcopi dictæ civitatis. Et ibidem fuerunt usq; ad diem Mercurii XXVI. dicti mensis Junii.

Die autem Mercurii XXVI. dicti mensis Junii, omnes domini Cardinales, unanimiter, nullo reclamante, existentes in prædicto *conclavi*, de mane circa horam tertiarum *elegerunt in summum pontificem* Reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum *Petrum de Candia*, tituli Basilicæ XII. apostolorum *Presbyterum Cardinalē*, *Mediolanensem* nuncupatum, *ordinis Fratrum Minorum*, nunc vero *Alexandrum Papam V.*

Electus novus Papa Alexander V.

Ipse siquidem *Papa* post suam assumptionem ordinavit unam sessionem pro concilio tenendo, videlicet *diem Lunæ, primam mensis Julii* proxime venientis.

Sesfio vigesima Generalis,

Sub Alexandro V. prima.

Die Lunæ, 1. Julii.

Ex MSC. Wolff.

QVa *die Luna* adveniente, fuit celebratum concilium in ecclesia Pisana, ut supra. Et solennitatibus ac ceremoniis consuetis servatis, servatis, Cardinalis de Thurey o celebravit Missam. Postmodum fuerunt cantata solita decantari, & Litaniæ cum multis orationibus. Et lectum Evangelium per unum Diaconum Cardinalem. Postea Papa incepit hymnum. Veni creator Spiritus, &c. Et omnes de concilio responderunt.

Quo cantato, *cathedra Papæ* fuit alte posita ante magnum altare in medio. Et ab opposito ipsius versus occidentem in ultima parte concilii fuerunt positæ *tres aliæ Cathedræ pro tribus Patriarchis*, scilicet, *Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano*, qui ibidem sederunt.

Et postmodum de mandato Papæ ibidem præsidentis fuit lectum *decretum suæ electionis*, in quo omnes Cardinales se subscripserunt.

Publicatio electionis novi Papæ.

Quo lecto, Cardinalis de Chalanco rogavit concilium, ut oraret pro statu Papæ, & sanctæ romanæ ecclesiæ.

Quo facto, *Papa fecit* unum *sermonem*, themate sic incipiente: *Erit unum Ovile, & unus Pastor.* Multa bona dixit, narrando, *quomodo Pastor se habere debet erga gregem, & grex erga Deum.* Et regratiabatur Cardinalibus, & promittebat multa bona facere eis.

Quo facto, Cardinalis sancti Eustachii, dictus Bononiensis, ascendit pulpitum, & ex parte Papæ aliqua promulgavit, quæ *ordinaverat* dictus dominus noster *Papa*.

Et primo, omnes processus, sententias, & ordinationes, factas per dominos Cardinales circa factum unionis ecclesiæ à die tertia mensis Maji anni millesimi quadringentesimi octavi, & *omnia facta in concilio Generali approbavit & ratificavit*, & omnem defectum juris & facti, si quis intervenisset, supplevit, si & in quantum opus esset.

Constitutiones novi Papæ Alexandri V. Confirmat viri processus superiorum quoad schisma componendum.

Item, duo *collegia Cardinalium univit*, & unum fecit collegium, & pro uno in posterum voluit haberi: Et singulariter dabit singulis titulos, & de concurrentibus ordinabit.

Item, impedimentum, appositum in beneficiis Cardinalis de Chalanco, sub prætextu, quod diu steterat cum Petro de Luna, sub prætextu suarum excusationum aliàs per Cardinales admissarum, relaxavit.

Item, dixit, quod tantum faceret erga

ga Prælatos, qui ad concilium venerant, quod ad eorum lares læti & gaudentes reverterentur.

Item, dixit, *quod ipse volebat vacare circa reformationem ecclesiæ, prout fuerat per Cardinalat promissum* ante ejus promotionem.

Et quod eligerentur probi viri & literati de qualibet natione pro suis, ad laborandum cum ipsis Cardinalibus ad dictam reformationem ecclesiæ.

Item, fuit ordinatum, quod *die dominica* sequenti *coronaretur*, cum solennitatibus, & aliis necessariis ad præmissa.

Item, fuit *ordinatum alia sessio ad diem Mercurii* tunc proxime sequentis, quæ erit *decima mensis Julii*.

Et sic dictum concilium recessit.

Promissi reformatio Ecclesiæ à Cardinalibus cum aliis facta in Concilio definitiva. Reformatores eligendi.

Vigesima prima Sessio Generalis,

Secunda sub Alexandro V.

Die Mercurii, x. Julii.

Ex eodem MSC. Vindobon. *Parte III. Act. Conc. Const. f.* 249.

IN nomine Domini Amen. Per præsens publicum instrumentum pateat universis, præsentibus & futuris, quod *anno* à nativitate ejusdem Domini *millesimo quadringentesimo nono*, indictione secunda, *die Mercurii, decima mensis Julii*, pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini *Alexandri* divina providentia *Papæ quinti* anno primo, sacra *universali synodo in Ecclesia Pisana* debito & ordinato modo, more solito *congregata*, & præfato Domino nostro *Papa* feliciter in eadem *præsidente*, cantataque missa de beata virgine per reverendum patrem, Dominum *Pileum Archi Episcopum Januensem*, dictis etiam in cantu *litaniis*, & aliis *orationibus* devotis pie & solenniter ad Dominum porrectis, post aliquales actus in eadem synodo factos, Reverendissimus in Christo Pater & Dominus *Anthonius Cardinalis de Chalanco* vulgariter nominatus, assistentibus sibi reverendis in Christo Patribus & Dominis *Alamanno, Archi Episcopo Pisano*, & *Branda Episcopo Placentinensi*, in pulpito lapideo, quali in medio dictæ Ecclesiæ sito existentibus: Idem Dominus Cardinalis, assistentibus ibidem advocatis, promotoribus, & nobilibus hujus causæ notariis infra scriptis, de mandato dicti Domini nostri Papæ, ac voluntate & assensu & ordinatione unanimi sanctæ synodi prædictæ ibidem sibi factis, *legit* alta & intelligibili voce quasdam *schedulas*, quas tunc in suis tenebat manibus, in processu dictæ causæ coram eadem sancta synodo habito descriptas & insertas. Quarum tenor sequitur in hæc verba:

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti Amen. Nos ALEXANDER, *divina providentia Papa* QUINTUS, *considerantes, quod tam per Petrum de Luna, Benedictum XIII. & Angelum Corario, Gregorium XII. a nonnullis nominatos, super de papatu contendentes, quam per Dominos quondam Bartholomæum Archi-Episcopum Barrensem, Urbanum sextum, Petrum Tomacellum, Bonifacium IX. Cosmatum, Innocentium VII. & Robertum de Gebennis, Clementem VII. nuncupatos, dictorum nuper contendentium prædecessores, durante præsente schismate, & occasione ejus, nonnulli processus, sententiæ excommunicationis, privationis, irregularitatis, inhabilitationis, suspensionis & interdicti, & alias censuræ Ecclesiasticas in se continentes, in & contra diversas personas, regna, jurisdictiones, comitatus, universitates, collegia, loca, districtus & territoria fuerint & sint hinc inde facti, & promulgati: Ac propter antiquationem dicti schismatis: Et etiam, quod multi notabiles Doctores utriusque juris, & Magistri in sacra pagina scripserunt pro & contra, ac publice & solenniter dictaverunt, ut in dubium vertatur à multis, quis à tempore dicti schismatis fuerit verus Romanus Pontifex, seu quis veri vicarii Jesu Christi fungeretur officio: Ad exonerationem conscientiarum utriusque obedientiæ, quæ jam per Dei gratiam ad unum ovile ovium redactæ sunt, etiam ad unum vile ovium redactæ sunt, omnes & singulos hujusmodi processus & sententias, qui vel quæ occasione & pretextu schismatis ac adhærentiæ utriusque patris seu*

Abolita excommunicatio, antea in schismate à diversis partibus contra se invicem lata.

seva via veritatis assumta vel introducta hinc inde, ut præmittitur, lati, decreti, seu Deo mediante fuerint quotiescunque & singulos hic pro expressis haberi volumus, hoc sacro approbante concilio ex nostra certa scientia tollimus & abolemus, ac pro sublatis & abolitis in perpetuum haberi volumus, nemineque præfatis fautoribus aut processibus esse licitum vel ullatenus declarantes. Et nihilominus ex officio nostro declarandi, & ad cautelam, ac si & quoties declarandi, & ad cautelam, ac si & quoties id exigent, quascunque sub dictis processibus comprehensos à dictis sententiis & censuris absolvimus, & pro absolutis haberi decernimus & declaramus; Etiam super irregularitatibus, si quas propter præmissa, vel occasione præmissorum contraxerint, dispensantes. Item omnes & singulos dispensationes, facta per contendentes, vel eorum alterum, seu eorum prædecessores, super matrimoniis & aliis casibus, quæ forum conscientiæ respiciunt, eorum durante obedientia, etiam in partibus neutralibus vel subtractis, ex certa nostra scientia ratificamus & approbamus. De & super quarum schedularum, & contentorum in eisdem lectura & publicatione venerabilis vir Magister Bertholdus de Wildungen, *Promotor, pro se & aliis Promotoribus seu solicitatoribus in præfata synodo, & ad causas in eadem agitatas & agitandas deputatis, petiit & requisivit per omnes & singulos Dominos protonotarios, clericos camera, & nos ipsos Synodo notarios deputatos, fieri unum & plura publica instrumenta. Actum in ipsa Ecclesia & Synodo, præsentibus eisdem Dominis protonotariis ac clericis camera, aliisq; pluribus, & nobis notariis infra scriptis.*

Ex MSC. Wolffenbuttelensi.

Qua die Mercurii X. Julii adveniente, missa celebrata per Archi-Episcopum Januensem, & aliis ceremoniis servatis circa officium divinum, domino nostro Papa præsidente, : *Pro parte communitatis Florentinorum* ascendit quidam juris peritus pulpitum, incipiens pro themate; *Offer te Domino tuo, & redde ei debitum tuum, Gen.* xxiv. In hoc themate cepit tria intelligenda. Primum fuit veneratio: Secundum fuit gratulatio; & tertium, oblatio. Veneratio, debita tantæ & tam solenni congregationi Prælatorum, & aliorum, concilium generale constituentium. Secundum, gratulatio, quam habebant Florentini de tam nobili congregatione, quam pro tanto bono venerantur, ut finem debitum & intentum inveniat, sanctam scilicet unionem ecclesiæ in unico vero & indubitato pastore. Tertium fuit oblatio: Nam postquam dixit labores, miserias & Ambasiatas, quas communitas Florentina fecerat in prosequutione unionis ecclesiæ: Addidit, quod civitas prædicta se offerebat secundum possibilitatem, & usque ad excidium proprium, prosequi extirpationem schismatis. Et literas exhibuit credentiæ, quas legit postmodum Archi-Episcopus Pisanus.

Post ea unus alius juris peritus *ex parte civitatis Senarum* ascendit pulpitum, & tria ex parte ipsorum exposuit. Primo, divinum auxilium imploravit: Secundo, orationem suam se abbreviaturum protestatus fuit: Tertio, condescensurum ad ea quæ sibi commissa fuerant. Primitus dicere habuit, quod I V. Julii totus Clerus & populus Senarum subtraxerat obedientiam Gregorio, & declaraverat, se velle obedire domino nostro Papæ Alexandro, & suo sancto collegio. Recitavit diligentias & labores, quos civitas Senarum fecit, prosequendo unionem. Et recepit pro themate: *Populus gentium, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, Isaiæ IX.* Quod applicavit populo Senarum, pro tempore, quo obedivit Gregorio. Sed postquam conversus est ad obedientiam domini nostri Papæ, *vidit lucem magnam*. Secundum thema, quod applicavit sacro concilio ecclesiæ, fuit, Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, quem revocavit de tene-

tenebris ad manum suam: Et omnes partes hujus thematis ostendi debite convenire huic sacro concilio. In fine dixit civitatem Senarum paratam exponere quicquid haberet ad prosequutionem unionis & expatriationem schismatis. Et recitavit, quod intimici Domini nostri Papæ succumbebant quotidie: Et quod in uno conflictu recenter facto magna multitudo inimicorum perierat.

Quibus sic actis Cardinalis de Chalanco ascendit pulpitum, & legit scedulam infra scriptam.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, patris & filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Noverint universi & singuli, quod tam per Petrum de Luna Benedictum XIII. & Angelum de Corario Gregorium XII. à nonnullis nominatos, quàm per Papatum contendentes, quàm per Dominos, quondam Bartholomeum Archi-Episcopum Barensem, Urbanum VI. Petrum de Thomacellis, Bonifacium IX. Cosmatum, Innocentium VII. Robertum de Gebennis, Clementem VII. nominatos, dilectum super cunctudentium prædecessores, durante tempore schismatis & occasione ejusdem, nonnulli processus, sententias excommunicationis, privationis, irregularitatis, inhabilitationis, suspensionis, & interdicti, ac alias censuras ecclesiasticas in se continentes, in & contra diversas personas, regna, jurisdictiones communitates, universitates, collegia, loca, districtus, & territoria fuerant & sunt hinc inde facti & promulgati: Ac propter antiquationem dicti schismatis, ac etiam quia multi notabiles doctores utriusque juris, & magistri in sacra pagina scripserunt pro & contra, ac publice & solemniter determinaverunt, ita ut in dubium veritatis à multis quis à tempore dicti schismatis fuerit verus romanus Pontifex, seu quis verè Vicarius Jesu Christi fungeretur officio: Ad exonerationem conscientiarum utriusque, obedientiæ, quæ jam per Dei gratiam ad unum volle unum redacta sunt, omnes & singulos hujusmodi processus & sententias, qui utique occasione & pretextu schismatis & adhærentiæ utriusque partis, seu vie veritatis affirmæ vel introducta, hinc inde, ut præmittitur, lati, decretati, seu fulminati fuerunt, quos omnes & singulos hic pro expressis haberi volumus, hoc sacro approbante concilio ex nostra certa scientia tollimus & abolemus, ac prosublatis & abolitis in perpetuum haberi volumus, nemineni prafatis sententiis aut processibus esse ligatum vel involutum declarantes. Et ubiliminus ex abundanti ad cautelam, ac, si & in quantum indigent, quoscunq; subditos processibus comprehensos à dictis sententiis & censuris absolvimus & absolutos haberi decernimus, & declaramus, & super irregularitatibus si quas propter premissa vel occasione premissorum contraxerint, dispensantes.

Item, fuit ordinatum, *aliam sessionem* fieri debere ad *diem Mercurii* tunc proximam. Quæ possa fuit de mandato domini nostri Papæ prorogata propter adventum Regis Ludovici interim supervenientis, ad *diem 27. Julii.*

Vigesima secunda Sessio Generalis.

Tertia sub Alexandro V.

Die Sabbati, XXVII. Julii.

Ex MSC. Vindobonensi, l. c.

DEinde *die Sabbathi* XXVII. *mensis Julii* prædicti, eadem sancta synodo ut supra & more solito congregata, & jam dicto Domino nostro *Papa* feliciter *præsidente* in eadem, cantataque missa de beata virgine per Reverendum Patrem Dominum *Petrum, Episcopum Cracoviensem*, dictis *litaniis* in cantu, & aliis *orationibus* in cantu, & aliis orationibus dictis *litaniis* in cantu, & aliis *orationibus* dictis *litaniis* in cantu, & aliis orationibus dictis, dictus Rebus ad Deum pie porrectis, dictus *Reverendissimus* Pater Dominus *Cardinalis de Chalanco*, assistentibus sibi dictis Domi-

Dominis, *Archi-Episcopo Pisano, & Episcopo Placentinensi*, de mandato, voluntate, & ordinatione prædictis ibidem ibi factis, alta & intelligibili voce quasdam *papiri schedulas*, quas tunc in suis tenebat manibus, inter alias legit infrascriptas:

Nos Alexander Papa Quintus, sacro approbante concilio omnes & singulas promotiones, translationes, confirmationes, collationes, & quascunque provisiones, quibuscunque personis hujus sacri concilii & ejus determinationi adhærentibus de quibuscunque prælaturis, dignitatibus, beneficiis & officiis Ecclesiasticis, curatis vel non curatis, confirmationes, Episcoporum & ordinationes clericorum, per ipsos contendentes de papatu, aut eorum alterum, seu eorum prædecessores, & eorum mandato vel auctoritate, temporibus & locis, in quibus eisdem realiter & libere præstabatur obedientia, dum tamen ante sententiam definitivam, & aliàs canonice facta sunt, & publice & pacifice tempore sententiæ possederint, & in præjudicium unionis aut prosequutionis ejusdem, vel hujus concilii adhærentium facta non fuerint, ex certa nostra scientia ac motu proprio ratificamus & approbamus, ac ratas habere volumus atque firmas, & etiam, si opportuit, de novo providemus. Ubi autem aliquis casus emergeret, per quem appareret aliquem hujus concilii adhærentem gravatum per aliquem ex contendentibus, die tertia Maii quod Angelum Corario, & die XV. Junii, quo ad Petrum de Luna, Anni M. CCCC. VIII. Placet concilio, quod Dominus noster provideat, ut sibi justum videbitur. Item omnes dispensationes factas per Episcopos diœcesanos in partibus ventilabat super defectum ætatis patientibus, causa assequendi & obtinendi beneficia, dignitates ac prælaturas. Item & omnes absolutiones & habilitationes in foro pœnitentiali, tam per contendentes, quam per dictos ordinarios pendente schismate factas, super casibus fautis sedi Apostolicæ reservatis, ex certa nostra scientia hoc sacro approbante concilio ratificamus, & approbamus.

Super quibus & aliis gestis in hujusmodi diei sessione prætatus Magister Bertholdus pro se & aliis promotoribus petiit, ut supra, publicum seu publica instrumenta. Actum ubi & præsentibus, quibus supra.

Ex MSC. Wolffenb.

Qua *die 27. Jul.* adveniente, Missa, cerimoniis, & aliis solemnitatibus servatis, dominus Cardinalis de Chalanco indutus tunica diaconali & mitra, de mandato domini nostri Papæ ascendit pulpitum, pluribus prælatis associatus, legitque articulos & capitula subsequentia.

It. Sacro approbante concilio, omnes & singulas promotiones, translationes, confirmationes, collationes, & quascunque provisiones, quibuscunque personis hujus sacro concilio & ejus determinationi adhærentibus, de quibuscunque prælaturis, dignitatibus, beneficiis ecclesiasticis, Curatis & non curatis, confirmationes Episcoporum, & ordinationes Clericorum, per ipsos contendentes de papatu, aut eorum alterum, seu ipsorum prædecessores, vel eorum mandato aut auctoritate, temporibus, & locis, in quibus eisdem realiter & libere præstabatur obedientia, dum tamen ante sententiam definitivam & aliàs canonice facta sint, & publice ac pacifice tempore sententiæ possederint, & in præjudicium unionis aut prosequutionis ejusdem, vel hujus concilii adhærentium facta non fuerint, ex certa nostra scientia & motu proprio ratificamus, & approbamus, ac ratas habere volumus atque firmas, & etiam, si opportuit de novo providemus.

Ubi autem aliquis casus emergeret, per quem appareret aliquem hujus concilii adhærentem gravatum per aliquem ex contendentibus, die tertia Maii quod Angelum Corario, & die XV. Junii quod Petrum de Luna, Anno videlicet millesimo quadringentesimo octavo: Placet concilio, quod dictus dominus noster Papa provideat, ut sibi visum fuerit.

Item,

Item, electiones, postulationes, ipsarum admissiones, confirmationes, mutationes, consecrationes, clericorum ordinationes, præsentationes, quarvis provisiones & dispositiones, quibuvis personis huic sacro concilio & ejus determinationi adhærentibus de quibuscunque beneficiis ecclesiasticis & prælaturis, per electiones, confirmationes, nonnos ordinarios, & quoscunque provisores, ad hoc potestatem & auctoritatem habentes, canonice factas, temporibus & locis subractionis & neutralitatis, in quibus hujusmodi contendentibus obedientia non præstabatur, & ammodo alias canonice facta fuit, hoc sacro approbante concilio ratificamus & approbamus, rata, grata habere volumus atque firmas, ac omnem suscipere roboris firmitatem. Reservationibus non obstantibus quibuscunque: Declarationibus tamen & decretis hoc caution

Post prædicta *Archiepiscopus Pisanus* in pulpito prædicto pronunciavit: Quod dominus noster Alexander Papa V. oculum misericordiæ, & vilcera compassionis & pietatis suæ convertens ad ecclesias desolatas, ruinosas, & in magna necessitate constitutas, liberaliter *remisit* & indulget omnia *arreragia majora, & minora servitia*, ab eis suæ cameræ apostolicæ debita de toto tempore præterito usque ad tempus suæ assumptionis.

Item, idem dominus noster notificavit omnibus, per organon dicti domini Archiepiscopi Pisani, quod *non intendit* amodo, ut antea, *reservare bona seu spolia prælatorum, & aliorum moriemium non prælatorum.*

Item, quod *non intendit reservare fructus medii temporis beneficiorum vacantium.*

Item, supplicavit idem dominus Archi-Episcopus nomine totius concilii domini *Cardinalibus*, quod *portionem competentem eisdem de arreragiis præteriti temporis* in vellent ecclesiis & viris ecclesiasticis *remittere* liberaliter, quem admodum dominus noster fecerat in portione ipsum tangente.

Et petiit a concilio, an hoc *placeret* sibi? Et quod expresse diceret, *Placet.* Dominus *Cardinalis Albanensis solus se opposuit.*

Item, idem Archi-Episcopus pronunciavit *proxime futuram sessionem* fiendam ad *diem Veneris* ferventem de mandato domini nostri Papæ; Et quod nullus interim recederet sine licentia speciali.

De istis omnibus hac die expeditis promotor seu procurator ecclesiæ petivit unum vel plura instrumenta confici per Clericos Cameræ, & notarios concilii, ad perpetuam rei memoriam.

Item, in hac sessione dictum fuit, quod dominus noster provideret *Archi-Episcopo Tarantino* super Archi-Episcopatu suo.

Etiam placuit concilio quod dominus *Cardinalis Albanensis* prosequeretur jus quod habere prætendebat in Archidiaconatu Lucionensi.

Successive prælatus dominus Papa *sessionem* fiendam certis de causis animum suum moventibus continuavit usque ad *diem Mercurii, VII. mensis Augusti* tunc proxime seqventis.

Sessio vigesima tertia Generalis.

Qvarta & ultima sub Alexandro V.

Die Mercurii, VII. *Augusti.*

Bona Ecclesiæ per Papam non esse dissipanda. Concilia provincialia esse celebranda ante novum Concilium generale.

Die *Mercurii 7. Augusti* advemente, solemnitatibus & cæremoniis servatis circa divinum, sanctissimus in Christo Pater dominus noster, sacro approbante concilio, ordinavit; Quod *bona immobilia ecclesiæ Romanæ, seu aliarum ecclesiarum*, nullatenus per *ipsum vel alios prælatos alienentur*, seu hypothecentur, usq; ad proximè indictum concilium, in quo super hoc articulo maturius poterit deliberari.

Item, idem dominus noster, eodem approbante concilio, ordinat & mandat *celebrari ante concilium generale concilia provincialia per Metropolitanos* & Episcopos ac eorum suffraganeos, secundum formam juris & concilii generalis. Qvia ex eorum omissione multa inconvenientia seqverentur.

Item, idem dominus noster, eodem approbante concilio, ordinat & mandat *celebrari capitula monachorum nigrorum & canonicorum regularium*, secundum formam concilii generalis, & constitutiones felicis recordationis Benedicti XII.

Capitula provincialia modum celebranda. Nigrorum & Canonicorum.

Et quod limitatio provinciarum facta per Benedictum XII. non possit de cætero præsenti, obstante temporis malitia, observari: Ordinat dictus dominus noster, quoad dicta *capitula* celebranda, standum juri antiquo, durante impedimento prædicto, videlicet: Ut provincia

cia communis & vulgaris possit per se *capitulum provinciale* celebrare, ex quo commode cum alia non possit convenire: Et deputabit dominus noster *præsidentes*, & *exequutores* ad præmissa exequenda.

Item, idem dominus noster, eodem approbante concilio, disponit *non facere translationes invitis*, nisi parte vocata & audita, & de consensu majoris partis Cardinalium, usque ad proximum dictum concilium, nisi ex causis justis & rationalibus.

Reformatio universalis Ecclesiæ dilata ad proximum Concilium.

Item, dominus noster, sacro approbante concilio, decernit, quod ex parte ipsius domini nostri cum Cardinalium consilio deputabuntur *nuncii* solemnes, qui mittentur ad reges, & principes, & certos fideles, ad publicandum & prosequendum auctoritate ipsius domini nostri papæ & facti concilii acta in hoc concilio.

Item, dominus noster auctoritate Dei, apostolorum Petri & Pauli, & sua, concedit omnibus, qui in hoc concilio interfuerunt, & ejus determinationi adhærentibus, absolutionem plenariam a pœna & culpa *semel tantum in vita*: Ita quod quilibet de prædictis infra duos menses post quam ad ejus notitiam concessio hujusmodi pervenerit; possit dictum beneficium absolutionis assequi in forma ecclesiæ.

Similem concessionem facit dominus noster singulis supra dictis *in mortis articulo*, intelligendo tam de dominis, quam de familiaribus.

Item, cum dominus noster *cum consilio intenderet reformare ecclesiam in capite & in membris*: Etiam multa per Dei gratiam sint *expedita per* ipsum Dominum nostrum *Papam*: Et multa alia statum & favorem Prælatorum actionum inferiorum concernentia resilent, quæ propter regressum prælatorum & Ambassiatorum de præsenti expediri non possunt: Propterea idem dominus noster, sacro requirente & approbante concilio, dictam *reformationem* [illegible] *continuas usque ad proximum* [illegible] *Concilium*: Et *præsens concilium* [illegible] *rogat & continuat* usque ad illum terminum, qui præfixus est. Omnibus ad *Concilium concilium* convocatis, redeuntibus ad proprias ædes, usque ad terminum præfixum supra dictum.

Novum Concilium indictum.

Lectori S.

Exilia hæc *primi Concilii Pisani* fata luculentioribus *rebus Constantiensibus* proxime *prælusserunt*. Prætercquam enim quod *dissidia* Papalia tot lustris ceteverant, vix acne vix quidem sopita, tantum abest extincta Pisis In *novum universale Concilium* reliqua & fere præcipua *Ecclesiasticæ tranquillitatis momenta* sunt dilata. Quod cum in annum 1412. ex Concilii Pisani decreto esset transcriptum, visus Johannes 23. Alexandri V. successor, Romæ illud exequi. Quod autem fructu suo res hæc *Romæ* in Concilio videretur frustrata: Urgente Cælare, *Constantiam* mirabili fortuna concilium fuit transplantatum.

Quæ universa à principio illarum turbarum *Ecclesiæ & publica rei disceminarum* Constantiensi Concilio prævia, præceteris omnibus, scite, nervose, sed & suse satis exposuit vir magnæ apud Gallos auctoritatis, *Petrus Puteanus, Constantiæ ac Bibliothecarius Regius, a Nicolao Rigaltio* operose commendatus. Nitidum illud opusculum est: *L'histoire du Schisme, qui a été en l'eglise depuis l'an 1378. jusques en l'an 1428.* Cujus non non solum ex *Nitmio* sed & *MSCtis tabulis Gallicis* hausti præclari operis *MSCtum in Augusta Wolfenbuttelensi Serenissimorum Ducum Nostrorum Bibliotheca* asservatur, serius editum *Parisiis A. 1654.* postquam fratris, ut apparet, limam alicubi fuerat expertum, quod collatum cum edito MSCtum abunde docet. Meruisset hoc monumentum Nostro huic Tomo II. inseri, ni recens fuisset nostrique ævi. Non enim Nostris his Rerum Constantiensium Tomis nisi *antiqua* justi fumus complecti *monumenta, augusta, qui rebus his præsentes olim interfuerunt.*

Funda-

Fundamenta hæc primaqve initia
Generalis Concilii Constantiensis
qvoad Ecclesiæ pacem ac unionem
repetita ab Anno 1378.
qvod tenacissimorum illius ævi dissidiorum Papalium ferale fuit exordium,
Qvibus remedia à viris doctis varia qvæsita
nunc majori nunc minori contentione
WENCESLAO & RUPERTO
IMPERATORIBUS,
Præcipuumqve componendorum motuum
remedium
in *universali orbis christiani Concilio* positum,
Qvod *Pisis* primùm A. 1409. inchoatum
IMPERATORE RUPERTO,
Litibus duorum Pontificum contendentium
GREGORII XII. & BENEDICTI XIII.
non sepultis, & vix sopitis,
qvin auctis & roboratis
tertio Pontifice ALEXANDRO V. electo,
in Constantiensi proinde Concilio proximo
Cæsaris SIGISMUNDI dextrâ extinguendis.
Ad illustranda nunc Acta Const. Concilii
Ex *MSCtis Cæsareis, Wolffenbuttelensibus*
ac *Helmstadiensibus*
hic recensita, & absoluta
A. 1697. d. 10. Augusti,
IMPERATORE
LEOPOLDO,
Pacis-Statore religiosissimo.

TOMI II. PARS III. IV. V. VI. VII. VIII.

RES TRIUM PONTIFICUM

GREGORII XII. BENEDICTI XIII.
& inprimis
JOHANNIS XXIII.
Qvi pro pace & unione Ecclesiæ, ad cessionem
aut Papatus resignationem in Constantiensi
Concilio perducendi.

A principio Concilii, *quatuor primis mensibus*, usq; ad Cessionem Johannis Papæ, *extra sessiones publicas*, per Cardinales aliosq; Viros Illustres, frequentibus congressibus, consultationibus, orationibus ac scriptis expeditæ.

FELICISSIMIS AUSPICIIS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DN. RUDOLPHI AUGUSTI
BRUNSVIC. AC LUNÆBURG.
DUCIS &c.

Ex antiquissimis Codicibus MSCtis
CÆSAREIS VINDOBONENSIBUS & ACADEMICIS
LIPSIENSIBUS ac HELMSTADIENSIBUS
erutæ ab
HERMANNO von der Hardt.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ
IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.
Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1697.

Digitized by Google

Lectori S.

POstquam in *Pisano Concilio*, supra ex nonnullis MSCtis breviter, ut hic licuit, descripto, sede moti duo Pontifices, *Gregorius* XII. *& Benedictus* XIII, electo tertio, *Alexandro V.* lites non compositæ, sed auctæ. Non quievere *illi*, Papatus charactere constanter usi: Neque *Alexander* meliorem Ecclesiæ formam parasse creditus. Hoc igitur mox defuncto, electus A. 1410. *Johannes* XXIII. Ecclesiæ primum præ cæteris onerosus, dein suo carcere, salutem illi dedisse visus, *Constantiensis Concilii rigorem* expertus.

Ceterum quod dissidia ista contendentium trium Pontificum corruptissimos in Ecclesia genuissent mores, utrique malo, & *bello sacro* & *moribus execrandis*, remedia simul à Viris illustribus parata. A primo itaque exordio Papatus Johannis, ab Anno inquam 1410. usq; ad Constantiensis Concilii principium, A. 1414. cumulata consilia, monita, graviss imaq; scripta, quibus *& morum cleri emendatio & Ecclesiæ unio* conjunctim efflagitarentur. Qualia *prævia monumenta*, *Tomo I. Parte V. & VI.* ex MSCtis in lucem produximus nobiliora, *utrumque argumentum complexa*.

Quando igitur, ex Concilii Pisani decreto, totiusque Christiani orbis voto, Imperatoris Sigismundi consilio, Johannis Papæ consensu, novum Concilium Universale *Constantiæ* coiverat: Uti *emendatio morum in Clero*, qua de *Tomo I.* ita & *Ecclesiæ unio*, de qua *Tomo hoc II.* indefesso Cæsaris & Magnatum labore ibi qvæsita.

Nec proinde parsum in limine statim Concilii Const. publicis *magnorum virorum* precibus, monitis, consiliis & orationibus, *pacі & unioni Ecclesiasticæ* sacris. Præter ea, quæ *Tomo I. Parte IX.* dedimus, non solùm *reformationem* sed & hanc *unionem* simul concernentia, *in principio Concilii edita*, quæ solertis lectoris oculi facile perlustrabunt: Damus *hic* alias *memorabiles Orationes & Consultationes, Unioni Ecclesiæ* in Const. Concilio procurandam pressius urgentes: Quæ velut *in foribus Concilii* non sine animorum motu auditæ & lectæ sunt, donec Papa Johannes, diu multumque reluctatus, Papatu non minus ac Concilio æger tandem abiit.

TOMI III PARS IIII

ANONYMI

CALCARIA, SIGISMUNDO IMPERATORI ET CONSTANTIENSI CONCILIO

In ejus exordio addita, pro Pontificum contendentium cessione urgenda ac prosequenda.

Ex antiquissimo *Codice MSCto*

CÆSAREO VINDOBONENSI.

Parte IV. Actorum Conc. Const. f. 113. 2.

Ubi hæc inscriptio:

Quod locus & civitas Constantiensis divinitus sit electa ad hoc Sacrum Concilium, probat quidam, ut sequitur.

QUam felicissima inspiratio à regalibus celsibus omnipotentis sermonis in cor illius hominis dilapsa, qui *primus hanc inclytam civitatem Constantiensem pro loco generalis Concilii idoneo nominavit?* In quo Dominus noster Jesus Christus dilectam Sponsam suam, Catholicam Ecclesiam, *ad liberam miserabiles status sui considerationem*, monstruosi trifariisque capitis *infirmitatem*, cruentæ bestiæ lethalis vulnerationis, quia à planta pedis usque ad verticem capitis non est in ea integritas, intimum *dolorem*, & *necessaria reformationis desiderium* & fervorem, sub alis *Protectionis* INVICTISSIMI CÆSARIS perducere destinavit.

Urbis Constantiæ *Reformatio Ecclesiæ in Concilio Constantiensi quæsita.*

pace Ecclesiæ ibi paranda.

Si tamen *constanter in Constantia perstiterint*, quæ dicta sunt à Domino per os sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum ejus. Videlicet, *ut fortes & constantes sunt*, qui bella Domini præliantur, non respicientes retro, non declinantes ad dexteram nec ad sinistram, sed justum judicium judicantes, non flatuentes oculos suos declinare in terram, non sequentes munera, non agentes perpe-

Regula judicii in Concilio.

Digitized by Google

Constantiense Concilium gloriatur Imperii & Germanorum.

hoc facto? Cum illa reductio absque dubio facilius in Italia, vel alibi, sine generali Concilio processisset.

Ex quo igitur *ad honorem Imperialis diadematis & perpetuam gloriam Germanorum* huc duce altissimo convenit Ecclesia magna, in tanto numero fidelium congregata, quanto non legitur fuisse pluribus jubilæis: Non sinat

Sigismundo Cæsari arduæ Concilii negotia commendata.

CHRISTIANISSIMUS ECCLESIÆ PUGIL ET ADVOCATUS, nec filii tam piæ matris, per Ecclesiam dulciter nutriti, tenerrime educati, ad summa dignitatum fastigia evecti, *hunc venerabilem cœtum dissolvi*, aut aliquatenus separari; absque re, aut saltem recta *spe* integræ & desideratissimæ *unionis*.

Ne, quod absit, *decus Romani Imperii Imperii & gloria Germanorum* transeant in Con- *& Germa-*
fusionem & ignominiam sempiternam, *manorum*

decus Conc.

In *præparatoriis* autem hujus *Concilii* *Concilio.*
si, ut frequenter occurrit, aliqua dif- *Imperato-*
sensio oriatur, MAJESTAS REGIA, *ris*
ad quam multitudinis est respectus, ha- *Sigis-*
bet notoriis fraudibus & cavillosis dis- *mundi*
putationibus in principio ex officio *tueri Con-*
nobili obviare: *Ne principale* pro acces- *cilium.*
sorio, vel magis delusorio, *omittatur.*
Et tunc ordo melior est, ordinem non servare, secundum versum:

Est in amore modus, non tenuisse modum.

&c.

TOMI II. PARS IV.

ANONYMI

Obtestatio Constantiensis Concilii, quod dissidentes tres Pontifices removeat, bonumq; substituat pro Ecclesiæ commodo.

Ex antiquissimo Codice MSCto

CÆSAREO VINDOBONENSI

Parte IV. Act. Concil. Const. post med. f. 96. b.

hoc titulo:

Non quis scriptitet perquirito; sed quid scribatur diligenter perficito.

Votum devotum pro Ecclesia pacis.

O *Sapientia*, quæ ex ore altissimi prodiisti, attingens à fine usque ad finem *fortiter: Ultimam suaviter omnia Constantia disponens*, malum per se ipsum destruendo!

Placare igitur, misericordissime Pater, & fac, ut scientia terrestrium corrigatur luminositate cœlestium: Membra ecclesiæ militantis incorporentur vero capiti per intercessionem ecclesiæ triumphantis: Et scientia membrorum irradietur & vivificetur per sapientialem influentiam veri capitis corporis mystici. Ut sapiant & intelligant, ac *novissima provideant. Sapiant*, inquam, Ecclesia, & disponant terrena, intelligant veritatem, & consurgent falsitatem.

Provideant novissima *de eligenda bona Novorum* pastore, ne caput cum membris in sævo *eumque* permaneant errore. *Sapiant* itaque *bonum* numen ecclesiæ commune, ut intelligant, *Pontificis* quia venit tempus misericordiæ ejus, *in Con-* Venit, inquam, tempus, ut malum à *stantiensi* se & per se destruat ipsum. Malum *Concilio* dico *præsumti temerarii pastoris* destruat *esse eli-* malum schismatici erroris. Ut malitia *gendum.* inve-

Digitized by Google

inveterati schismatis finem faciat nequitiæ, sedem Petri publicè deturpantis.

Grauis reprehensio Johannis 23. viâ cessionis repudiandæ.

Si enim *præsumptus pastor malus* non esset, quis daret occasionem ecclesiam Dei uniendi? Aut si ecclesia divisa non esset, quis posset deponere præsumti pastoris audaciam? Quis namque tantæ *audaciæ* attentator inveniri posset? Et præsertim de sibi adhærentibus, ut, schismate permanente, & *malitia pastoris detersâ*, *viam cessionis*, electo secundum cor pastore, rebus stantibus ut nunc, nedum dico *persuadere*, sed etiam nutibus *annunciare* præsumeret?

At verò è contrario, *malitiâ pastoris durante & invalescente*, secundum quod proh dolor præsumitur, etiam schismate totaliter sopito, *quis ipsum corrigere seu deponere auderet aut posset?*

Quid denique boni communis membra etiam sana in corpore ecclesiæ efficere possent, *capite infirmo*, non solùm sanitatem non curante, verùm etiam multipliciter persequente? Aut quales influxus bonos *caput morbosum* membris influere potest?

Necesse igitur est ad perfectam unionem consequendam, ut *malum malo collisum se invicem destruant*, ex eorum destructione *duo* inopinabilia *bona* consurgant, singulare scilicet & universale: *Singulare*, electio veri & unici pastoris, *universale*, omnium membrorum ad verum caput unio atque connexio.

Veniat igitur, qui non solùm bona ex bonis, verum etiam bona ex malis elicere solet, & potest: Paracletus, inquam, Spiritus Sanctus veniat à quatuor plagis terræ, & insufflet gratiam suam membris *Constantiæ* coadunatis, *ut Calcaria sapiant bonitatem Dei, intelligant versutias diaboli, & provideant corpori ecclesiæ de veraddita, & sano capite*, quod membra sibi in corpore, incorporata foveat, nutriat atque defendat. Amen.

Concilio ad salutē Ecclesiæ parandā.

TOMI

TOMI II. PARS V.

ANDREÆ LASCHARII

ELECTI POSNANIENSIS,

Regis Poloniæ & magni Ducis Lituaniæ ad Const. Conc. Legati,

ORATIO

AD

SIGISMUNDUM IMPERATOREM

In Constantiensis Concilii principio A. 1415. mense Januario habita.

De Pace & unione Ecclesiæ per Sigismundum Imperatorem Constantiæ parandæ.

Ex MSC. ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Hoc titulo:

Oratio facta per Dominum Andream Laschariti, Electum Posnaniensem, in Concilio Constantiensi, coram Rege Romanorum semper Augusto & fausto, præsentibus Electoribus Imperii & multis aliis.

CUm fabricator mundi, Rex gloriæ, autor pacis & amator, cujus judicia abyssus multa, quidve stabilis manens cuncta dat moveri sua ineffabili providentia, mundum senescentem & in maligno positum conspiceret, *Tuam præcellsam Majestatem*, *v. sublimis & Invictissime* REX ROMANORUM & MONARCHA, constituit super omnes gentes & regna, ut dissipares gentes, quæ bella volunt, scutum & arma conringeres, pacemve propalares. *Tuo* namq; *imperio* protecto *pares orbis*, Scriptura testantes: *Subjecti estote omni creaturæ propter Deum, tanquam præcellenti, sive Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quia sic voluntas Dei. I. Petr. II. De majo. & obt. Ii. t. 23. c. 6. Solicita.*

Imperatoria Majestas Cæsarea Sigismundi.

Pretiosum quippe *pacis donum*, quod suis fidelibus per multitudinem cœlestis militiæ nascendo attulit, vivendo docuit, & *regia tua curia pervigili* quam strictius commendavit. Quivve post, extremum transiturus de hoc mundo ad patrem, sponsæ suæ *Ecclesiæ*, cui *officio advocationis & defensionis feliciter, prefides*, sequenti themate pro testamento ultimo sic inquiens reliquit pacem: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, Joh. XIII. & in c. 1. Nisi bella, XXIII. q. 1.*

Pax A Sigismundo expetita.

Imperator Ecclesiæ advocatus.

Rex pacificus pia miseratione dispositi, inquit *Gregorius in proœmio Decretalium*, sibi subditos fore pacificos & modestos. Sed *effrenata cupiditas*, suæ progenitrix discordiæ, æmula mater litium, materia pacis, æmula mater litium, mater *injuriarum* generat, ut nisi Romani Imperii justitia conatus cujus sua virtute reprimeret, jus humani fœderis litigiorum abusus extingueret, & dato pacis libello repudii, concordia extra munidi terminos exularet.

Commendata pax omnibus ac singulis.

Ideoque, Evangelica ut docet historia, venit in mundum, ut *pacem doceret*, *Matth. X. & Matth. VIII. XXIII. q. 1. Ca. Nisi bella*, Qui & *Princeps pacis* dicitur sermone Prophetico, *Princeps pacis*, vere *Pater futuri seculi*, & *Princeps pacis*, vera sapientia, Christus Jesus, quiomnia condidit in pace, naturaliter pacem inferens creaturis, ut pacem amarent, & ad pacem tenderent, ac in pacis pulchritudine habitarent.

Pacis brevitas per stringitur.

Numquid plerique infatiabiles & sylvagæ bestiæ sunt, & *leones, vulpes, urs*, *Impii*, & *frigidæ*, qui filiis suis immurmurant, & pacata feritate blandiuntur? Qvis *milvum*, qvantumvis solitarius rapinis circumvolat, nidum congeris conjugium copulat, pullos alit, & quasi cum rit, ova fovet, pullos alit, & quasi cum matre familias societatem domesticam, quanta potest pace, conservat? Et ob hoc rationalem creaturam, quæ est homo, ad pacem suam ordinavit, qvatenus vivensin pace temporis, dulcissima visione fruertur in pace æternitatis.

Qvod cœlestis Doctor, qui non didi-

cerat

ardebit usque ad inferni noviſſima *Deutr. XXXII.*

Pro quo extingvendo Principes orbis & potentes, & Doctores ſapientes XXXVII. *annu* laborantes defecerunt.

Et quo ad proclivora vergente, *Romanus Pontifex de loco urbis*, ſibi cœlitus ber duos Imperatores pro domicilio deputato, cedens furiæ, in vilipendium Imperialis potentiæ *effugatur*.

Polonia bellu tunc quaſſata.

Ac demum finitima Chriſticolarum partes, pacatiſſimum ſcilicet *regnum Polonie*, ſecutum multorum fidelium, novit *Tua Regia providentia*, guerrarum tempeſtate quatitur minus juſte.

Præclara Lithuanie recens converſa elogia.

Et ſpiritu ſancto fundata nova proles Eccleſiæ, *gens beliciosa Litmania*, in latiſſimas diffuſa provincias, quanquam *neophyta*, ejus tamen fides Deo eſt cognita, & nota devotio, efficiens Deo ſacrificium veſpertinum: Qvi ſunt, revera, ſpiritu ſervientes, Domino ſervientes, ſpe gaudentes, in tribulatione & hoſtili guerrarum turbine patientes, orationi inſiſtentes, hoſpitalitatem ſectantes, charitate fraternitatis invicem diligentes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes *Rom.* XII, & quibus vere diligentibus Deum pax multa debetur. Ecce incurſibus hoſtium moleſtantur, qui foveri debuerant, ut novellæ plantationes & arbuſta, charitatis obſequio, ac exemplari doctrina per Chriſti fideles irrigari.

Lithuania hoſtie injuria tunc affli-ſta.

Qvid plura deplorando dicam, inauditum & lamentabile? Nam *populi Chriſtiani* quaſi *duo gemelli* in Rebeccæ utero, corpore videlicet Eccleſiæ, undique *ſcandaloſe colliduntur. Gen.* XXV.

Diſſidia Gregorii & Benedicti.

Numqvid ſuper his continebis te Domine Rex, & tacebis? *Eſ.* LXIV. Qvinimo tu, qui regis Iſrael, intende & accingere gladio tuo ſuper femur tuum, Potentissime Rex, propter veritatem & juſtitiam. Qvia *alter David*, univerſum Iſrael in hanc *novam Hieruſalem, Conſtantiam*, ad perpetuam tui nominis memoriam congregaſti, vel congregari procuraſti, ut aſteras *arcam Dei*, nec non filios Aaron & Levitas, in locum eis præparatum. Hiſtoria legitur *I. Paralip. XIII. & XV. Arcam* enim *fœderis* ſanctam *Eccleſiam* non incongrue intelligo. In illa namque cum tabulis legis eſt virga Moſis & manna cœli. Habentur enim in iſta *ſacramenta Scripturarum in pectore*, & cum diſcretione rigoris & juſtitiæ mannam conſvevit pietatis & manſvetudinis propinare. XLV.

Sigiſmundi operâ malis illis occedendis.

Sigiſmundus comparatus cum David arcâ Dei apportante Hieroſolymam.

Diſcipulus.

Qvoniam per illum Philiſtæum da. *Rex Sicilia Romanæ* memoriæ, cunctis notum & li. *nus*, ROMANORUM & *Hungariæ propatens auſtrinus*, ROMANORUM *triumphator*, *gentibus*, *Roma re-*REX, & *ſele ciſſimus* REX, *ſemper auſtrinus Auguſtus*, pacem loquatur *gentibus*, ipſam. *cuperãda* ſciſſuram Eccleſiæ conſvendo, ipſam. reducendo. Et, *quod maxi mum Pontificum*, Poteſtas qve ad habit ationem ſuam priſtinam *explere non prævalet*, *ipſe Deo* juvante per. Imperato-*ficiat & conſummet.*

Nam, ut ait *Iſidorus*: Inter Eccleſiæ *poteſtates ſecularis neceſſaria non eſſent*, niſi da Eccle-*quod non prævalet ſacerdos* offerre per do-*ctrinæ ſermonem*, poteſtas hoc imperet per di-*ſciplinæ terrorem*: *Ipſa* ſæ, diſciplinam, *quam Eccleſiæ utilitas exercere non prava-let*, cervicibus ſuperborum poteſtas imperia-*lis imponat*: Erunt veneration em merceatur, *virtute poteſtatis imperatur.*

Cognoſcant Principes ſeculi, Deo ſe *debere* eſſe reddituros rationem pro-*pter* Eccleſiam, quam Chriſto tuen-*dam* accipiunt. Nam ſive augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Princi-*pes*, ſive ſalvatur, ille ab eis rationem *exigit*, qvi eorum poteſtati ſuam Ec-*cleſiam* credidit committendam. XXIII. 1. V. *Principes.*

Unionem ſanctæ matris *Eccleſiæ*, deſi. *Unio Ecclæ in-deratam* cunctis gentibus & lamentis *cleſia in-dictius* expectatam, propulſato crude. *Conſt. Cô-lichismate*, *in hac generali Conſtantienſi cilio per Concilio*, Deo opitulante, & conſtanter *Sigiſmundo* modis canonicis atque juſtis efficaciter *dum pa-procurabis*. Qvoniam *exemplo religio-randa.* ſiſſimi Principis *Conſtantini*, prædeceſſo. *Sigiſmun-ris Tui*, non ad potentiam oſtenden. *du Con-dam ſynodali tractatu* intereſſe te oportet, ſtantino *ſed ad veritatem inveniendam*, ne ultra *compara-*multitudo pravis doctrinis attracta & *tur.* diſtra-

distracta discordet. XCVI. *d. c. Non ad fidem*, & LXIII. *di. Adrianus.*

Spes salutis Ecclesiæ ex Sigismundo.

O te *vere felicem Principem*, qui tali modo *voluntarios labores appetitus*, *ut possis aliis præparare quietem*, & sibæ terminanda divina clementia tibi reservavit.

Ejа ergo, Domine Rex, posi Christum *Rex Regum*, *& Domine dominantium*. Ecce, unxit te Dominus super hæreditatem suam, in Principem, & *in liberabis populum ejus de manu inimicorum*, *I. Reg. X.*

Animus Cæsari additus ad prosequendum pacis Ecclesiasticæ negotium in Const. Conc.

Et ideò, omne quod est in corde tuo vade & fac. Quia Dominus tecum est. II. *Reg.* VII. Quin in occursum adventus tui omnes Principes terræ surrexerunt de soliis suis, *Es.* XIV. Et præpara te, & instrue omnem multitudinem hanc, quæ coacervata est a te, & esto eis in præceptum. *Ezech.* XXXVIII.

Nec solvatur quodammodo de regali tuo corpore, nec de tuæ tremendæ majestatis potenti exercitu, *prius militia cingulum*, *quam sibi victori cedat* adversitas prælиorum. *De Ren. c. I. Unde.* Siquidem feliciter conservatum arcam Dei ad locum sibi præparatum, de quo parum locutus sum, curabis reducere, superborum & sublimium colla contra hæc reluctantia propria virtute calcabis.

Legati Regis Poloniæ & Magni Ducis Lituaniæ in Const. Con. cilio præsentes.

Adsunt enim in præsentiarum *venerabiles & Reverendi in Christo Patres*, *sacrarii antistites*, *Doctores*, *& Magistri*, *magnificiq*, *nobiles & strenui milites*, & ego, parvulus, *missi* à præclaris Principibus, Dominis *Uladislao Rege Poloniæ* &c. & *Alexandro*, aliàs *Witoldo*, *magno Duce Lituaniæ*, cum aliis eis assistentibus, *Majestatis vestræ Regiæ* sincero cordis glutino, in charitate non ficta, ad quævis beneplacita & grata confidenter astricti. Qui *potestati vestræ regali* volunt, & optant flammato desiderio in facto cum utili, tamque necessario, & laudabili totius orbis negotio efficaciter in Domino assistere, *cum plena mandato regni Poloniæ*, & Dominorum suorum, *suscipiendi*, *approbandi*, *& exequendi universa & singula*, quæ Celsitudo vestra cum Sanctissimo Domino nostro Domino Johanne Papa XXIII. & *cum sacro concilio Constantiensi* statuere & ordinare decreverit, ad laudem & honorem Dei, & ad salutem omnium populorum, & ad Romanæ & aliarum Ecclesiarum commodum & immunitatem.

Instructio Legatorum, quoad sacrum Concilium.

Ad quæ votive perficienda oramus omnes curvi, mitti tibi è cœlis *reflitudinem Mosi*, *Zelum Pinchæ*, *manfuetudinem & felicitatem Davidis*, *Trajani justitiam*, *sapientiam Salemonis*, ac genitoris tui item ac divæ memoriæ *Caroli IV.* religiosam *prudentiam*, qua mundum subjecit, & in suum amorem convertit.

Votum pro salutem negotio Sigismundi.

Propter quæ timebunt gentes nomen tuum, Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam. *Ps.* CI.

Ecclesiâ enim universali sacrosanctâ *ad debitæ unionis integritatem*, ad integram unionem, *operatione felici serenitatis Vestræ* reductâ, *ac sacratissimo Romano Imperio in pristinam libertatem restaurato*, facilius indubio ad particularium provinciarum pacem & regnorum pervenitur.

Quod solicito animo & corde religioso, præfati Principes *Invictissimi* &c.

Tom.

Tomi II. Pars VI.

ANDREÆ LASCHARII, ELECTI EPISCOPI POSNANIENSIS, Regis Poloniæ & Ducis Lituaniæ Legati, ALIA ORATIO PARÆNETICA

In Constantiensis Concilii principio A. 1414. mense Januario

AD

PAPAM JOHANNEM XXIII.

habita,

De humilitate Papam decente sponteneave Papatus abdicatione.

Ex antiquissimo *MSC. Cæsareo Vindobonensi. Parte IV. Act. Conc. Const. post med. f.* 149.

PATER SANCTISSIME & PAPA BEATISSIME.

AD scabellum pedum *Sanctitatis Vestræ* procumbens, sermonem mihi injunctum supra vires meas conspicio, & Doctores & Magistros egregios, quibus parvulus sum addictus, me omni scientiæ virtute præcellere.

Ideo, Beati Gregorii sequendo doctrinam & stilum, inquientis: Non dictando sed *colloquendo*, *parumper edisseram*. Cum *colloquii* vox corda torpentia plus quàm sermonis excitet, & quasi manu sollicitudinis, ut vigilent, pulset.

In nomine ergo Domini Jesu Christi, qui est *autor pacis* & amator, assumo mihi thema: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.*

Verba autem præmissa pro themate, sunt eximii *Prophetæ Davidis*, *ad Dominum, qui in cœlis habitat*, pro *pace interna* & *externa* exclamantis, scripta *Ps.* 122. 7.

Johannes 23. Papa tenere inclinatio Ecclesiæ procurare

Sunt & eodem spiritu congruæ *sumta & nostra*, pro pace militantis Ecclesiæ ad *Dominum, qui in terris supremum locum obtinet*. Vos videlicet, *Vicarium Jesu Christi*, Cujus revera est, hanc sacræ unionis pacem, cunctis Christi fidelibus diutius cum lamentis expectatam, efficere & perficere, & sponsam suam sacrosanctam, Catholicam & Apostoli-

cam Ecclesiam, heu nostris exigentibus peccatis tanto tamque deflendo dissidio pessitieri ichismatis, non sine gravi Christi fidelibus periculo & salutis jactura, hactenus miserabiliter laceratam & distractam, formâ è cœlis divinitus traditâ ad integritatis unionem, & unionis debitam integritatem revocare. Ut, juxta veritatis vocem, *unum* sit ovile & unus Pastor. *Joh.* X.

Schisma illud Pascale ex superbia procreatum

Quis nempe dubitat, *magistra superbia* procurante hoc *schisma* crudelissimum esse *fatium*? Quia ipse est Rex super omnes *filios superbiæ*. *Joh.* IV.

Humilitate contrario tollendum.

Et *ideo*, ut contrarium suo curetur contrario, *humilitatis perfectæ* magisterio est tollendum. Quia *humilitas* est summata justitia. *Matth.* III.

Humilitate perfecta apostolica familia Domini statuta & ordinata est in corpore, non invenitur in capite. Dist. 61. cas. Ho.

Et *hac virtute eminere debet præcipue* Nam dicit Canon, *quod requiritur*

Exemplo Christi.

Hanc *humilitatis* virtutem nostrer ineffabili suæ divinitatis sapientia adinvenit. Hanc tanquam *præcipuam* suo exemplo circa salutis nostræ primordia nobis tradidit, cum prægrandissimum schisma inter Deum & hominem, primi parentis inobedientia perpetratum, *sua humilitate* sedavit.

Digitized by Google

vit, factus obediens Patri usq; ad mortem, mortem autem crucis, & tanquam peritus Medicus huic morbo contraria appoſuit medicamenta. Quid fecit? *Non quæſivit terrenæ dignitatis gloriam.* Sed, cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, portans omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedensque ad dextram majeſtatis in excelſis, *exinanivit ſemetipſum*, formam ſervi accipiens, in habitu inventus ut homo. *Hebr. I. Philipp. II.* Sicque ſuæ excellentiſſimæ dignitati non pepercit. Nihil enim differt à ſervo, cum ſit Dominus omnium. Gal. IV.

Oſtenditin hoc, quod geſſit, & quod gerendum ſuis ſequacibus, præſertim *locum Apoſtolorum tenentibus* lucide demonſtravit, expreſſe & ſua voce *normam humilitatis* denuncians: Exemplum enim vobis didi, ut, *quemadmodum vobis feci, ita & vos faciatis. Joh. XIII.* Quod dictum non ſolum de lotione pedum accipiendum eſt, ſed *de qualibet actione* intelligendum. *Cum omnia Chriſti actionoſtra ſit inſtructio.* VI. *Decr. I. tit. 6. c. 4.* Unde Doctor ſanctiſſimus beatus *Gregorius* tractans illud verbum veritatis Evangelicæ: *Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum* &c. ſic ait: *Quia, niſi quis à ſemetipſo, hoc eſt, ab appetitu proprii excellentia deficiat, ad Deum, qui ſupra eum eſt, non appropinquat, nec vult apprehendere, quod ultra ipſum eſt, ſi heſcit malfare, quod eſt.* Mortificare ſcilicet ſe ipſum.

Verum, *Beatiſſime Pater*, quanquam multorum ingenia ſapientum ſe in hoc ſacro negotio unionis occuparunt: multæ prodierunt artes, *multiſque ſtudiis eſt quæſitum, ut Dei Eccleſia renovetur ſimiliter, realiter & perfecte*, pluribus modis attentatum, nondum autem practicatum, niſi à vero Chriſti vicario *per humilitatis virtutem debitam hac ſui ipſius exinanitione*, ad inſtar Chriſti, quam in ſedando ſchiſmate, prævaricatione primi hominis inducto, ut ſupra dixi, adhibuit. Juxta dictum Propheticum: *Dimiſi domum meam, reliqui hereditatem meam* &c. *Jer. II.*

Unitonem Eccleſiæ non ſperandam niſi ex ſumma humiliatione ac ſubmiſſione Pontificis.

Et ideò ad veſtram ſacram excellentiam aptiſſime hæc verba fiunt, quæ Johannes in vinculis, cum audiſſet opera Chriſti, mittens duos diſcipulos, ait: *Salſa & Te es, qui venturus, an alium expectamus?* Matth. XI.

memorabilis comminatio.

Tunc es, *Pater ſancte*, qui hoc lugubre *peſtis* excitatum ſchiſma igne Spiritus Sancti *Papa Joh.* extinguere *per virtutem humilitatis* ad- 23. veniſti, & extra mundi ditiones in exilium perpetuum propulſare atque ſe- *admoni-* pelire decreviſti, an alium expectamus? *tio ad ea.*

Certum enim eſt, quod *veri paſtoris ſonem à officium eſt animam ſuam ponere pro ovi- Papatu, bus ſuis.* Unde beatus *Gregorius* ſuper illo verſu *Joh. X. Et bonus paſtor ponit animam ſuam pro ovibus ſuis*, dicit: *Audiſtis Pontificis, eruditionem noſtram, audiſtis & periculum pro ſalute noſtrum. Ecce enim, ſi, qui non ex accidentali dono, ſed eſſentialiter bonus eſt, dicit: Ego vitam meam pro ovibus meis pono, quid de illo dicendum eſt, qui bonus fuit.* Unde beatus *Gregorius* ſuper illo verſu *Joh. X. Et bonus paſtor ponit animam ſuam pro ovibus ſuis*, dicit: *Audiſtis Pontificis, eruditionem noſtram, audiſtis & periculum pro ſalute noſtrum. Ecce enim, ſi, qui non ex accidentali dono, ſed eſſentialiter bonus eſt, dicit: Ego vitam meam pro ovibus meis pono, quid de illo dicendum eſt, qui bonus fuit.* *Officium animam ſuam pro ovibus ſuis*, dicit: *Audiſtis Pontificis, eruditionem noſtram, audiſtis & periculum pro ſalute noſtrum. Ecce enim, ſi, qui non ex accidentali dono, ſed eſſentialiter bonus eſt, dicit: Ego vitam meam pro ovibus meis pono, quid de illo dicendum eſt, qui bonus fuit.* *Eccleſiaſtici eſſe animam ſuam ponere pro ovi- Papatus, bus ſuis.* Unde beatus *Gregorius* ſuper illo verſu *Joh. X. Et bonus paſtor ponit animam ſuam pro ovibus ſuis*, dicit: *Audiſtis Pontificis, eruditionem noſtram, audiſtis & periculum pro ſalute noſtrum. Ecce enim, ſi, qui non ex accidentali dono, ſed eſſentialiter bonus eſt, dicit: Ego vitam meam pro ovibus meis pono, quid de illo dicendum eſt, qui bonus fuit.* *Officium animam ſuam pro ovibus ſuis*, dicit: *Audiſtis Pontificis, eruditionem noſtram, audiſtis & periculum pro ſalute noſtrum. Ecce enim, ſi, qui non ex accidentali dono, ſed eſſentialiter bonus eſt, dicit: Ego vitam meam pro ovibus meis pono, quid de illo dicendum eſt, qui bonus fuit.* *Eccleſiaſtici eſſe animam ſuam ponere pro ovib

ctatio gentium & redemtio Israel. Pontifex futurorum bonorum, qui est ex hominibus assumtus, & pro ovibus constitutus, in his, quæ sunt ad Deum. Vos estis missi ad oves, quæ perierunt domus Israel.

Attendat vestra sanctitas parabolam salvatoris, *Luc.* 3. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittet nonaginta in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam.*

Quid autem horum majus sit? Aperire cœlum & claudere, aut laceratum schismate corpus Christi mysticum, videlicet Dei Ecclesiam, reintegrare, nec destruere? Non tamen debeo dubitare utrumque ejusdem potestatis esse, ab eadem virtute Christi procedere, sic dicentis: *Quodcunque solveris super terram &c. Matth. XVI.*

In suprema igitur *specula residens* viam sive mundum senescentem conspicit positum in maligno. Nam, juxta veritatis vocem, gens surgit contra gentem, & regnum adversus regnum. Sol & luna subtraxerunt splendorem suum, hoc est, *lumen Apostolici culminis, & splendor imperialis dignitatis ecclipsatur.* Luc. XXI. Joh. II. ac devotio & obedientia soluta, & populi Christiani quasi duo gemelli in Rebeccæ utero scandalose usque colliduntur Gen. XXV.

Ut autem perditioni hujusmodi & discrimini salubri remedio occurratur, *fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*: Quod fuit thema.

Circa aliam divisionem thematis considero, quod virtus vestra, Christi altissimi, excellentissimæ potestatis, quæ à Deo vobis est data, in salutem omni credenti in Deo, & Græco & Romano. Ergo & hæc *virtus pariendi fideles populos*, 1. Tim. I. *in salto, non sono verborum.*

Et quod Christus potuit facere pro salute populorum, poterit ordinare & suos vicarios, *si abusus potestatis hujusmodi* non obstante, & clavis non aberret, respondent Doctores in c. *ad monasterium, De statu regularium.*

Unde si *gravis admonitio nonnullos Principum, Prælatorum, quorum hic præsentamus personas, ac proprias*, nec non *ac Comitis, votis communibus aliorum* supplici obsecratione humiliter deprecamur vestram benignitatem Apostolicam, verbis nostri thematis devote exclamantes, scilicet: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*, sive eorum, quæ ad pacem sunt Hierosolymæ, *in turribus tuis*, id est, tot & tantis patribus, Romanis *Cardinalibus* & sacrosanctis *Episcopis*, & *clericis*, Apostolica *congregati hic existunt.* Turres sint & propugnacula protectionis fidei orthodoxæ, & bases Ecclesiæ ædificatæ, construantur castrorum acies ordinatæ, quæ & *montibus sanctis* voce Prophetica designantur, *sexto Decret. lib. I. tit. 6. cap.*

Dabit quoque sanctitas vestra voce sua vocem virtutis: Et hic quod verbo & scripto *de Vestra sanctitatis salubri proposito* toti mundo innotuit, & propter hoc *universalem* vocavit *Ecclesiam in præsenti concilio*, Christo favente, qui est pax vestra, & fecit, Eph. II. *ut* liciter perficiat. Nec, quod absit, si secus contingeret, major dolor dolori additus *irreformabiliter deformaret* Ec. Periculis ecclesiam, sanctam & formosam Christi ex negligentia sponsam, essentque novissima pejora *in Concilio*, Ecclesiæ, Prioribus.

Facta autem & consummata pace universalis Ecclesiæ, ad provinciarum *in quatenus* particularium pacem & regnorum facilius pervenitur.

Quod devote ac religiose considerans præsbitatus *Princeps ac Dominus, Rex Rex Polonia*, & *Witoldus magnus Dux Lithuaniæ*, per reverendum in Christo patrem, Dominum *Dominum Episcopum Teutonicum*, Dominum *Episcopum sedis Apostoli Lasconensem*, Episcopum sedis Apostoli *bellum gerentem* & Vestræ sanctitatis, in illis partibus *vere deputatum* Vestræ sanctitatis, in illis partibus *vere deputatum* esse necessarium exercitibus pro sua devotione quæ validissimis exhortatus, armatis pro sedis Apostolicæ reverentia, licet non sine gravi pensione tunc moverat,

ſedi Apoſtolicæ & ſanctitati Veſtræ exhibuit, ac tam cito exhibet, oriatur ſibi in diebus veſtris juſtitia & abundantia pacis. Quoniam Deus pacis erit nobiscum. *Phil. IV. & II. Cor. XIII.*

Quam pacem præſtare dignetur Eccleſiæ ſuæ & nobis omnibus omnipotentiſſimus & clementiſſimus Dominus, qui eſt pax æterna, benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

TOMI II. PARS VII.

NICOLAI DE DINCKELSPUHEL

Theologi Viennenſis,

Alberti V. Auſtriæ Ducis (mox A. 1422. generi Cæſaris Sigismundi, ac poſtremo Imperatoris) ad Conſt. Concil. Legati,

ORATIO
AD SIGISMUNDUM CÆSAREM
IN CONCILII EXORDIO HABITA

De Auctoritate Imperatoris res Concilii gubernandi, ut publica paretur ſalus ſublato Schismate Papali.

Ex MSC. Academiæ Helmstadiensis.

SAlus noſtra in manu tua eſt. *Reſpiciat nos tantum Dominus noſter, & lætſa viemus Regn. Gen. 47. 25.* verba ſcribuntur.

Salus populi Chriſtiani, quæ licet attingi non poſſit *in terris*, tamen datum eſt mortalibus, ut ſub ea felicitate morali, nunc eis poſſibili, illam perfectam, quæ ſanctis reſervatur *in cœlis*, poſſint facilitèr promereri. *Salus hominum in terra & in cœlo.*

Ecce iſti ſunt *portus*, ad quas dirigi debent populi, ab his, qui gubernacula tenent in mari hujus mundi.

Iſti ſunt *fines*, ad quos reſpicere habet *Serenitas Regalis*, & omnes qui præſunt populis, ut ipſos ita regant, quod hic de virtute in virtutem, de ſcientia in ſcientiam, gradatim aſcendant, & finaliter ad beatitudinem & ſalutem perveniant conſummatam. *Cæſaris ac Regis iſti hominum ducere ad ſalutem.*

Hoc pertinet ad circumſpectiſſimam *Majeſtatem Regalem*. Hoc eſt *Regalis officii* debitum, religioſa mente pertractandum.

Ad Imperialem Celſitudinem pertinet cura & ſollicitudo circa bonam habitudinem utriusque ſtatus, ſcil. ſpiritualis & ſecularis, juxta illud *Juſtiniani Imperatoris, in Authenticis, Collatione I. Nihil ſic erit ſtudioſum Imperatoribus, ſicut ſacerdotum bonos eſſe, cum utique & pro illis ipſi Deo ſemper ſupplicent. Nam, etſi hoc quidem inculpabile ſit, undique & apud Deum fiducia plenum, Imperium autem recte & competenter exornet creditam ſibi rempublicam: Erit conſonantia quædam bona, omne, quicquid utile eſt, humano conferens generi.*

Et cum ſciat Veſtra Majeſtas, quod non poſſint homines in hos *fines* dirigi, nec poſſint ad iſtos *portus* perduci, nec poſſint prædicta bona ſtabiliter plantarium chriſtiano populo, niſi ab area ſanctæ Eccleſiæ *eradicentur ſchiſma* ac mala ipſius contraria: Advertat *Regia Celſitudo*, quod plures in unum convenientes ſint in agere & intelligere potentiores, ut dicit Ariſtoteles. Advertat etiam *priſcorum oribodoxorum Regum exempla*, quorum devotione, hortatu ac patrocinio plerumque in rectoactis Eccleſiæ neceſſitatibus *Synodi Epiſcoporum & Generalia Concilia convocata* ſunt. *Conciliorum plurium ponderoſitas.*

Eodem Veſtra Majeſtas ſummo deſiderio anhelet ac toris viribus procuret *congregationem Concilii generalis, pro unione ſtaurationeque pacis & integratione totius Eccleſiaſtici ſtatus.* *Concilii Conſt. ſecundo, & reformatio Eccleſiæ.*

Ut ibi patrum Conciliali determinatione, ad Dei gloriam & hominum ſalutem, omnis contradictio, omnes diſcordiæ, & omnia mala, prædictis finibus

bus humanis contraria, longe repellantur à Dei Ecclesia & populo Christiano.

Ecce unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, & in liberabis populum ejus de manibus inimicorum suorum, qui in circuitu ejus sunt. I. Reg. X.

Materialis civitas, ex lignis & lapidibus constructa, typum gerit civitatis non manu factæ humanitus, sed ex vivis lapidibus compaginatæ divinitus, *Ecclesia militans*, quæ *est congregatio fidelium*, *recta fide Deum colentium*. Qvæ & propheta testante, dicta est civitas regis magni, fundata in exaltatione universæ terræ, Psl. 97.

Ecclesia scil. *militantis*, qvæ *est congregatio fidelium*, *recta fide Deum colentium*.

In hac sua civitate, *Princeps Serenissime*, omnipotens Dominus Vestram Celsitudinem ex omni carne elegit, & jam constituit in *supremum Regem sui populi Christiani*.

Princeps Serenissime.

Et ideo, ut ipsum nomen Regis ostendit, & etiam requirit institutio ministerii Regalis dignitatis, & insuper attestantur magnifica opera gloriosorum præcedentium Regum: *Ad Vestram Regiam Majestatem pertinet, totis viribus insatigabili cura & studio intendere paci & tranquillitati, commodo & saluti, sic Vobis creditæ civitatis, prout Vestræ Serenitatis Celsitudo &c. ut schisma ab area civitatis Dei funditus evellatur. Unxit te Dominus in Regem super Israël, & misit te Dominus in viâ, I. Reg. XV.*

Cæsaris Sigismundi officii salutem reddere Ecclesiæ.

Pertinet ad Regem, *totis viribus insatigabili cura & studio intendere paci & tranquillitati, commodo & saluti*, ut *schisma ab area civitatis evellatur*.

Gloriosissime Princeps, Verba & opera ac ferventissimus Zelus gloriosissimorum præcedentium Regum, à quibus posteros verecundum esset degenerare, offendunt *officium Regale*. *Justinianus* enim in diversis *Authent.* locis de se ipso ait: *Magnum Deum & Salvatorem meum, Jesum Christum, auxilium invocantes, fundemus omnes nostros subjectos, quorum regimen credidit nobis Deus, illæsos & sine calumnia custodire.* Et alibi ait: *Nostra Serenitatis Celsitudo remedii invigilat subditorum. Nec cessamus inquirere & quæsita sit in nostra republica corrigendum. Deo namque volumus varios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus: Ubiq; militantem subjectis invenire volentes. Et ex quo nos Deus Romanorum proposuit imperio, omne habemus studium universa agere ad*

Cæsaris Justiniani solicitudo pro salute sui populi.

utilitatem commissa nobis à Deo reipublicæ. Omnibus etiam hominibus, qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, quod omne nobis est studium & oratio, ut crediti nobis a Domino Deo bene vivant, & ejus inveniant placationem. Quoniam & Dei misericordia non perditionem sed conversionem & salutem vult, & delinquentes qui corrigantur, suscipit. Hæc ille.

Hanc etiam sollicitudinem circa creditum sibi populum exercendam, ostendit ipsum *nomen Regis* & requirit institutio ministerii regalis dignitatis. *Rex* enim *a regendo* dictus est, eo quod regere habent populum sibi subditum. *Regere* autem *populum est, ipsum in finem suum dirigere*, & pro posse perducere. *Finis* vero *populi est salus ejus atque felicitas.* Qvæ est triplex:

Quid sit populum regere? Felicitas populi triplex.

Prima *politica*, qvæ in tribus consistit. *Primum* est pax & tranquillitas populi civiliter congregati: *Secundum* est, sufficientia necessariorum ad transigendam præsentis temporis vitam. *Tertium* est exterioris conversationis hominum decentia & honestas. *Populus* enim, qui hæc plene & stabiliter habuerit, *civilissimus felix* dici poterit.

Felicitas populi politica.

Secunda *felicitas* dici solet *moralis*. Et similiter *in tribus* consistit. *Primum* est plenitudo cognitionis cœlestium & subcœlestium, per scientiam & fidem. *Secundum* est, virtutum omnium jugè exercitium. *Tertium* est, veri cultus unius Dei publicum & solenne præconium.

Felicitas moralis.

Populus enim, qui in his tribus constanter perseverat, vere *moraliter felix* stanter perseverat, vere *moraliter felix* est: Qvamvis adhuc diminute, respectu *felicitatis* tertiæ, scil. *Præmiatoria*. In qua est ablatio omnis mali & conservatio omnis boni &c.

Felicitas præmiatoria.

Regia Majestas tota mente amplexetur *viam Concilii Generalis*, tanquam interiorem, certiorem, & certeras meliorem, *pro plenaria instauratione pacis & concordiæ & redintegratione totius Ecclesiastici status*. Et divina annuente clementia *ad votum Vestræ Serenitatis* eveniet, ut congregetur in copioso concilio potentum venerabilium virorum.

Concilii generalis.

Regia Majestas dignetur omnibus se

curit autem præbere. Ut quilibet liberè, ſine metu, & timore aut terrore loqui audeat, quicquid vere & pure tendit ad plenariam reformationem ſanctæ Eccleſiæ.

Rogatur Cæſar, ut libertatē ſuoi procuret omnibus in Concilio.

Et inſuper dignetur ſine perſonarum acceptione, ſine quacunque partialitatis effectu, ita ſe habere in hac Dei & ſanctæ Eccleſiæ cauſa, ut ſemota omni humana gratia & indebito favore, partes ſuas efficaciter, quantum ſibi convenit, poſſit interponere. Ut plenaria pax & unio ſanctæ Eccleſiæ, propter quam principaliter hoc ſacrum concilium veſtro horiatu ac interventione congregatum eſt, ita fiat & perficiatur caritative, ut hominum quietentur conſcientiæ, & ut Deo auto re maneat vera, ſtabilis & firma.

Pax Eccleſiæ Conſtantia quæſita.

Ob hoc enim Celſitudo Veſtræ Serenitatis habebit in præſenti gloriam & honorem, à tota Eccleſia, veſtro intervenitu de tantis preſſuris & periculis ſublevata: Et à Deo, apud quem nullum bonum manet irremuneratum, habebit profuturo inæſtimabilem gloriam, perpetuo duraturam.

Humilis, obediens, & fidelis filius Veſtræ Regiæ Maj. Illuſtris Princeps, propter teneritudinem ætatis ſuæ, propter novitatem ſuſcepti regiminis ſui dominii, propter quotidianas inquietudines exterorum, propter multiplices occupationes, non potuit in propria perſona adire Concilium.

Alberti, Auſtria Duxlegatus ad Concilii miſſi.

Ideo de procerum, Magnatum, & aliorum fidelium ſuorum maturo conſilio & aſſenſu, fecit & conſtituit legitimos procuratores ſuos & nuncios ſpeciales, Reverendos in Chriſto Patres, N. & N. Nobiles viros, N. & N. Barones, Miniſteriales Ducatus, N. ſtrenuum militem, item & me indignum ſacræ Theologiæ profeſſorem. Dediſque nobis plenam poteſtatem & mandatum, generali Concilio ipſius nomine intereſſendi, ordinationique ac diſpoſitioni ejusdem univerſalis Concilii cooperandi, quoad ea, quæ tendunt ad gloriam Dei, profectum fidei, perfectamque unionem & reformationem ſanctæ matris Eccleſiæ. Et inſuper prædictus Illuſtris Princeps, Dominus noſter gratioſus, Dominus Albertus, Auſtriæ Dux dedit nobis Autoritatem & plenariam poteſtatem ipſum obligandi, & pro eo ac ipſius nomine promittendi, quod omnia & ſingula, per generale Concilium, circa bonum ſtatum univerſalis Eccleſiæ ordinanda, ſeu concludenda, rata habebit & firma, ac inviolabiliter obſervabit, ad gloriam Dei & profectum ſanctæ matris Eccleſiæ, unicæ ſponſæ Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Deo patre, &c. Amen.

Dinckelſpuhel Theologo Viennenſi Legatus Auſtriacus. Legatorii Auſtriacorum inſtructio ad Concilium.

Hæc extracta ſunt ex ſermone quodam in Concilio Conſtantienſi facto coram Rege Romanorum Sigismundo, per egregium Sacræ Theologiæ Profeſſorem, Magiſtrum Nicolaum de Dinckelſpuhel, *pro tunc Ambaſiatorem Ducis Alberti quinti Auſtriæ.*

TOMI II. PARS VIII.

CARDINALIUM
aliorumq; Magnorum Virorum in Conſtantienſi
Concilio exiſtentium

CONSULTATIONES

à principio Concilii *usque ad fugam Papæ*, frequenti doctorum congreſſu inſtitutæ

De tribus Pontificibus, Johanne, Gregorio & Benedicto

ad Papatus reſignationem adigendis.

Partim ex Appendice Labbei,
partim
Ex antiquiſſimis Codicibus MSCtis
CÆSAREIS VINDOBONENSIBUS.

CAP.

Digitized by Google

CAP. I.

In genere de tenuibus primis fatis Unionis Ecclesiæ in Constantiensi Concilio per tres priores menses. Ex codice Capranicensi, allegante Labbeo in Appendice C.C. Quocum consentit Gestorum Const. C. MSC. Romana, testatur Schelstrat. in Tr. De sensu & autorit. Decr. quorundam C.C. p. 29.

Concilii Const. pax & reformatio Ecclesiæ.

IN hoc *generali Concilio Constantiensi* in quo agendum fuit *de pace & unione perfecta Ecclesiæ*, secundo *de reformatione* illius, *a principio Novembris* anni Domini 1414. quo ibi Papa & Collegium cenerant, *usque ad finem Januarii*, nihil omnino actum est neque factum de materia unionis. Quoniam apud aliquos erat *morbus: Noli me tangere.* Illi autem quiescere cupiebant, præ absentia Gallicorum & Anglicorum, in quibus apud omnes maximus ipes erat; tangere non audebant. *Const. ante Part. XIII. & XV.*

In principio Concilii, de unione Ecclesiæ nihil agitur.

Interim tamen *quinque præparatoria* acta sunt per aliquos Cardinales deputatos. Sed semper in *consistoriis* fuerunt propositi.

CAP. II.

Schedula, præsentata A. 1414. mense Novemb. proxime a Festo Martini, in congregatione Doctorum in Theologia, & ex parte Papæ Johannis XXIII. dein oblata.

Et continet utilem informationem & considerationem super ordine procedendi in Concilio Constantiensi: Præsertim quoad unionem Ecclesiæ.

Ex MSC. Cæsareo Vindobonensi. *Parte II. Act. C.C. p. 189 Ac.*

Procuratores & Promotores in Concilio Const. constituendi.

QUia Christi fidelibus congregandis in Concilio generali dari debet plena securitas, & secura libertas, ut sit animus in consulendo liber, juxta verbum Salustii: Ideo ad hunc finem, & ut in rebus agendis ordo debitus observetur, illa expedire videntur, quæ ordinarie ponuntur.

Exemplo Concilii Pisani.

Primo, quod per concilium deputentur certi notabiles viri, qui sint procuratores concilii, & promotores rerum agendarum, videlicet super pace & integratione Ecclesiæ & unionis, & super ejus universali reformatione, tam in capite, quam in membris. Sic enim decretum fuit in concilio Pisano. Ubi certum tales procuratores seu promotores fuerant deputati.

In Concil. Const. & Basil. Decreta in.

Item, cum prædictis deputandis deputentur certi notabiles viri, tam in divino, quam in humano juribus periti, qui essent consiliarii, seu directores rerum agendarum, & quorum consilio dicti procuratores haberent omnia deliberanda proponere & promovere, ut in consiliis super propositis in deliberando brevius & ordinatius procederetur, sicut in concilio Pisano.

Ut bonus in Concilio ordo servetur.

Item, quod inter duas sessiones dicti consiliarii & promotores, de pluribus nationibus eligendi, ut excludatur acceptio personarum, debeant certis diebus convenire ad audiendum omnes & singulos, qui super unione & reformatione Ecclesiæ aliquid verbo vel scripto voluerint exponere in Concilio proponenda. Ut in talibus evitetur confusio & ordo conveniens servetur; nec aliquis, quantumcunque parvus, ab audientia excludatur, quia sæpe Deus revelat parvulis, quæ Christo testes abscondit a sapientibus.

Consiliarii & Promotores Concilii constituendi.

Item, in sessionibus super propositis per dictos promotores servanda erit debita gravitas in deliberando. Ut, quod

Ut in Concilio tuto & expedite agendi.

Congregationes Promotorum. Nemo excludendus a Concilio.

Gravitas operis in deliberatione.

quod in una sessione proponitur, in alia concludatur. Et in exequendo vota singulorum deputandi erunt quidam notabiles viri, & prælati, qui cum notabilibus viris vota recolligant, & publice referant, notando majorem & saniorem partem, ubi non esset publica concordia. Et in hac & in aliis præcedentibus notetur modus procedendi, quem servarunt sancti Patres nostri in conciliis antiquis.

De votis colligendis.

Item, dato bono ordine procedendi, agendum est de materia prævia tractanda: Et videtur, quod inchoandum sit ab unione, seu pace Ecclesiæ, sine qua vix fieri potest reformatio in aliis utiliis & generalis.

Inchoandum in Concilio ab unione Ecclesiæ.

Prædicti quinque modi & articuli hujus schedulæ super modo procedendi præsentati fuerunt coram Domino nostro Papa in generali congregatione ex parte theologicæ facultatis.

Item, quantum ad hoc, laborandum est, quod propter renuentionem dictorum contendentium difficilis est via facti, laborandum est, quod fiat per viam cessionis liberæ, seu per viam reductionis.

Item ad dictam cessionem faciliùs obtinendum; & quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus, deliberandum erit, utrum statuendum esset per concilium: Quod quicunque electus, vel eligendus sua præsenti schismate, si pro bono pacis attenta perplexitate materiæ vellet cedere, eidem provideretur de notabili & secura statu in Ecclesia Dei.

Item expediens videtur, quod ex nunc ordinaretur dicta provisio talis & tanta, quod de illo statu quivis contendentium potius contenta retur, quam in illis immortalibus statum papalem erroneum teneret.

Item, quod principaliter agenda primo tractarentur per deputatos informationibus variis & scriptis, & hoc super reformatione universalis Ecclesiæ, de quibus postea concilium informaretur.

Item, si videretur, aliud concilium in brevi celebrandum esse nisi sumptuosum & laboriosum, & partibus contendentibus, & suis obedientibus onerosum, autoritate dicti concilii possetordinari, quod certi notabiles prælati & personæ de diversis nationibus & regnis usque ad certum numerum, loco & tempore ex nunc declarandis, convenirent cum partibus contendentibus, vel eorum procuratoribus, & quod illi sic congregati repræsentarent totum concilium generale, ac quicquid definirent, esset perinde, ac si in concilio esset factum. Et hoc non est juri divino aut humano contrarium, quod simile legitur a sanctis Patribus esse factum.

Item, si dicatur, quod forte ipsi principaliter contendentes in præmissis non consentirent; dico: si contra tam justas & rationabiles vias exceperint, quod absit, ex parte concilii requirendæ sunt obedientiæ, ut eos unanimiter moveant. Quod si prorum fratrum hæc æquitatem noluerint, ex nunc prout ex tunc determendi sunt tanquam desertores Ecclesiæ, & acriter coercendi. Quia in morbo pestilentico est etiam cum cauterio providendum. De modo autem coertionis & provisionis in casu prædicto alibi est dictum.

St repugnent illi duo, modus de dictis cedere, vel dignitate esse exuun, dei.

Item, si dicatur: Illis, quæ decernentur in Concilio præsenti, dicti contendentes obtemperare non tenentur, quia, ut dicunt adulatores eorum, tres veros Papas, & talis non tenetur sequi deliberata decreta concilii generalis: Respondeo, quod iste error pernicio sissimus, maxime in casu præsenti. Quia secundum dictamen juris naturalis in quolibet corpore legitimum est caput, & modis omnibus coercendum, per membra cætera, si nitentur tyrannidem & rabiem exercere.

Item, si dicatur: Dicti contendentes forte in dicto concilio multa promittent, quæ minime observabunt, & sic hujus concilii decreta debita executione carebunt; Dico, quod iis casibus erit necesse providere, dando irenum stimu-

Papam Johannem videri resignandi, exclusis dubiis rei aliquis, Gregorio & Benedicto.

Dubitatio ad cedendum esse præstandum, Cedentibus filiis de bonefacto præmovendum.

Digitized by Google

ſtimulorum malitiæ effrenatæ, ſuper quo dabuntur, ſi opus fuerit, boni modi.

Item, ſuper hoc & omnibus præmiſſis conſideranda erit proteſtio, quam fecit Bonifacius VIII, ut antecederant prædeceſſoris ſui, quæ ſi à ſucceſſoribus fieret, ea, quæ addenda, ſorent, in præſenti concilio definirentur, & per hoc provideretur multis inconvenientibus antedictis.

Item, ſi dicatur, quod ſorte dicti contendentes ad iſtud concilium non venirent, vel non ſufficienter mitterent, quid ergo alii ſine ipſorum præſentia vel conſenſu facere poterunt: Hic dico, quod idem per omnia facere poterit concilium, ac ſi illi perſonaliter intereſſent. Alioquin, ſi ad providendum tantæ neceſſitati Eccleſiæ expedit charitur eorum præſentia vel conſenſus, nunquam fieret finis hujus ſancti & miſeriæ, quod abſurdum eſt dicere.

Absentibus quoq; illis duobus contendentibus res Concilii poſſe confici.

Item, quantum ad Dominum noſtrum Papam Johannem, quia cum Rege Romano ſolenniter concordavit de loco & tempore concilii, ipſum per ſuas literas & nuncios Apoſtolicos & legatos quantum ad ſuam obedientiã denunciavit, & convocavit etiam alios ſibi non obedientes, Regem prædictum requiri fecit, & cum ſuo collegio magnis periculis, laboribus, & expenſis montes pertranſiit, ad civitatem Conſtantiam velut vir conſtantiſſimus appreperando.

Johannes XXIII. Papa Sigismundo Cæsare invitat ad Concilii Constantiense venire.

Item, quantum ad alios duos contendentes, idem Rex eis, & illis de ſua obedientia intimavit dictum concilium, offerens eis ſalvum conductum, & omnimodam ſecuritatem pro ſe & ſuis obedientiis. Et ideo illorum absentia ipſorum negligentiis & culpis imputanda eſt, & non in damnum & periculum Eccleſiæ retorquenda.

Invitati à Cæsare & reliqui duo Græci gerebant se benedicti.

Præmiſſa ſub correctione præſentata ſunt ſine allegatione rationum vel auctoritatum, gratia brevitatis. Et ſi aliqua reyocentur in dubium, paratus ſum ea declarare, & ad obiecta reſpondere.

CAP. III.

Schedula Italorum, *Oblata in primo congreſſu Cardinalium & aliorum Prælatorum in Palatio Papali, abſente Papa, in principio menſis Dec. A.* 1414. referente Labbeo.

Primus in Palatio Papæ congreſſus, abſente Johanne XXIII,

IN *prima conventione in Palatio, abſente Papa*, ex parte *nationis Italicæ* data eſt pro materia Concilii *ſchedula*, in effectu concludens, quod in Concilio primò ageretur *de confirmatione Piſani Concilii, & executione ſententiarum illius* per aggravationes, & alios modos.

(Forte huc pertinet *ſchedula*, quam exhibet *Bzovius* in *Annal.* ad A. 1414. *f.* 382. *c.* 2. ex *correctione.*

CAP. IV.

Schedulæ Cardinalis Cameracenſis, Petri de Alliaco, *Italorum deſiderii & ſchedulæ oppoſita*, præſentata die VII. menſis Decembris A. 1414. *in* congregatione Cardinalium & aliorum Prælatorum. *Cum* Additionibus *ejusdem Cardinalis Cameracenſis.*

De propria autoritate Concilii Piſani, negata atque nova confirmatione, ut & de rebus arduis quoad reformationem & unionem Eccleſiæ in Conſt. Concilio conficiendis.

Ex Bzovio & Labbeo partim, partim ex *MSC. Cæſareo Vindob.*

Petrus de Alliaco in principio ſuum Concilii propoſuit auctoritatem ejus.

Parte II. Act. C. C. f. 183.

QVÆ (Italorum) ſchedula lecta, Dominus *Cardinalis Cameracenſis* ſtatim porrexit aliam *ſchedulam* contrariã, quæ ante viſa fuerat per Cardinalem Sancti Marci, & quosdam alios Prælatos & Doctores Galli-

cos, concludens in effectu contrarium. Attento, quod *Ambaſiatores Petri de Luna, & Angeli Corario* veniebant: Donec ſaltem eſſent hauditi. Et ita ſiluit illa materia.

Interim *actum eſt contra* quendam hæ-

retic**um** Bohemum dictum *Johannem Huſs*, & de erroribus Johannis Wiclef Anglici.

Tenor vero ſchedulæ Domini *Cardinalis Cameracenſis* talis eſt. Ex MSC. Vind. l. c.

Sequuntur *aliqua queſtiones, ad quas probandas & defendendas coram Concilio generali ſe offerunt aliqui Prælati & Doctores, ſuper his deliberationem Concilii ſufficienter congregati requirentes.*

In Conſtantienſi Concilio agendum de unione & reformatione Eccleſiæ.

Sacrum Concilium Piſanum obligat Dominos Papam & Cardinales ad hoc, quod in præſenti Concilio modis & viis rationabilibus tractent de perfecta & integra unione Eccleſiæ, ſive pace & ejus debita reformatione & incapite & in membris.

(*Additio Cardinalis Cameracenſis in margine Schedulæ & MSCti Vind.*)

Tam ratione juramenti, præſtiti in Concilio Piſano, quàm determinationis Seſſionis 19. ſeptima die Auguſti celebratæ. Ubi fuit continuatio ejusdem Concilii decreta, pro reformatione Eccleſiæ univerſalis. Quia ſine illa, tanquam penetrabili exterminativa ſchismatis, non eſt pax perfecta, & integra unio Eccleſiæ conſummata.

Ad hoc non tantum obligat dictum Concilium Piſanum, ſed etiam jus naturale & divinum.

Ad hoc etiam obligantur Prælati Eccleſiæ ad præſens Concilium convocati, vel etiam congregandi.

Illiqui pertinaciter aſſerunt, dictum Conſtantienſe Concilium debere diſſolvi, ſeu ejus continuationē ad aliud Concilium prorogari, ubi dicta unio & reformatio finaliter concludantur, in caſu quo in præſenti non fierent, ſunt fautores ſchismatis, & de hæreſi vehementiſſime ſuſpectli.

(*Additio Card. Cam. in margine.*)

Ratio, **quia** præſens Concilium principaliter ordinatur ad extirpationem ſchismatis & reformationem Eccleſiæ. **Hunc** autem finalem effectum tollunt. Unde de hæreſi ſunt ſuſpecti. **Quia** ſchisma eſt diſpoſitio trahens **ad** Hæreſin.

Concilii Piſanum fuiſſe legitimum.

In præſenti Concilio non eſt revocandum in dubium, ſed pro fundamento ſupponendum, quod Concilium Piſanum fuit legitime & canonice celebratum, & ideo ſtabile & firmum.

(*Additio Card. Cam. in margine.*)

Num credendum eſt, dictum Piſanum Concilium viis & modis rationabilibus ſic tractaſſe de perfecta unione Eccleſiæ & integra, quod ipſum effectuum concluſerit & conſummaverit.

Concilium Piſanum & præſens Concilium unitate continuationis unum debent Concilium appellari. Quare iſtud reſpectu illius non habet proprie autoritatem confirmandi & illud ſeu roborandi, ſed magis, cum hoc ab illo dependeat, continuative inchoandi. Concilii Piſanum tanquam coherens partes.

(*Additio Card. Cam. in margine.*)

Quia ſicut par in parem non habet imperium, ſic nec idem in ſemetipſum. Unde dicta conciliæ æqualia reputentur. Ex quo ſequitur, quod confirmatio Piſani Concilii, ſimpliciter & ſine nova cauſa facta, non habet proprie autoritatem mentes ſolidandi, ſed magis irritandi, nec omnem ſcrupuloſitatem, in cauſa dicti Piſani Concilii, amovendi, ſeu errores circa ipſum extirpandi, ſed magis novos errores inducendi, & ſchismatis obſtinationem confirmandi, niſi prius convenientia remedia adhibeantur.

Petitio, quod Concilium Piſanum per præſens Concilium confirmetur, antequam in ipſo plene congregato agatur de viis & modis dictæ unionis & reformationis Eccleſiæ, non eſt de præſenti admittenda ſeu tractanda.

(*Additio Card. Cam. in margine.*)

Quia non eſt juſta, ſancta, rationabilis, aut fundamentalis agendorum in præſenti Concilio. Et hoc propter Schismaticos, ſacrum Concilium Piſanum & ejus geſta impugnantes. Eſt inquam petitio pro nunc, ſaltem in præſenti Concilio, inutilis & infructuoſa, & veriſimiliter poſſet eſſe damnoſa & periculoſa, utpote ſchismatis confirmativa, niſi prius tribus conditionibus adhibitis, de quibus alibi habetur. *Vid. infra C. VIII.*

Prædictæ concluſiones favent unitati Eccleſiæ & veritati fidei, oppoſita favent ſchismati, & ſapiunt ſautoriam hæreſis pravitatis.

Cap.

CAP. V.

De duobus Pontificibus Gregorio XII. & Benedicto XIII. blande invitandis ad spontaneam cessionem.

Schedula præsentata per Petrum de Alliaco, Cardinalem Cameracensem, Cardinalibus, deinde Johanni XXIII. Papæ, in generali congregatione.

Ex *MSC. Cæsareo Vindobonensi, Part. II. Act. Conc. C. f.* 183. *b.*

QVia in præsenti concilio non à rigore, sed à mansvetudine inchoandum est, ideo ad mediandum inter aliquas opiniones, factas SEPTIMA DIE DECEMBRIS in CONGREGATIONE CARDINALIUM & ALIORUM PRÆLATORUM, videntur sequentes considerationes utiles in prima sessione promovendæ, ut interim super eis deliberetur, & in seqventi sessione postea concludatur.

Vid. supr. Cap. III. & IV.

Non arma sumi statim Unio Ecclesiæ quærenda.

Ad exterminationem schismatis primi usquam procedatur de facto per viam belli, prius tractandæ sunt omnes viæ rationabiles pacis, quibus de jure naturali & divino poterit, dum perfecta & integra pax, seu unio Ecclesiæ Dei obtineatur, juxtà verbum Terentii: *Omnia prius experiri, quam armis decertare, decet sapientem.*

Cessationis contendentii, meliorem partem via.

Qvia ejectio duorum contendentium de papatu non est facilis vel verosimilis obtineri viâ belli, tentandum erit, & diligenter tractandum, quod fiat pax per ipsorum reductionem, vel voluntariam cessionem.

Invitandi ad spontaneam cessionem contendentes.

Ad dictam *cessionem* facilius obtinendam dicti contendentes per media licita sunt alliciendi, & inducendi.

Conf. cap. sequenti. Cardinibus Papatui Pontificium provisiones dandi de benefactione.

Ad inducendum eos ad tantum bonum, quia Ecclesia non claudit gremium redeunti, in principio hujus concilii esset deliberandum: An expedire statuere: Qvod quicunqve electus vel eligendus sub præsenti schismate, si pro bono pacis vellet cedere, eidem provideretur de statu notabili & securo. Et qvod pro nunc ordinaretur provisio talis & tanta, qvod de ea qvilibet deberet potius contentari, qvam sic in statu suo miserabili permanere.

Si in vita horum contendentium non posset dicta cessio obtineri, statuendum esset, quod ipsis decedentibus non fieret nova electio ad continuandum schisma. Et super hoc apud suas obedientias deberet omnis diligentia possibilis adhiberi.

Si cessio non obtineatur, debet adhiberi media ad obtinendi pacis obtinendæ.

Si per dictam viam cessionis in præsenti concilio non detur finis schismati, propter hoc non sunt relinquendæ aliæ viæ rationabiles unionis, seu modi. De qvibus tractandum erit loco & tempore oportunis.

de modi,

Si dicti contendentes, seu principes & Prælati, suarum obedientiarum conventionem obtulerint, ad tractandum de dictis viis & modis rationabilibus, hæc oblatio non erit respuenda. Et in casu, qvo in præsenti concilio dicti modi, seu viæ unionis non possunt plene concludi & tractari, vel executione mandari: Tunc ad hæc & ad alia pro utilitate Ecclesiæ statuenda, præsens concilium debet prorogari ad aliqvod breve tempus, in loco habili & decenti, & ex nunc locus & tempus declarari: Et ad redimendam vexationem multorum, possunt eligi aliqvi de qualibet natione, in quos possit transferri tota autoritas concilii generalis sicut aliàs similiter legitur esse factum.

Ex Nationibus aliqui deputandi, qui referant vera autoritatem concilii.

Exinde statuenda essent remedia, qvibus provideretur, qvantum pateretur humana providentia, qvod in futurum non fierent tale schismata ex similibus occasionibus & causis radicalibus, ex quibus hoc nefandū schisma ortum dignoscitur habuisse. Et hæc materia, ubi opportunum fuerit, poterit latius declarari.

De præmissis recipiantur illa, quæ nunc videbuntur expedire. Præmissis autem expeditis in sessionibus seqventi-

quentibus, ſi interim duo contendentes non ſe ſubjiciant rationi, tunc agendum erit nonſolum ad cõfirmationem concilii Piſani, ſed & aggravationem, &c. ſicut aliqui ſcripſerunt.

CAP. VI.

Confirmata mollis via, invitandi duos Pontifices Gregorium & Benedictum ad ſpontaneam ceſſionem.

Schedula præſentata Domino noſtro Papæ Johanni XXIII. ſuper uno articulo ſupra ſcripto quinto &c.

Ex MSC. Cæſareo Vindobonenſi. *Part. II. Act. C. C. f. 184. b.*

AD humilem inſtantiam ſacri concilii Dominus noſter Papa poſſet induci ad ſtatuendum in prima ſeſſione: Quod quicunque electus vel eligendus &c. prout *in alia ſchedula præcedenti* tangitur. Ad hoc ſtatuendum venirent ſequentes rationes.

Vid. cap. præcedenti. fol. 196. in fin.

Primo, licet multis videatur, quod de rigore juris & juſtitiæ ſententia concilii Piſani lata contra duos contendentes deberet aggravari propter ipſorum longævam contumaciam &c. ut pia mater Eccleſia oſtendat, ſe non velle à rigore inciperé, ſed à manſvetudine, nec velle claudere oſtium miſericordiæ, nec præcludere viam patis, gratiæ & concordiæ, eſt potius ad temperandum, & præcipue in principio concilii mitius agendum.

Non juxtarigorē ſed mitiꝰ in principio Concilii agendū cum contendentibus.

Item, quod etiam non claudit Eccleſia gremium redeunti. Hoc autem ſtatutum non fieret ſimpliciter, ſed ut ſub conditione redirent.

(*Additio Cardinalis in margine.*)

Ratio fundamentalis omnium ſequentium articulorum eſt hæc. Quia, licet ſimoniace pactiſare cum hæretico ſive cum catholico non ſit licitum, tamen per media licita alliciendi ſunt, & inducendi ad bonum pacis & concordiæ, & non ſolum contendentes, & eorum obedientes, ſed & Græci, aut qvicunqve minus vel magis hæretici & ſchismatici, ut ad gremium redeant Eccleſiæ, ſtatuendo, per modum decreti, honoris & bonorum temporalium ac vitæ neceſſariorum proviſionem rationabilem, maxime, ubi via reductionis ipſorum alias eſt difficilis, nec verſimiliter poſſibilis. Et oppoſitum hujus dicens derogat ſacræ ſcripturæ & ſanctorum Patrum ſanctionibus, ſicut in qvibusdam lucide demonſtratur ſeqventibus & infra ſcriptis.

Humaniter invitandi erranteꝫ ut redeant.

De vita neceſſariis providendum reverſis ad Eccleſiã.

Item, qvia ad extirpationem ſchismatis, priusqvam procedatur de facto per viam belli, contra dictos contendentes, & ipſorum adhærentes, tandæ ſunt viæ rationabiles pacis. Unde dicit ſententia Apoſtolica: *Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habete.*

Non arꝫmis ſtatim ruꝫ expediendꝫ.

Item, qvod ad reductionem dictorum contendentium & ſuorum adhærentium ipſi ſunt per media licita inducendi. Hoc autem ſtatutum eſſet medium ad hoc licitum, & honeſtum, ut, anteqvam tractaretur cum eis, & Ambaſiatoribus ſuis, fieret mentio ad tollendum omnem ſpeciem mali, & omnes occaſiones ſiniſtræ ſuſpicionis, videlicet de Simoniaco tractatu. &c.

Amice cum conꝫtendentibꝰ agendꝫ.

Item, qvia licitum eſt, redimere vexationem. Magna autem eſſet vexatio noſtra in ejectione dictorum contendentium per viam facti. Qvare. &c.

Via facti rem expedire, ſepe valde ſumpuoſum.

(*Additio marginalis Cardinalis C.*)

Nam in multum minori cauſa, videlicet tuitionis patrimonii Eccleſiæ temporalis, infinitas vexationes ridon ſolum inutiles, ſed & damnoſas, impugnando adverſarios Eccleſiæ, dicta Eccleſia ſuſtinuit miſerabiliter & ſuſcepit.

Item, qvia juxta parabolam Evangelicam

licam bonus Pastor debet quærere ovem perditam, & propriis humeris reducere ad ovile.

(Additio in margine)

Propriis humeris i. e. proprio labore corporali, & damno temporali.

Item, quod pius Medicus ægroto etiam renitenti debet salutaria remedia præsentare. Et quandoque prodest via vis medicina, ubi fortior obsistet, & contra.

(Additio Marginalis)

Nam juxta dictum Christi; *non est opus sano Medico, sed male habentes.* Consideret igitur Medicus, quod non proficiens fortiori lenior applicetur ægrotantibus & vice versa.

Item. Licet hoc sit, non tamen in favorem dictorum contendentium, sed magis in favorem Regum & Principum, ac aliorum eis obedientium, qui, eorū seductione decepti, non sunt de veritate & justitia Pisani concilii plenarie informati. Unde iperandum est, quod ipsi videntes hanc manifestudinem facti concilii, se ab illorum obedientiis abstrahant, in casu, in quo nollent illud exequi, ad quod juramento & voto teneantur, ante Concilium Pisanum obligati.

Item ad dictam ipsorum reductionem multum operaretur, quod Dominus noster in hac prima sessione offerat se voluntarium & paratum, non solum ad extirpandum præsens schisma, sed etiam sanctorum Patrum tempore vendilgita ad providendum & statuendum remedia, quibus provideretur, quod in futurum non fieret tale schisma, ex similibus occasionibus, vel radicalibus causis, ex quibus hoc nefandum schisma ortum habuisse dignoscitur.

Obligandus Joannes 23. qui schismati illi medebatur.

Et hunc ad præmissa tractanda & avisanda darentur ex parte concilii deputati.

CAP. VII.

Conclusiones Cameracensis Cardinalis cum quibusdam additionibus.

Ex MSC. Vindobonensi, Parte II. Tit. C. C. f. 188.

QUia secundum divinam scripturam super *omnia vincit veritas*, & sæpe victoriosius vincit, quando fortius impugnatur; Ideo, cum *quibusdam Sacræ paginæ Magistris*, perse, vel sibi in hoc adhærentibus, in hoc sacro concilio alias *ex parte quorundam Prælatorum & Doctorum proponeretur*, elucidare cupiens, quasdam *conclusiones* illarum rebus tativas probare, & defendere obtulit sid præsens, deliberationem concilii super his humiliter requirens; Quarundam conclusionum *additiones* virtualiter ponuntur *in margine conclusionum.* Doctorum prærillorum, scilicet, primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ & sextæ.

Vide supra cap. 11. & VI.

Septima conclusio: Licet Concilium Pisanum probabiliter credatur repræsentasse universalem Ecclesiam, & vices ejus gessisse, quæ Spiritu Sancto regitur, & errare non potest: Tamen propter hoc non est necessario concludendum, quod à quocunque fideli sit firmiter credendum, quod illud concilium errare non potuit. Cum *plura priora concilia fuerint aliter reputata, quæ errasse leguntur.* Nam, secundum quosdam magnos Doctores, *generale concilium potest errare non solum in facto, sed etiam in jure*, & quod magis est, *in fide.* Quia *sola universalis Ecclesia hoc habet privilegium, quod in fide errare non potest* juxta illud Christi dictum Petro, non pro se, nec certitudinaliter pro fide universæ Ecclesiæ: *Petre, non deficiet fides tua.*

Concilium errare posse in facto, jure, in fide.

Octava conclusio: Licet *concilium Pisanum*, & sequens *concilium Romanum* vocatum *Constantiense*, & sequens *concilium Pisanum* ab eodem *prælato*, non fuit proprie & simpliciter unum: Tamen bene propriissime similitudinis loquendi, sicut *Constantiense* militans dicitur una à principio mundi usque nunc, vel sicut fluvius Rheni unitate continuationis est idem fluvius

Quæstio.

sine dici unum.

Digitized by Google

fluvius, qui fuit à centum annis, licet forte nulla gutta aquæ, quæ tunc fuerit, ibidem nunc remanserit. Et hæc diversitas magis est verbalis, quam realis, & magis puerilis quam doctrinalis.

Duodecima conclusio; Quia *mediarum conclusionum* insertio per modum postillarum *in margine præcedentium conclusionum* aliàs ponuntur) est talis. Prædictas conclusiones, salva oppositorum tenere volentium reverentia, tanquam unitati, puritati, humilitati, ac justitiæ Ecclesiæ (& veritati fidei) Nam rigor enim justitiæ temperant, & moderantur per misericordiæ. Sed conclusiones contrariæ oppositum facientes videntur favere schismati, & operare fautoriam hæreticæ pravitatis.

Supr. Cap. IV.

Vid. supr. Cap. VI.

CAP. VIII.

Absentiam duorum Pontificum, Gregorii & Benedicti, non obstare tractatibus Concilii, legatosque eorum ad Concilium esse admittendos ac in eo audiendos à Cæsare, in principio Concilii

Ex MSC. Vindobon. *Part. I. fol. 161. a.* hoc titulo:

Quotuplex sit autoritas partialis Concilii præsentis.

Constantiense Concilium vocatum à Papa sed à Cæsare convocatum.

SCiendum, quod præsens *concilium* non solum autoritate Papæ, vel sedis Apostolicæ *vocatum* est, sed etiam *ad instantiam Regis Romanorum*, qui cernitur Ecclesiæ Advocatus, cujus incumbit officio, in hanc Ecclesiam providere.

Unde legitur in historiis, quod tempore *Gregorii VII.* & *Clementis III.* fuit schisma Ecclesiæ, ex quo multa scandala secuta sunt. Propter quod *Henricus Imperator congregavit concilium generale*, non vocatis Papa & Cardinalibus, qui erant discordes. Et tamen, quod ibidem ordinatum fuit, valuit, & in Ecclesia observatum est, non obstante absentia Cardinalium & Papæ.

Jus Cæsaris in convocando Concilio.

Absentibus licet duabus Pontificibus, Concilium tamen desinere posse.

Quod à fortiori, in isto casu non obstante *absentia duorum contendentium*, poterit utiliter Ecclesiæ provideri per præsens *concilium* tam solemniter convocatum.

Item ex dicto exemplo hujus Imperatoris patet, quod illa *juris communia*, quæ dicta probatur, quod solus Papa potest concilium celebrare generale, *non sunt sic generaliter intelligenda*, quin recipiant exceptionem in quibusdam specialibus casibus, sicut in præsenti est casus schismatis. Propter quod si Papa vocanti *concilium* universaliter non obedietur, tunc, *ejus necessitatis, potest ab Imperatore vocari*, vel à *Cardinalibus*, aut, eis negligentibus, ab *aliis*, sicut fuit *in Pisano Concilio* declaratum.

Item, quanquam ab aliquibus XXII. *schismata* numerentur, tamen istud *ultimum* quocunque alio diutius & obstinatius perseverat. Et ideo, si unquam *licuit Imperatori* vel *Cardinalibus* pro aliquo schismate extirpando *evocare concilium*, nunc maxime *licet*. Et in hoc cæteri Reges & Principes Christiani sibi debent efficaciter assistere. Alioquin non erit finis malorum, & per amplius crescent Zizania & scandala. Quia, licet non reperiatur, aliquod schisma sine concilio fuisse sublatum, quanquam Ecclesia sub aliquo schismate collapsa legitur, *nunquam tamen propriis cleri viribus sine Principum secularium speciali auxilio est Ecclesiæ erecta.* *schismata*

Ex quibus patet, quod dictus *Rex potest & debet dare audientiam Ambassiatoribus duorum contendentium* seu cujuslibet *eorum* aut eorumcunque Principum vel Prælatorum suarum obedientiarum; convocatis ad hoc Prælatis, & aliis in hoc Concilio præsentibus. *collapsa fine Principum aliquam ecclesiam erecta.*

Item potest & debet rogare & requirere præfens Concilium, quod *nihil innoveatur circa Pisanum concilium*, ipsum confirmando, approbando, vel aggravando, nisi *tribus condictionibus* prius observatis, de quibus alibi habetur & etiam sequuntur in hæc verba.

Primo: Nisi præfens concilium fuerit *de omnibus nationibus* publice *congregatum.*

Secun-

Secundo: Nisi prius fuerit plene & mature deliberatum super oblatis, & offerendis per dictos Ambasiatores: Et illa *communicentur per singulas nationes*.

Tertio: Nisi dicti contendentes, aut ipsorum Ambasiatores, vel obedientiæ, obstinati recusent communem viam rationabilem, eis oblatam, vel offerendam pro extirpatione schismatis & conclusione integræ pacis Ecclesiæ universalis. Alioquin per assertionem contrariam datur via perpetuationis schismati præsenti.

Rationes autem ad præmissa potuerunt allegari. Ex quibus patebit, quod *Ambasiatores dictarum obedientiarum non sunt refutandi*, sed magis omnibus licitis modis *alliciendi* ad dictam pacem, juxta illud Apostoli: *Si fieri potest* &c.

CAP. IX.

De negotio unionis Ecclesiasticæ post adventum Sigismundi Cæsaris ad Concilium, in principio Anni 1415. maxime quoad Gregorium XII. Papatu cessurum.

Ex Labbeo & MSC. Vindobonensi.

POstmodum venit Rex Romanorum in nocte Dominicæ Nativitatis.

Et post illius adventum etiam advenichant nuncii Angeli & Petri de Luna.

Quorum aliqui erant Anti-Cardinales.

Magna altercatio fuit, si permitterentur *ingredi dum rubeo capello*. Et pro bona parte obtentum quod sic. Et ita ingressi sunt.

Venit etiam *Dux Bavariæ Ludovicus*, obediens Angelo Corario, dicto Gregorio.

Et tandem coram Rege Romanorum *nuntii Angeli* proposuerunt publice, & in effectu fecerunt se sortes de *via cessionis* pro domino suo. Nullum tamen mandatum ostenderunt.

Schedulæ oblata per Legatos pro Gregorio XII. Papatu abituro. Ex MSC. Vindobon. Parte IV. Act. Conc. C. f. 68. b.

AD Laudem & honorem omnipotentis Dei, pacem & consolationem totius populi Christiani, salutemq; animarum & hujusmodi pestiferi schismatis facilliorem & totalem extirpationem, exemplum humilitatis Christi insequentes Nos GREGORIUS, *divina disponente clementia* Papa XII. viam cessionis Papatus, *cui, Christo favente, insistere præsumimus, Petro de Luna, & Balthasare Cossa, sive in dicto papatu, licet indebite, præsidentibus, ex nunc pura & sincera intentione offerimus, per nos aut procuratores nostros ad hoc sufficienter & irrevocabiliter constituendos, juxta determinationem concilii, per Regiam Majestatem de omnibus obedientiis & nationibus in hoc schismate in civitate Constantiense congregati, dicto* BALTHASARE *seu à nonnullis* JOHANNES XXIII. *nuncupatur, non præsidente, nec inter esse nte, cum effectu perficiendam, præfatis* PETRO de LUNA & BALTHASARE COSSA *idem facientibus. Et etiam in casu, quo illi vivis vel mortuis, vel uno eorum vivo & altero mortuo, eorum obedientia ad unicum & indubitatum pastorem, nobis renunciantibus, & non alias, se reducere vellent, & contra præmissa non venire, Deo & ecclesiæ sacrosanctæ, cui præsidemus, promittimus & vovemus, literas, sub bulla nostra, præfatis* PETRO & BALTHASARI, *ac etiam Regibus, Ducibus, Principibus, & Universitatibus, ad ordinationem præfati concilii dirigendas, concedendo.*

Consequenter audiit sunt *nuntii* Petri de Luna, qui nihil aliud ostenderunt nisi *conventionem Regis Romanorum cum Rege Arragonum*. Quia P. de Luna & Rex Romanorum, ut dicebatur, petiverant & nominaverant locum Niciæ, & tempus in Aprili proximo. Quibus nihil adhuc est responsum.

CAP.

CAP. X.

Cedula nova de certò futura cessione Gregorii, ex parte Gregorii Papæ XII. per illustrem Principem Ducem Ludovicum Comitem Palatinum, & ejus obedientiam, scil. Episcopum Spirensem, Wormatiensem, &c. Constantiæ Papæ Johanni 23. & ejus obedientiæ, & Serenissimo Romanorum Regi Sigismundo præsentata.

Ex MSC. Cæsar. Vind. Parte IV. Act. Conc. Const. f. 68. b.

POst hoc *Dux Bavariæ Ludovicus* coram Rege Romanorum & pluribus Prælatis & aliis publice proponi fecit contenta in cedula cujus tenor sequitur.

Si placeat Regiæ Majestati, & aliis ad quos spectat, ingredi tractatum amicabilem super cessione, quæ videtur etiam placere multis, de diversis obedientiis hinc & inde: Tenor illustris Principis, Domini Ducis Ludovici, & Prælati de obedientia Domini Gregorii Papæ XII. hic præsentialiter in Constantia existentes, una cum R. P. Domino Cardinali Ragusino, & Patriarcha Constantinopolitano, nuntiis Apostolicis, sufficienti mandato ad hoc, ut creditur fulcitis, volunt dare omnem quam poterunt operam, quod per eandem efficialiter procedatur.

Et si per prælicam forsan deveniretur in illa via ad aliquam conclusionem unionis, ad quam secundum circumstantias tunc adhibendas forte mandatum dicti Domini Gregorii Papæ videretur aliquibus non sufficere usquequaque: Tunc dictus Dominus Dux Ludovicus & Prælati de obedientia Domini Gregorii, sperant si obtenturos plenum & uberius mandatum in brevi tempore, spatio ab eodem.

Elector Bavariæ offert Concilio operam ad pellicendum Gregorium, qui Papatui cedat.

Sic, quod per Dei gratiam per Dominum Gregorium, per ejus nuntios, per Dn. Ducem Ludovicum & Prælatos prædictos, non stabit, quo minus per illam viam habeatur sincera & integra unio, & unicus indubitatus Pastor Ecclesiæ sanctæ Dei.

Insuper Prælati, Doctores & Magistri de prædicta obedientia Domini Gregorii, hic in Constantia præsentialiter existentes, ad honorem Dei omnipotentis, pro reverentia Cæsareæ majestatis, & Zelo unionis, ac Ecclesiasticæ reformationis, juxta desiderium Regiæ Majestatis, se offerunt & exhibent, una cum aliis Reverendis ac venerabilibus Prælatis, nuntiis, Doctoribus & Magistris in Constantiensi Concilio, per Majestatem Regiam & in ejus præsentia congregato, pariter pro ratâ & statu suo, & cujuslibet eorum, deliberare, tractare & conferre de omnibus mediis & viis sinceræ & integræ unionis Ecclesiæ sanctæ Dei, nec non Reformationis, aliisq; materiis, seu negotiis in dicto Concilio agitandis usque ad Conclusionem inclusive.

Conditiones Gregorii, Papatui renuntiaturi.

Sic tamen, quod ille Dominus, qui à nonnullis vocatur Johannes XXIII. non præsideat, nec intersit Concilio in eodem. Imo omnis obligatio, per personas Concilii sibi specialiter facta, quoad tractanda in Concilio, relaxetur, libertas conferendi, loquendi & tractandi de singulis nullatenus impediatur, & vota omnium & singulorum sint libera atque pura. Causa quoque unionis Ecclesiæ per idem Concilium ante ejus dissolutionem aut separationem diffiniatur.

Et dictus Dn. Gregorius XII. per Regiam Majestatem de confessu Concilii, & per dictos sibi obedientes ex nunc charitative cum instantia debita requiratur, & pie in Jesu Christi visceribus exhortetur, ut infra certum terminum competentem per Concilium statuendum personaliter veniat, aut plenum & sufficiens mandatum mittat, ad allegandum, si placuerit, jura sua, ac ad determinationi dicti Concilii, ut præmittitur, acquiescendum.

Sivè autem dictus Dominus Gregorius comparuerit, aut mandatum hujusmodi miserit, sive non, dicti tamen sibi obedientes ut sic volunt acquiescere determinandis Concilio in eodem.

CAP.

CAP. XI.

Propositio Gvilelmi Philasterii, Cardinalis S. Marci, de compellendis tribus Pontificibus, Gregorio, Benedicto, & speciatim Johanne, ad relinquendum Papatum. Ex Labbeo.

1415. in principio mensis Februar.

QVa(Gregor.)cedula publicata, *Cardinalis Sancti Marci*, videns quod ostium apertum esset in Domino, quod tamen nullus volebat aut audebat ingredi, & *turbationes* essent *inter Papam & Reges*, & quod de *unione* erat *silentium*: Anglici etiam & Poloni venerant, qui proponendo multa dixerant de pace Ecclesiæ, sed nihil expresse: *Schedulam composuit*, quam *dedit Domino Cardinali Camerarensi*, qui laudavit & approbavit illam.

Præsertim Cardinalis S. Marci consilium de cessione Pontificis. Placuit Cæsari & Nationibus. Papam Johannem 23. effugiat.

Et factum est quod *venit ad manus Regis*. Quam magna exultatione receptam statim *misse* transcriptam *ad omnes congregationes omnium nationum*. Et illam favorabiliter receperunt. Et publicata est, *utique ad Domini Papæ notitiam*.

Ex qua multa animorum plurium turbatio secuta est, & aliis generata lætitia. Et scivit Dominus *Papa*, quod idem cedulam fecerat Dominus Cardinalis Sancti Marci. Unde maxime *turbatus fuit*, & *Cardinalem odio habuit*.

Idemque Cardinalis hoc audito Papam adivit, & illam fecisse pro pace Ecclesiæ afferuit, & non negavit.

Tenor autem dictæ *cedulæ* talis est.

Scopus Concilii Const. Unio Ecclesiæ & reformatio. Varii unionis modi ante Concilium Pisanum quæsiti.

In genere alis Concilio Constantiensi duo sunt agenda principaliter, & ad hoc est congregatum.

Primum de pace & unione perfecta Ecclesiæ. *Secundum* de Reformatione status Ecclesiastici.

Ad pacem & veram unionem Ecclesiæ sublato schismate, plures modi *audiuntur exarati sunt ante Pisanum Concilium*. Primus *per reductionem seu obedientiam*. Secundus *per discussionem & determinationem juris contendentium*. Tertius *per cessionem utriusque contendentium*.

Et notandum est, quod ante Pisanum Concilium, duæ primæ viæ *tanquam pene impossibiles attentatæ non fuerunt, sed sola* via cessionis. *Et quia duo contendentes illam viam per eos approbatam & juramento firmatam cum effectu noluerunt, sed collusorie*

do tergiversati sunt, fuerunt condemnati, & alius electus.

Et licet qualibet obedientia sum indubitatum tenet, fuit tamen visum utrique obedientiæ, quod attento scismate scandaloso, pro danda pace Ecclesiæ, quilibet cederet teneretur, & ad hoc compelli poterat per Concilium generale.

Nunc autem videndum est, per quam istarum viarum, vel aliam, rebus stantibus, ut sunt, pax dari possit Ecclesiæ. Utrum per viam reductionis? *Et videtur* quod maxime. *Quamvis ad Hispanias & Petram de Luna, similis fit difficultas, qua erat ante Pisanum Concilium, imo forte major: Quia inprimis ante Pisanum Concilium nulla condemnatio erat facta. Quare cum melioris ignominiæ, & per consequens una pars facilius se reduxisset ad alterum. Nunc autem, quia pars condemnata se reducens, clare videretur hæreticasse, nunquam est sperandum, quod se tali exponat infamiæ. De Corario autem & sua obedientia, licet minor sit, eadem tamen occasio impedivit.*

Via antiqua reductionis diffidentium partium & affectatum. Difficilis.

Secunda via discussionis & determinationis juris, *indubitatum est, quod condemnati & obedientes eis se nunquam submitterent. Quia nullus esset judex nisi Concilium generale Domini nostri, cujus judicium nunquam subvenit. Alium autem judicem D. N. & sua obedientia non subvenit. Verum autem est, quod sicut respondit Angelus Corario, posset fieri Concilium omnium obedientiarum, cui omnes se submitterent, & per quod posset determinari, vel alia via media reperiri. Quod tamen difficillimum est, longum & laboriosum, tum propter electionem loci, ut patuit inter Petrum de Luna, & Angelum, tum propter contrarias voluntates & facilem hominum & dissentientium voluntatem, & multa alia. Nec creditur nec est verisimile, quod Petrus de Luna illam viam susciperet. Præterea eurpe est & periculosum, Pisanum Concilium in dubium revocare, & illud iterum judicio exponere.*

Via facta. Tadiosa.

Dicunt aliqui, quod via belli reducendi

Digitized by Google

Vitabelli. Periculosa.

tur ἀναοβεδιεντια. Hoc reputatur impossibile. Tale enim bellum non fieri posset nisi per multos & magnos Principes & Reges adversus alios. Quod non est pertendum. Sequerentur praeterea multa & infinita mala, quae solent ex bellis evenire, & finis incertus.

Et si forte videretur possibile, Angelum & Carolum Malatestam posse expelli per vim, tamen Almani filii obedientiae non essent propter hoc subjugati. Praeterea, etsi essent, vel si reducerentur ad obedientiam per Regem Romanorum, aut alios, non esset pax nec unio Ecclesiae, y restantibus Hispaniis cum Scotia & aliis Regionibus.

Exquibus videtur quod neutra istarum

Via cessionis omnib. Optima & facillima.

duarum viarum sit aggredienda, stante animi omnia quacunque facili & possibile: Ultima cessionis fiendae ab omnibus: Quia videtur facilis & possibilis, & utilis ex multis causis.

Circa quam quaeratur, utrum via cessionis, rebus stantibus, ut sunt, pro consequenda unione perfecta, sit aggredienda?

Secundo, utrum ad illam teneatur Dominus Johannes? Quia de aliis dicendum est, quod eis gratia fieret, si ad hoc admitterentur.

Tertio, an idem Dominus noster ad illam, rebus stantibus, ut sunt, posset legitime compelli?

Circa primam quaestionem ponitur talis

Conclusio:

Via cessionis urgenda.

Omnis via per quam pax & perfecta unio *Ecclesiae evidenter* potest provenire est bona & utilis Ecclesiae. Igitur aggredienda. Patet ista conclusio, quia finis & terminus pacis

Quia pot. sibilis & brevis. Facilis.

& unionis perfecta est quarandus. Ergo omnis via, per quam clare potest perveniri ad finem & terminum, est quarenda.

Secunda Conclusio: Quod, etsi plures viae sint perveniendi ad finem & terminum pacis perfectae Ecclesiae, illa tamen praeligenda est, per quam citius & facilius est posse ad finem & terminum quaesitum pervenire.

Ex istis praemissis infertur tertia conclusio: Quod via cessionis ad provenium pacis & unionis Ecclesiae, etiam rebus stantibus, ut sunt, aggredienda est, & praeterita eligenda.

Patet: Quia per illam citius & facilius est ad terminum pacis & perfectae unionis Ecclesiae perveniri. Quinimo alia via, propter difficultates, & alia plura, desperata videntur. Casum autem appetit, qui possitis certis gradibus, per abrupta quaerit ascensum.

Ante Concilium Pisanum sanctis prohata & in illo exercita.

At quod per istam viam cessionis posit ad pacem & unionem Ecclesiae perveniri, patet ex praesupposita ante Pisanum Concilium, quod ipsa fuit illa via electa pro possibiliori & meliori. Si autem tunc per illam viam potuit ad pacem & unionem Ecclesiae perveniri, quo tempore majus & fortius & magis radicatum erat schisma, multo magis nunc potest.

O quam igitur felix & gloriosus apud Deum & homines foret verus Pastor & Papa, si per illam viam facilem pacem Ecclesiae & toti populo Christiano dare vellet, & illam gloriam suam non daret alteri, sed alterum praeveniret.

Quarta Conclusio est super secunda quaestione: Quod ultimo stante, in casu, in quo est manifeste Summus Pontifex, quanto verior Pastor Ecclesiae, tanto libentius, ferventius & citius debet pro pace & unione Ecclesiae aggredi viam cessionis & offerre. Patet Conclusio ex dictis Summi Pastoris, dicentis: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Hoc est igitur bonus Pastoris proprietas, ut animam suam ponat pro ovibus suis, quando opus est. Si non ponit, non est bonus Pastor. Si autem animam tenetur ponere, multo magis accidentia vitae, honorem, potestatem, dominatum. Et haec omnia, quae si desiderantur, vana sunt, nec propriè aut justè assumuntur, aut ab invitis. Quare veniat invitus, invitatus effugiat. Nec intelligere possum doctrinam Christi de bono Pastore, si, attento statu Ecclesiae, verus Pastor pro pace ejusdem Ecclesiae cedere non teneretur, qui tenetur animam ponere.

Johannes. ad illam cessionem obligatus.

Exemplo Pastoris. Quia patet tenetur vitam ponere pro grege.

Probatur eadem conclusio, quod, attento statu Ecclesiae, Summus Pontifex pro pace & unione Ecclesiae tenetur mortem non evitare, igitur nec cessionem. Tenet consequentia a minori ad majus. Antecedens autem videtur esse de intentione proprietatis Pastoris boni, qui ponit animam pro ovibus.

Exemplo militis. Miles pro republica tenetur mortem non fugere.

Praeterea miles animae militiae tenetur non evitare mortem pro republica, igitur nec miles Christi. Plus, tenetur sequi Christum Christi via arcta, quam alius eo inferior, tum non fugit quia immediatus, tum propter exemplum inferiorum quos tenetur verbo & exemplo instruere,

Exemplo Pisani Concilii, quod alios damnavit.

Concilium superius Papa.

Rogandus primo Johannes ne sinat se cedere.

Summo Pontifici, & gregi dominici Pastori, quatenus dignetur sua Sanctitas veri & pii Pastoris supra gregem suum oculos aperire, considerare, quanis rapacium luporum morsibus exponatur, quod oves devorare quotidie permittit. Quinimo & perpetuæ subversioni subjacet grex Domini periculis: Cum & per tales divisiones Ecclesia jam schisma Græcorum tot annis sustinuerit. Nec minus in præsenti periculum imminet Hispaniarum, quæ non est minor Christianorum portio, quam græca Christiana. Insuper & multarum gentium Germaniæ & Italiæ. Quinimo nonsnosnum est, in una Ecclesiæ corpore tot apparere capita.

Dignetur, non dicam, ut teneatur, animam, & vitam ponere, imo & membrum, aut quo minus est, officium membri, sed proprii corporis, parcens laboribus, quietem sibi parans, laudem, gloriam, & honorem Dei & hominum, præmiumq; æternum acquirens, gregem sibi commissum à luporum morsibus liberare, sub unico ovili, ut unico Pastore & duce, monstra hæc tollere per præditam illam certam, facilem & honestam viam cessionis, & illam offerre, si alii hujus gregis veraces velint etiam renunciare furi, quod prætendunt, & illam vitam usque ad terminum per veros & sinceros tramites ambulare.

Nec dubitum, quod si ita faciat, pax dabitur universali Ecclesiæ Dei, mentes omnium Christianorum securæ tranquillitate gaudebunt. *Nec unquam auditum est virtuosior* actus, nec ullius unquam Pontificis Romani major, celebrior aut longævior fama, gloria memoriaq; manebunt.

Gloriosum Pontifici cedere pro Ecclesiæ salute.

Certum, esse debet, quod prostatu suo Ecclesia uberius providebit quam peteret. Nec timor penuriæ statu sui debet eum à tanto bono, à tanta gloria tam, grandi præmio retrahere quovis modo.

Promissus honorificus vitæ status, si cedat.

Quæ si recusat exaudire, consideret duos gregis Dei lupos, quantis se pro causa similiter subjecerint scandalis, quæque sibi possunt opponi & finaliter evenire.

CAP. XII.

Refutata à Johannis Papæ assecl.is Propositio Cardinalis Sancti Marci de cessione Pontificum, & imprimis Johannis XXIII. Ex Labb.

Vid. supr. f. 208.

CONtra quam cedulam, quæ incipit, *In generali*, quidam *adulatores*, ut vere dicatur, scripserunt *invectivas cedulas*, ac nihil audentes afferre, dictaverunt per modum *quæstionum*.

Tenores autem dictarum cedularum sunt tales.

Prima cedula.

UT ait Tullius in libro de Paradoxis: *Nihil est tam incredibile, quod dictum credibile non fiat.* Ideo ne per dicta aliquorum nefanda, quæ in callida subtilitate vergere videntur in Ecclesiæ & fidei detrimentum; credulitas infirmorum feriatur, non videtur superfluum, repugnantiam istam dissolvere. Sed, quoniam, ut docet Anshelmus libro primo, Cur Deus hom. cap. I. *Quæ per investigationem, interrogationem, & responsionem investigantur, multis & maxime tardioribus ingeniis magis patent.* Eapropter ad tenebrarum effugationem, quæ scrupulum induxerunt super faciem abyssi, & lucis serenationem, quædam proponantur *quæstiones*, ex quarum *responsione veridica* conscientiæ, ignorantiæ nebulis confusæ serenabuntur.

Johanni 23. non esse comparandum cum Gregorio & Benedicto.

An *æquiparare hæreticis D. Johannem Papam XXIII.* canonicum & Catholicum, videatur Sacro Pisano Concilio canonico, legitimo, stabili, & firmo, in aliquo præjudicare?

An Papam D. Johannem XXIII. tanquam canonicum recipere & acceptare dictam æquiparationem procurantes, possint, seu valeant notari de fautoria schismatis & hæresis?

Gregorio & Benedicto illud beneficii non indulgendum.

An hæreticus per Ecclesiam canonice damnatus, errorem suum non cognoscens, sed in sua permanens pertinacia, sit in petitionibus exaudiendus?

Papam non hæreticum non posse Papatu privari.

An Papa verus & canonicus de hæresi non infamatus, nec suspectus, possit contra ea, quæ sunt sui juris, ab aliquo compelli vel arctari?

An solenniter non vere hæreticum tanquam hæreticum condemnantes, & dictam condemnationem justam & canonicam fore pertinaciter afferentes, hæretici sine censendi?

Secunda cedula.

Licet per doctrinam Apostoli, ad Titum tertio capite, *stultæ quæstiones sunt evitandæ*, tamen adversus garrulos ratiocinatores & latratores, & captiones, modus valet inquisitivus ad confutandum adversarios. Nam, ut ait Anshelmus, in tractatu de corpore Christi, cap. 2. *Obscurissimam determinare sententiam claram omnibus, comperimus Arianorum contentione & disputationes subtilissimas.* Et paulo post subjungit: *Si inquit, non exegisset necessitas dare, de qua quæritur, viros sanctos & erudituos altius aliquid sentire, & proferre, semper timida hominum mentes habuissent obscurum.* Quamvis igitur per tempora multa quæstiones aliquæ à pluribus intactæ relictæ sunt, eo quod videbatur eis de illarum sententiis ambigendum; Nunc tamen à quibusdam eorum quæritur serenatio, & veritatis, quæ impugnatur, solidatio. Unde per modum quæstionum tituli aliqui subsequuntur, licet ab aliis, qui sanos habent mentis oculos, minime dubitetur.

Quæstiones de auctoritate Concilii Pisani.

Sequuntur tituli quæstionum.

Si Concilium Pisanum fuit legitime & canonice convocatum?

Si Concilium Pisanum fuit rite & canonice celebratum?

Si duo olim contendentes de Papatu fuerunt juste & canonice de eo ejecti & condemnati?

Si electio Domini Alexandri Papæ V. fuit rite & canonice facta?

Si dicta Electio ab illis qui fuerunt in Concilio, fuit legitime & canonice acceptata?

Si hæreticum declaratus & condemnatus per Ecclesiam sit vero & indubitato Summo Pontifici aquiparandus?

Deus Papa, Papa Gregorius & Benedictus, non esse tam inmaniter trahendos & Johannes aquiparandos.

Si hæreticus non recognoscens errorem suum, sed permanens in sua pertinacia, in suis petitionibus injustis sit exaudiendus?

Si Prælati, & Officiales, & instituti à canonico & vero Summo Pontifice, in suis dignitatibus debeant permanere?

Si verus & canonicus Papa sustinens de hæresi contra jura, contra obligationes & promissiones sibi factas, possit ab aliquo compelli, vel arctari contra ea quæ sunt juris sui.

Si solenniter condemnatus non hæreticum tan-

tanquam hæreticum, & dictam condemnationem asserentes pertinaciter fuisse & esse justam & canonicam, hæretici sint censendi?

Tertia cedula.

Via cessionis, quæ D. nostro proponitur pro reformatione & unione unius ac universalis Pastoris, & indubitati, tanquam melior & brevior ceteris viis, quæcunque videntur esse, est irrationabilis, & injusta, plurimas propter causas.

Signum contra viam cessionis.

Et hoc primo, quoad concilium Pisanum, & secundo, quo in se & ad seipsam.

I. Viam cessionis esse injustam, propter concilium Pisanum, quod videatur illa abolere. 1.

Primo, quoad Concilium Pisanum, est irrationabilis, & injusta; Quia est reprobativa & annullativa ipsius Concilii Pisani. Nam ex hoc, quod S. D. N. per præsens Concilium inducitur ad cedendum, & cedere, statim datur intelligi, & monstratur, quod ipsum Concilium Pisanum fuit nullum & illegitime celebratum, & per consequens ipse D. N. non esset verus Papa, & ideo tanquam injustus & non verus deberet cedere, sicut ille qui nullum jus haberet in Papatu, & quem tale Concilium non poterat in verum Papam procreare, cum ipsum fuisset nullum.

2. *Secundo*, per ipsam viam cessionis datur intendere & declarare, quod fuit inutile & superfluum in Ecclesia Dei, quantumcunque fuerit utilissimum. Nam per istam viam monstratur, quod non fuit verus Papa procreatus; Quia cederet non propter aliam causam, nisi ut cedendo faceret unionem. Cum multo melius fuisset propter dictam viam exercendam consentire in unum duorum illorum contendentium, ad eundem appropinquare, vel saltem alterum sic facilius flectere, ut reduceretur ad obedientiam vel ad cessionem.

3. *Tertio*, iterum datur intendere, quod per dictum Pisanum Concilium non fuerit unicum & indubitatum caput universalis Ecclesiæ procreatum, sed potius schisma augmentatum, & errore multiplicatum. Cum tunc solum essent duo capita contendentia, nunc vero extant tria. Et fortasse, imo sine omni dubio, ex cessione Johannis per præsens Concilium, quod per omnia est imitativum vestigiorum Pisanischisma augmentabile usque quartum. Et semper vult procedere in infinitum. Quod etiam animos fidelium cogitare est absurdum.

II. Viam cessionis esse per se iniquam. 1.

Secundo videtur, quod dicta via cessionis est illegitima & injusta *quo in se, & ad se, & ad ipsam*, multiplices propter causas.

Primo. Nam procedo valde injustum est & vere absonum, quod unus justus Papa, & non condemnatus, nec pro hæretico declaratus, cedendo debeat se pariare cum injusto & condemnato ac per Ecclesiam pro hæretico declarato, vel cum pluribus similibus: Cum tales cedendo sciant manifeste nihil juris dimittere vel renuntiare.

2. *Secundo*. Si per istam viam posset Ecclesia reformari in capitibus & in membris, inquam per cessionem, sequeretur, quod omnia jura & omnia Concilia essent inutilia & superflua in Ecclesia; Non ut sic in summo casu, vel justitia est summe dimittenda. Ad quid enim sunt jura adinventa, nisi ut inter rixantes pax & veritas declaretur? *Aliter enim, quid valeret, si suo loco & tempore non conveniret aut non deberet efficaliter observari?*

3. *Tertio* etiam videtur, quod via cessionis sit frivola & injusta. Nam considerati temporibus, atque rebus, sicut nunc sunt, quod alter contendentium est absens, & alter cedere penitus abnegat & recusat, patet quod per eam non reformetur integre Ecclesia Christiana, Domino Johanne jam cedente.

4. *Quarto* via cessionis videtur fore injustissima. Cum nec jure divino obligatur, nec humano, quod condemnatus, de una re, quantumcunque etiam exigua seu ingente, rationabili tamen atque justa, debeat suis juribus abnegare, & cedendo ea uni tertio resignare, qui nullum jus habebat in re prænominata, tanquam externus & alienus: Et si contra intendo augeretur custodia, ex salvatione ipsius rei; Quoniam ex verisimilibus potius acquiritur meritum in persistendo, quam cedendo vel cessando.

5. *Quinto* videtur cessio esse injusta. Quia

Quia videlicet ab ipso Christo nunquam crederetur fuisse & esse observata. Nam si tempore Christi multi Pseudo-Christi surrexissent, quorum quilibet se dixisset esse Christum, & fuissent cum Jesu Christo pares in obedientia, nullo modo creditur quod ipse Christus cum eis viam subiisset cessionis, sicut nec unquam subiit, sed usque ad mortem constantissime servavit.

6. *Sexto*, videtur cessio esse crudelis. Et maximæ crudelitatis sit, qui negligit famam suam.

7. *Septimo*, via cessionis non approbatur per illam viam Evangelii qua dicitur: *Bonus Pastor ponit animam suam pro ovibus suis*. Sed potius approbatur illa quæ sequitur: *Mercenarius autem & qui non est Pastor, cujus non sunt oves propriæ, cum videt lupum venientem, fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus*. Nam ponere animam & vitam pro ovibus est quædam persistentia & virilis concertatio, quæ pertinet ad bonum Pastorem. Sicut fecit David, cum eripuit agnum de leonis & ursi faucibus. Et sicut S. Thomas, Martyr Christi, Archi-Episcopus Cantuariensis sanctum verticem scindi fecit, & dedit pro Christi Ecclesia. Sed cessio est quoddam aufugium, retrocessio & declinatio à tali conflictu virtuoso. Quod proprie pertinet ad mercenarium, qui cum videt lupum venientem fugit & retrocedit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. Sanctissimus autem Dominus noster *Johannes Papa* XXIII. suas oves congregans de universis mundi partibus pro Ecclesia Dei reformanda, dedit se in luporum manibus, quibus viriliter resistere debet etiam usque ad mortem, sicut in hoc sacro Concilio elucet evidenter.

8. *Octavo*, nec ista autoritas Evangelii approbat cessionem, qua dicitur, *Christum nonaginta novem oves reliquisse in deserto, & justisse sui perdita, aut de drachmis decem*. Quia, licet filius Dei ad reveniendam drachmam decimam, & ad recuperandam ovem centesimam de cœlis descendisset, & interris ex virgine humanitatem assumsisset, tamen nunquam ejus divinitas, quæ erat in cœlis & interris, crediturve oves suas sine consolatione reliquisse. Nec ita recessit ab eisdem, *quod ipsemet illa nullatenus auxilium tulisset*. Pastor autem Ecclesiæ qui cedit, non habet amplius spem redeundi. Nihilominus autem S. Dominus noster Papa Johannes XXIII. exemplo Christi deicendit de Italia ad Constantiam, reliquit idem suam almam urbem, ac totum patrimonium, & omne illud quod jam Ecclesia Dei diu perdiderat, & suspendit eorum requisitionem, & instat ovibus perditis, ut possit eas eripere de faucibus luporum contendentium, quas nullatenus recuperabit, si cedendo & fugiendo se pusillanimiter absentabit.

9. *Nono & ultimo*, verus Papa, stantibus terminis prout stant, nulla ratione debet compelli ad cessionem. Cum hoc esset manus ponere in Christum Dominum & violentare ipsum, & conturbare ac annullare hoc præsens Concilium, cum nulla valeat confessio violenta. Nec per hoc etiam quoad præsens reformabitur. Solum enim unus parvus tumultus, qui per Romanos olim dicitur commissus contra obedientiam Romanam, allegatur in æternum, quare non allegaretur scelus inauditum? Et ille scribens & proponens istam viam asserit, non esse procedendum contra condemnatos per manus violentas, allegans super hoc frivolas rationes, & concedit S. D. N. debere compelli vi brachii secularis, aut via infamiæ abhorrendæ. Qui si foret bonus Christianus & intelligeret scripturas, nullatenus deberet talia pias auribus inpulsare. Quia omnia ista sunt crudelitatis & injustitiæ in Ecclesia sancta Dei.

Quarta præcise continet viam belli, &c.

CAP. XIII.

Responsio Petri de Alliaco, Cardinalis Cameracensis, ad superiora dubia Pontifici cessioni opposita.

Contra

CONtra dictas cedulas scripsit Dominus *Cardinalis Cameracensis*, & fecit *cedulam* contrariam *responsivam*. Cujus tenor talis est.

Summopere caveant zelatores fidei & unionis Ecclesiæ à doctrina illorum, de quibus prædixit Christus: Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. *His sunt in hoc sacro Concilio, qui*, adulatores potentiæ *magis quam* amatores justitiæ, *garrientes detrahunt doctoribus veritatis, quos detractores vocat Apostolus*, Magistros prurientes auribus.

Adulatores potentiæ in Concilio Const.

De quorum *numero sunt quidam, qui* quinque cedulas *ad impediendum effectum hujus Sacri Concilii præsentarunt*. Quarum prima incipit: *Quia secundum Tullium*. Secunda: *Ut ait Tullius*. Tertia: *Licet per doctrinam Apostoli*. Quarta: *Dum excelsa consideratione*, quæ viam belli svadet pro habenda pace Ecclesiæ. Quinta, quæ incipit, *Via cæsuum, quæ Domino nostro proponitur*.

Quibus omnibus cedulis & fictitiosis fallaciis respondetur per *Conclusiones* sequentes, super quibus petitur deliberatio Concilii generalis, & *publica* coram eo super eis *disputatio* pro inquisitione veritatis.

Prima Conclusio. Licet Concilium fuerit legitime & canonice convocatum, rite & canonice celebratum, & duo olim contendentes de Papatu juste & canonice condemnati, & electio Domini Alexandri V. fuerit canonice & rite facta, & dicta electio ab illis, qui fuerunt in dicto Concilio, fuerit legitime & canonice acceptata, prout hæc omnia tenet obedientia Domini nostri Papæ Johannis XXIII: Tamen duæ obedientiæ duorum contendentium probabiliter tenent contrarium, in qua opinionum diversa & adversa varietate non sunt minores difficultates juris & facti, quam ante Concilium Pisanum erat de justitia duorum contendentium.

Facta Concilii Pisani, apud Gregorianos & Benedictinos esse dubia.

Ex quo sequitur *secunda Conclusio*, quod, sicut ante Concilium Pisanum ad evitandum difficultates juris & facti, & prolixitatem, & dilationem pacis Ecclesiæ, tunc accepta fuit ab omnibus Christi fidelibus & laudata via cessionis amborum contendentium, sic & nunc trium contendentium de Papatu, similiter etiam majori ratione acceptanda est & laudanda.

Via cessionis amborum contendentium placuit.

Tertia est, quod, consulere Domino Nostro Johanni Papæ XXIII. acceptare & offerre dictam viam cessionis, in casu, quo ex hac oblatione sequeretur perfecta pax seu unio Ecclesiæ, non est æquiparare verum Summum Pontificem hæreticis per Ecclesiam condemnatis, nec sacro Pisano Concilio stabili & firmo in aliquo præjudicare, sed magis intentionem ac finem dicti Concilii confirmare, ipsumque D. N. super prædictos contendentes exaltare & ipsos deprimere.

Consulere Johanni Papæ XXIII. acceptare & offerre dictam viam cessionis, in casu, quo ex hac oblatione sequeretur perfecta pax seu unio Ecclesiæ, non est æquiparare verum Summum Pontificem hæreticis per Ecclesiam condemnatis, nec sacro Pisano Concilio stabili & firmo in aliquo præjudicare, sed magis intentionem ac finem dicti Concilii confirmare, ipsumque D. N. super prædictos contendentes exaltare & ipsos deprimere.

Johannes Papatui, esse illi gloriosum.

Quarta Conclusio est, quod præmissas quæstiones asserentes non possint juste notari de fautoria schismatis vel hæresis, sed magis oppolita temerarie præsumentes asserre.

Quinta, Licet hæreticus per Ecclesiam damnatus errorem suum non recognoscens, sed in sua pertinacia, non sit in petitionibus suis erroneis faventibus exaudiendus: Tamen ea quæ afferentur à quibuscunque quantumcunque schismaticis, vel hæreticis, pro tractatu pacis & unionis Ecclesiæ, *non* non sunt à Catholicis respuenda, sed favorabiliter audienda, & quantum expediens fuerit, exaudienda.

Quæ etiã ab hæreticis & schismaticis ad pacem tractatu pacis & unionis Ecclesiæ, non respuenda.

Sexta Conclusio, Licet regulariter Papa verus & canonicus, de hæresi, aut notorio crimine Ecclesiam scandalizante, non infamatus, nec suspectus, neqveat ab aliquo particulari collegio seu persona singulari contra ea quæ sunt sui juris compelli vel arctari: Tamen ab universali Ecclesia seu Concilio generali ipsam repræsentante, attenta prolixitate casus præsentis, pro pace Ecclesiæ celerius procuranda, juste potest ad cessionem compelli.

Papam etiam verum per Concilia compelli ad cessionem si saltem Ecclesiæ postulet.

Sept. C. Si in casu prædicto Papa dictam viam pertinaciter recusaret, legitime posset tanquam schismaticus & de fautoria schismaticæ pravitatis suspectus, rationabiliter condemnari.

Repugnantem Papam haberi pro schismatico.

Octava est, quod in casu prædicto Papam tanquam hæreticum, vel schismaticum

cum condemnantes, & dictam condemnationem justam & canonicam fore firmiter asserentes, nullatenus hæretici sunt censendi, sed magis oppositum pertinaciter affirmantes.

Qui viam cessionis improbat, eos territo reddere Concilii Pisanum.

Nona, qui nunc reprobant viam cessionis, dicentes eam esse irrationabilem, illegitimam & injustam, secundum se & ad se ipsam, secundum rationes juris, subducunt fundamentum Pisani Concilii ipsiusque robur infirmant & totam hanc obedientiam scandalizant.

Viam belli esse pacis inimicam.

Decima, qui vim belli svadent, & tractatum pacis & concordiæ ab adversariis oblatum repudiant, in Spiritum Sanctum multipliciter peccant. *Prime*, quia impediunt finem pacis ad qvem præsens Concilium vocatum est & principaliter ordinatum. *Secundo*, quia obviant mediis quibus ad dictum finem facilius pervenitur. *Tertio*, quia impugnant regulam, per quam impedimentis, ac finem prædictum & ejus media repudiantibus, facilius obviatur. *Ultimo*, juxta illam tam divini quam humani juris regulam, de duobus malis minus eligendum est.

Ad præmissa offerentur rationes & allegationes tam divini quam humani juris, quando placebit super his in Concilio audientiam dare.

CAP. XIV.

Aliæ Veritates pro Avisamentis datæ in Concilio Constantiensi. Quibus confirmatur via cessionis.

Ex MSCto Cæsareo Vindobonensi.

Parte I. Actor. Conc. Const. f. 97. a.

Conclusio I.

Licet via Executionis sententiarum Pisani Concilii, & via reductionis schismaticorum ad unitatem Ecclesiæ, & obedientiam nostri Papæ Johannis XXIII. sive sponte, sive coacte, quantum in se, secundum communem juris formam, sint juridicæ: Tamen, quia secundum circumstantias non videntur esse possibiles, nec efficaces pacis & perfectæ unionis Ecclesiæ, via cessionis omnium, per quam facile potest pax & perfecta unio Ecclesiæ haberi, secundum omnes circumstantias justior est, & simpliciter eligenda.

Via cessionis optima.

Negantes esse schismaticum.

Secunda: Reprobans viam cessionis, attento statu Ecclesiæ, sautor schismatis est dicendus.

Tertia: Attentatio & electio viæ executionis sententiæ Pisani Concilii, vel reductionis schismaticorum & condemnatorum per idem Concilium ad obedientiam Domini nostri Johannis, ad pacem Ecclesiæ, rebus stantibus, ut sunt, est generativa suspicionis fautoriæ schismatis, & plus savendi singulari personæ, quam universali Ecclesiæ.

Tustum, Johannē cedere.

Quarta: Licet justum sit secundum communem juris formam, Dominum nostrum Johannem, in suo Pontificatu persistere, & a billo non amoveri: Tamen justius est, eundem Dominum Johannem juri suo cedere, imo attento statu Ecclesiæ amoveri, quàm schisma diuturnum & Ecclesiam in tali statu manere.

Inducentē etiam Papā ad cessionem pro salute Ecclesiæ Posse renuntiare.

Quinta, Ecclesia universalis quæ verè, vel interpretative, & virtualiter consistit in Concilio generali, potest quemlibet etiam summum ejusdem Ecclesiæ ministrum, per cujus persistentiam status universalis ejusdem Ecclesiæ turbaretur, & per cujus amotionem ad statum debitum reduceretur, etiam sine culpa ministri, amovere.

Sexta: Ecclesia universalis, ut supra, potest quemlibet ministrum ejus, etiam summum & unicum, culpâ suâ turbantem & scandalizantem statum universalis Ecclesiæ, amovere.

CAP.

CAP. XV.

De consensu Nationum in Concilio, quoad unionem Ecclesiæ. Ex Labb.

EX parte nationum datæ sunt aliæ cedulæ, in effectu continentes, quod principaliter ageretur de *unione Ecclesiæ* Et hæ cedulæ fuerunt publicatæ.

CAP. XVI.

Suborta Disputatio de jure voti & definitionis, quibus competat in Concilio. Sententia Johannis Papæ. Et opposita cedula Card. Camerac. Ex Labbeo.

Num soli Episcopi & Prælatis competat jus decidendi in Concilio. Negat Cardinalis Camerac.

HIs actis, incidit quæstio: *Qui in Concilio in rebus definiendis admittantur.*

Et volunt quidam, quod *soli Episcopi*, eorumve majores, *Prælati & Abbates* admitterentur?

Contra quam opinionem *Cardinalis Camerac.* scripsit *cedulam*, cujus tenor talis est.

Ad abbreviandum præterea & inscitia amovendam, dicendum, quod in hoc facto Concilio Constantiensi in omnibus sessionibus soli Prælati majores, Episcopi & Abbates habebant vocem in definitiva sententia agendo, vno, consiliando, sunt quæ sequuntur.

Primo distinguendum est de agendis in Concilio. Quia vel illa essent, quæ solum pertinerent ad fidem catholicam, sacramenta, & pure spiritualia Ecclesiastica, de quibus antiquitus, inter Sanctos Patres in Conciliis generalibus agebatur. In quo casu tepe loquuntur jura canonica, & de iis de præsenti nihil scribitur.

Vel illa essent pertinentia ad exterminationem præsentis schismatis, & unionis ac pacis integræ procurandæ. In quo casu maxime habent locum sequentia.

Item, sciendum etiam, quod sicut à tempore nascentis Ecclesiæ, schismatis circa electionem Summo Pontificis, varii fuerunt modi observati, sicut patet per jura & antiquas historias, sic in *modo congregationis & deliberationis* Conciliorum generalium.

Diversi libri modi congregandi Concilia & deliberandi in illis.

Nam sicut patet in Actibus Apostolorum & in historia Eusebii, quæ Actibus Apostolorum immediate subnectitur, quandoq; in Conciliis congregabatur tota communitas Christianorum, quandoque Episcopi, Presbyteri, Diaconi; quandoque soli Episcopi sine Abbatibus, quandoque cum Episcopis Abbates, quandoque Imperator convocabat & congregabat Concilium, & præsens erat, absente Papa, de cujus causa agebatur. Sicut hæc varietas potest probari jure naturali & divino, & ex historiis supradictis, tam quarnor Conciliorum in Actibus Apostolorum celebratorum, quam ex dicta historia Eusebii lib. VI. Cap. XXXIII. lib. VII. Cap. XXVII. & XXVIII. & lib. X. Cap. V. Ubi multa ad propositum præsentis materiæ utilia recitantur.

Item sciendum est, quod quando in Conciliis generalibus soli Episcopi habebant vocem definitivam, hoc fuit, quia habebant administrationem populi, & erant viri sancti & docti & electi pro ceteris in Ecclesia christiana. Postea fuerunt additi Abbates eadem de causa, & quia habebant administrationem subjectorum. Et eadem ratione addi deberent Priores, aut Majores quaruncunque congregationum, plus quam Episcopi, vel Abbates inutiles, solum titulares, in quibus deficiunt conditiones supradictæ, & qui forte in hac materia sunt suspecti. Et mirabile videretur, quod unus talis Archi-Episcopus, aut Episcopus, vel Abbas, paucos aut nullos suffragentes habens, & parvum aut nullum sibi subjectum, haberet tantam vocem in Concilio, sicut Archi-Episcopus Moguntinus, ac alii magni Prælati, & Principes Imperii, & multi particulares Archi-Episcopi, & Episcopi, in Francia, & Anglia & aliis regnis, qui plures habent parochiales Ecclesias in quibus est major populus, quam in pluribus Archi-Episcopatibus & Episcopatibus prædictis.

Jus voti habent & Doctores, ac juris Canonici & Civilis.

Theologis

Item eadem ratione, quasupra, non sunt excludendi à voce definitiva *Sacræ Theologiæ Doctores, ac juris Canonici & Civilis.* Quibus, & maxime Theologis, datur autoritas prædicandi aut docendi

& Juris.

diubique terrarum, quæ non est parva auctoritas in populo Christiano, sed multo major quam unius Episcopi vel Abbatis, ignorantis, & solum titulati. Et quia antiquitus *hæc Doctorum auctoritas* non erat introducta per modum Studiorum generalium, quæ hodie auctoritate Ecclesiæ observatur, de eis non fit mentio in antiquis juribus communibus, sed in Concilio Pisano & Romano eorum auctoritas allegatur, & in definitiva sententia se subscribunt. Qvare eos in simili excludere præsens Concilium, quòd est dicti Pisani continuativum, non solum esset absurdum sed dicti Pisani Concilii quodam modo reprobativum.

Car in antiquis juribus non fiat mentio Doctorum? Quod tunc non essent. Eorum auctoritas allegata primum in Concilio Pisano & Romano, A. 1409. & 1412.

Item eisdem responsionibus, vel consimilibus, idem dicitur de *Regibus & Principibus*, aut eorum *ambasiatoribus, & de Procuratoribus absentium Prælatorum & Capitulorum.* Sicut patet ex bulla D. N. Papæ, qua mandat præfens Concilium, si, maxime ex Canonicis impedimentis causantibus, ad hujusmodi locum & tempus Concilii personaliter adesse nequiverint, tunc illi qui sic impediti fuerint, aliquos suo nomine Deum timentes, scientia & rerum experientia præditos, ac sufficienti mandato fultos mittere non prohibeant, vices eorum, qui mittant, in dicto Concilio impleturos.

Item quantum ad materiam terminandi præsens schisma, & dandi pacem Ecclesiæ, velle excludere *Reges, Principes, aut Ambasiatores eorum*, maxime cum magnam & honorabilem partem faciant hujus Concilii, à voce seu determinatione etiam concluſiva, non videtur justum, æquum, aut rationi consonum. Cum hujusmodi pacis Concluſio ad eos, & populos eis subjectos valde pertineat, & sine eorum consilio, auxilio & favore non possint ea quæ in hoc Concilio concludentur, executioni mandari.

CAP. XVII.

Confirmatum, illud jus voti in Concilio penes Reges, Principes, eorum Legatos, nec non Theologos & JCtos, Sacerdotes, Diaconos esse, per Cardinalem S. Marci. Ex Labbeo.

Cardinalis S. Marci fecit aliam cedulam ad idem. Ejus tenor talis est.

TU, quisquis es, qui prætendis primo, solos majores Prælatos, ut his verbis utar, Episcopos & Abbates, habere vocem in generali Concilio: *Et ita excludis* Doctores, Archidiaconos, Rectores Parochialium Ecclesiarum, cæterosque dignitates habentes, *quibus tuba hominis animarum*, ordines *præterea* Ecclesiasticos, Sacerdotes & Diaconos, *donec ubi illos non admittendos legisti. Et si legeris Conciliorum antiquorum actiones reperisti* Sacerdotes & Diaconos admissos.

Sacerdotes & Diaconi jam olim in Concilio admissi. Doctores habere jus in Concilio.

Sed ad primos excluſos per te *reddes, ultimos* Doctores. *Si Theologus es, lege Paulum dicentem:* In messem Dominicam missos à Deo alios Apostolos, *qui & ipsi Episcopi*, alios Prophetas: *Et de illis non quæritur:* Alios Doctores, *Et in illos excludis quippe cæteris sunt necessarii, & sine quorum esse sit, scilicet doctrina, cæteris gradus & prælates inepti sunt, sed repellendi, dicente Domino:* Qvia tu scientiam repulisti, & ego te repellam. *Et quando Christus Apostolos misit, illes præcipue instruxit & promisit dare eis quid loquerentur. Et quod mirabilius est, docuit omnes linguas. Attende igitur quantum in Apostolis doctrina sit necessaria, Paulo eodem Apostolo & Doctore. Et cui per amplius doctrina collatum est munus, sine & amplius, ipse teste cæterisque Apostolis locutus est linguis, indignus tamen scivo interpretè lingua Græca, adeo ut dixerit & scripserit:* Cum venissem, inquit, Troade, ed est Troiæ, & ostium mihi apertum esset in Domino nostro Jesu, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum. *Quod exponens Hieronymus dicit*, hoc ideo dictum à Paulo dicto, quod illo Tito maxime

maxime indigebat, & utebatur interprete lingua Græca, pro cujus absentia ibi nonnisi tic, sed valedicens Trojanis abiit in Macedoniam. *Vide quantum* Doctores *necessarii sint in Ecclesia Dei, ut Doctor gentium Doctore indiguerit. Præterea Evangelium Matæi scriptum est Petro orante, Marco dictante. Ut & Petrus interprete indiguerit.*

Si Canonista *es, vide textum* Canonis, *dicentem*, quod Doctorum Ordo quasi præcipuus est in Ecclesia Dei. *Illum ergo ordinem, & quasi præcipuum ordinem repellis, & admittis indistincte Episcopos & Abbates, quorum pars major indocta. Et attende quod* Rex, vel Prælatus indoctus est asinus coronatus. *Cum illis ergo Doctoribus admittes, ut illorum scientia defectum, qui tamen auctoritatem habent, illorum scientia & doctrina suppleant.*

Prælatus indoctus est asinus coronatus.

De cæteris autem quos tacite excludis, vide quid agis. Omnes sacerdotes *qui non sunt de tuo* expellis Prælatis, *& pellis, qui tamen præcipuum ordinem est in Ecclesia Dei, inter quos unus summus est, & Papa, cæteri autem* sacerdotes *sunt, quibus est tamen simplices sunt, non est detrahendum, sed in eis sacerdotale officium honorandum. De quibus in lege scribitur,* Diis non detrahas, *sacerdotes intelligendo, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem, Dii nuncupantur, quos repellis. Admittis tamen Episcopos, inter quos ultimos, Episcopos & Presbyteros, quantum ad ordinationem & meritum Apostolo nullam differentiam facit: Docent, quod aquales Episcopum esse oporteat, & quia Episcopus debeat ordinari, nihil dicit de Presbytero, sed transit ad Diaconum, infirmans, secundum præcinium, eadem in Presbytero & Episcopo requirendas, & eandem esse ordinem & dignitatem, licet his temporibus multitudo fecerit vilescere. Raræ sunt Episcopi, ideo pretiosiores, quia pulegium apud Judæos piper pretiosius est, & ibi sunt Rectores* Parochialium Ecclesiarum, *qui etiam* Ecclesiarum Prælati *vocantur, in jure.*

Papam esse sacerdotem.

Par ratio Episcopi & Diaconi, eundemesse ordinem, dignitate solum differre.

Cum Ecclesia sit in decem ordinibus & officiis constituta, cur ordines & officia repellis?

Idem de Diaconis *dico, qui & ordo sunt in Ecclesia Dei, & officium gerunt. Et hæc à primitiva Ecclesia. Sed & postea à sanctis Patribus sunt officia instituta, utpote* Archidiaconi, archipresbyteri, *& ex consuetudine* Decani, *& alia officia, quæ expressa reperio in jure, & in ordine Ecclesiastico, cur illos repellis, & quosvis Episcopos indifferenter admittis? Audeo tibi dicere, quod in Gallijs, Germanis, Anglia, Hispania, sunt mille curati parochiales in Ecclesiarum quorum quilibet majorem administrationem & regimen plurium animarum habet, quos jus admittit, & nisi repelluntur. Et in his, quorum multo plus interest ratione administrationis, vis repelli?*

Ego omnem hominem, habentem ordinem, vel officium Ecclesiasticum, quia illius interest, omnemque Doctorem, quia prodesse potest, dico admittendum & nullum talem repellendum, & in antiquis Conciliis non reperio fuisse repulsos.

In Pisano Concilio Doctorum & Licentiatus jus non vota habuisse.

Quinimo vide Pisanum Concilium, quod & illud idem reputatur, reperies in illo centum pene tales, maxime Doctores & Licentiatos *admissos auctoritative & subscriptis in sententia lata contra Petrum de Luna & Angelum. Cur in isto, quod ab illo vires accepit, aliud contrarium censeas, non vero videos. Quare imo in plenibus Conciliis reperies, presbyteros & Diaconos fuisse admissos.*

Et si forte in antiquis Conciliis non legeris tales admissos, cum hoc stat, quod fuerint admissi sed principaliores nominantur, ne multitudo fastidiat. Præterea, quia forte pro paupertate & locorum distantia non veniunt, sed si veniant, nescio, nec tu scis, cur repelli debeant.

Admittis indistincte Abbates, *nescio cur Pastores curatos* Parochialium Ecclesiarum *vel æque ac pelli, qui certum jus & determinatum in Ecclesiastico gradu habent officium. Habent in Concilii majorem animarum curam, & administratione, quam illi. Istorum quippe plura cendi ac habent mille, imo duo, tria, quatuor, decem vocandi millia animarum.* Abbates *vero quidam habent decem Monachos aut viginti, vel paulo plus. Paucissimi sunt, qui centum habent. Hoc tamen, quod isti, sic curati, habent, in ordine & gradu Ecclesiastico necessario est illi autem præter ordinem & gradum ex necessitate ministrant.*

Abbates sic curati, vel non curati, nescio cur Pastores curatos Parochialium Ecclesiarum vel æque ac pelli, qui certum jus & determinatum in Ecclesiastico gradu habent officium. Habent in Concilii majorem animarum curam, & administratione, quam illi. Istorum quippe plura cendi ac habent mille, imo duo, tria, quatuor, decem vocandi millia animarum. Abbates *vero quidam habent decem Monachos aut viginti, vel paulo plus. Paucissimi sunt, qui centum habent. Hoc tamen, quod isti, sic curati, habent, in ordine & gradu Ecclesiastico necessario est illi autem præter ordinem & gradum ex necessitate ministrant.*

Hos ergo gradus admitte in corpus, cujus ordinata & necessaria membra sunt, ex necessitate & pro suo interesse. Debent autem propter eos & propter te, ut etiam quod nescis te doceant & dirigant, illosque scientia

Digitized by Google

non repellat, ne videatur scientiam repulisse, nō DEum repellit, sed per eorum doctrinam instruat & dirigat in viam salutis æternæ.

Procuratores absentium iidem admittendi in Concilio. Si legitima adsit excusatio absentiæ. Legatis Regum & Principum jus esse vota in Concilio.

De Procuratoribus autem Archiepiscoporum, & Episcoporum & aliorum *præsentorum, qui sunt admittendi, quos indistincte repellis, dico nunc* nec usque quaque repellendos, nec omnino admittendos. *Sed dica legitime excusatorum admittendos Procuratores, aliorum non. Sient in electione reperio consuetum. Nec tamen solemnitatem juramenti requiro. Quia illa specialiter flatui est, & sufficit, quomodocunque de legitimo impedimento constare. De* Ambaiatis autem Regum & Principum *clarum est, quod in his, quæ conveniunt universalem Ecclesiam, utpote*

unionem Ecclesiæ & fidem, admittendi sunt. Sed stare debent determinationi peritorum & doctorum in his quæ sunt fidei.

In aliis autem, quæ convenium mores & ordines Ecclesiasticos, non pertinet ad eos. Sic etenim fecit Constantinus in Niceno Concilio, *libellos accusatorios tenui subjiciens: & Ecclesiasticorum judicio relinquens, sedit in sella infima. Et* Theodosius Imperator *professus, de iis nihil ad eum, præter Reverentiam pertinere.*

Verum ex forma literarum vocationis Concilii apparet, procuratores impeditorum legitimè, & Ambasiatores Regum *debere admitti. Quod tamen intelligendum est ad ea, in quibus habent interesse, & quæ præmissa sunt.*

CAP. XVIII.

De incidente inter Papam Johannem & Cæsarem ac reliquos nova quæstione: An vota colligenda per capita, an per Nationes? Ex Labb.

Nationes primùm quatuor in Concilio. Præstare colligere vota per Nationes. Cur nec ita in C. C. per capita colligere.

In hac Quæstione pendente incidit *quæstio: Quomodo decideretur agenda in Concilio*, & fieret *scrutinium votorum?* Utrum *per nationes* in genere quatuor *erant*, nim. *Italiæ, Galliæ, Germaniæ & Angliæ.* Vel *per capita singula?*

Et licet clarum de jure videatur, quod perferutanda sint vota per capita singula: Quia tamen *plures* sunt *Prælati Italiæ pauperes, quam fere de omnibus nationibus*, præterea Dominus noster *fecit in numero excessivo Prælates Cubicularios ultra quinquaginta*: Dicitur præterea, quod *multi voluit sibi obligare juramentis, & muneribus*, alios *minis terruisse, ut ita scrutanda per capita nihil fieret, nisi quod vellet Dominus noster.*

In istis quæstionibus Concilium diu pependit.

Verum *major pars* deliberavit *ad viam cessionis.*

His mediis temporibus actum est de erroribus Wiclef, & scripta erat sententia. Sed rotum dilatum est per apetitionem illius *viæ cessionis.*

Dominus noster novissime dixit, quod ipse omnino vult dare pacem Ecclesiæ.

Interim *Nationes ulteriores Galliæ, Germaniæ & Angliæ*, & ita postea *Italiæ*, per se ipsas se congregaverunt & decidenunt de facto *quæstionem, utrum per nationes vel per capita singula procederetur.* Et congregaverunt se separatim.

CAP. XIX.

De consensu & conclusione Nationum quoad urgendam Johannis Papæ & Gregorii ac Benedicti cessionem.

Efficaliter omnes *declinarant ad viam cessionis*, secundum formam *primæ cedulæ* super hac datæ per *Cardinalem S. Mariæ*, quæ incipit: *In Concilio generali &c. Cap. XI.*

Schedula de cessione oblata Johanni Papæ per Concilium d. 16. Febr.

Ex MSC. Cæsareo Vindob. Part. IV. Act. C. C. f. 68.

Flebili statu ecclesiæ, ac omnibus aliis circumstantiis ponderatis, *videtur tribus nationibus*, scilicet *Gallicanæ, Germanicæ & Anglicanæ, majorem partem hujus sacri concilii facientibus & repræsentantibus*, pro ipsius ecclesiæ reintegratione, tam Domini nostri summi Pontificis, quam Dominorum contendenti-

um de Papatu viam cessionis, tanquam celeriorem, perfectiorem, & meliorem, rebus se habentibus prout sunt, fore per Dominum nostrum acceptandam, & ipsum debere & teneri viam cessionis simpliciter offerre, & cum effectu juxta deliberationem concilii facere & adimplere, & sic sibi per Serenissimum Domi-

Dominum nostrum Romanorum Regem &c. & præsens sacrum concilium cum summa humilitate supplicandum, ut istam viam offerat, affirmet & perficiat.

Nos Ludovicus Comes Palatinus &c. nomine nostro & dominorum nostrorum, ac habitantium in eisdem, prædictam viam cessionis approbamus per Dominum nostrum Gregorium Papam &c. fore offerendam, acceptandam & ad executionem realem efficacem perducendam & faciendam.

Et nos Rabanus, Episcopus Spirensis &c. nostro & ecclesiæ nostræ nomine prædictam viam cessionis approbamus per Dominum nostrum Gregorium Papam &c. ut supra.

Hæc *oblata & concluſa* sunt *quinta & ſexta feriis ante Invocavit*, anno &c. XV.

CAP. XX.

Prima Formula ceſſionis Papalis, à Johanne XXIII. privatim in Concilio Nationibus oblata.

Ex Labbeo & MSC. Vindobon.

Die sabbati, quæ fuit XVI. *Mensis Februarii*, Papa mandavit Concilium de sero.

Et præsente Rege Romanorum, & toto Concilio, primo quidem proposuit de *via cessionis*, postea commisit Domino *Cardinali Florentino*, ut hoc prosequeretur. Qui satis elegánter proposuit & legit *cedulam* per Papam super hoc ordinatam, cujus tenor talis est.

Ex MSC. Vindobon. Parte IV. Act. C. C. f. 68.

Sanctiſſimus Dominus noſter Papa hic præſentibus quanquam nullis votis, juramentis, aut promiſſionibus ad infraſcripta nullatenus adſtringatur: Tamen propter quietem populi Chriſtiani propoſuit, & deliberavit ſponte & liberaliter dare pacem Eccleſiæ, etiam per viam Cæſſionis, ſi & in quantum Petrus de Luna & Angelus Corrario, per ſa-crum Piſanum Concilium de ſchiſmate & hæreſi damnatè & de Papátu ejecti, juri, quod prætendunt in Papatu, ſufficienter renuntient. Et hoc, cum modis & circumſtantiis & tempore declarandis, & concludendis in tractatu, ſuper hoc, per eúndem Dominum noſtrum, vel ſuos deputandos, cum deputandis per eos, poſt hoc ſtatim tenendo.

In MSC. Cæsareo Vindobonensi Part. II. Actor. Conc. Const. f. 210. hæc fata plenius ita describuntur.

Sciendum, quod ad extirpandum induratum & pestiferum schisma, & pro unione ac reintegratione Ecclesiæ Dei, *tres* erant *modi* oblati, scil. *Disceptatio juris*, quis illorum trium contendentium verus esset Papa, 2. *Amicabilis compositio*. Et 3. *Cessio contendentium de Papatu*. Et quia *primi duo modi* pro extirpatione schismatis & Ecclesiæ Dei reintegratione *impossibiles* esse putabantur, rejecti fuerunt. Et *tertius*, scil. *via cessionis*, tanquam *facilior*, *celerior*, *sanctior*, & *justior*, amplexatus fuit, & *per singulas Nationes approbatus*, ac à Domino nostro Apostolico *desideratus*.

Vid. ſupr. C. XIIX. XIX.

Verum, quia Dominus noster Papa expertus *factus* deliberationis nationum: Sua *ſponte* & *voluntate*, una *die Sabbathi* mensis Februarii, ad suum Palatium vocavit omnes & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, & universos Regum & Principum Ambasiatores Concilii in civitate Constantiensi existentes. In quorum omnium ac Serenissimi Principis, Sigismundi, Romanorum & Hungariæ Regis, præsentia, *Cedulam* cessionis legi fecit per *Dominum Cardinalem Florentinum*, in hæc verba: *Sanctissimus* &c.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXI.

Prima illa Johannea ceſſionis ſchedula à Nationibus reprobata. Aliaque proinde à Johanne ſubſtituta ceſſionis ſuæ formula.

Ex MSC. Cæſareo Vindobonenſi. *Part. II. Act. Conc. Conſt. f.*210.

QVa cedula ſic audita, & poſt hoc per ſingulas Nationes maſticata: Viſum fuit omnibus dictarum Nationum ſuppoſitis, quod *nimis vaga, dubia, obſcura foret & incerta*, nec ad extirpandum ſchiſma & ceſſionem inducendam valitura.

Unde ſupplicatum fuit Domino noſtro Apoſtolico, quia viam ceſſionis appeteret, *mentem ſuam per verba clara & pura, & unionem inducentia exprimeret.*

Unde idem Dominus Apoſtolicus *aliam cedulam* nationum Deputatis *tradidit*, ſub hac forma: *Sanctiſſimus D. N. Dominus Johannes Papa XXIII. quanquam nullis votis, juramentis, aut promiſſionibus aſtringatur, tamen propter quietem populi Chriſtiani profitetur, ſpondet & promittit DEO & Eccleſiæ, ſponte & liberaliter dare pacem ipſi Eccleſiæ per viam ceſſionis ſuæ per ſe, vel Procuratores legitimos, unum, vel plures ad hoc irrevocabiliter conſtitutos, & in quantum Petrus de Luna & Angelus de Corrario, per ſacrum Piſanum Concilium, de ſchiſmate & hæreſi damnati, & de Papatu ejecti, papatui, quem prætendunt, per ſe vel procuratores legitimos ſimiliter cedant, & hocinfra terminum, & de prædictis facere unam, vel plures literas in bulla plumbea, prout expedierit.*

*Vid. Labb. f.*1449.

Aviſamentum primum Domini noſtri, datum cum ſchedula ſecunda ceſſionis.

Ex MSC. Cæſareo Vindobon. *Part. I. Actor. C.C. f.*103.*b.*

Item, *attendatur, quod ex nunc innoventur & aggraventur proceſſus Piſani Concilii, contra duos damnatos, ſuſpendendo cum effectu proceſſum, usq; ad tempus, quod dabitur eis ad ceſſionem.*

Aviſamentum ſecundum Domini noſtri.

Ex MSC. Vindob. l.c.

Item *quod Rex Romanorum & Domini præſentes, & omnes Ambaſiatores Regii, & alii, ac totum Concilium, promittant Domino noſtro, in caſu, quod illi damnati non ſe humiliaverint ad ceſſionem, ſicut ipſe facit, aſſiſtere ſuæ Sanctitati perpetuo contra ipſos & eorum adhærentes, tam ſpiritualibus ſacerdotibus quam temporalibus auxiliis.*

Directa fuit copia per Dominum noſtrum Nationibus, ut deliberarent.

CAP. XXII.

Judicium Nationum de utraque ſuperiori Johannis Papæ formula de ſua ceſſione. Ex Labbeo.

LIcet autem *prima* Domini noſtri *cedula* nationibus non ſufficiſſet, imo ſuſpicionem generaſſet; *ultima* minus ſufficit, plusque generavit ſuſpicionis quam prima.

Primo, quia non offert niſi aliis cedentibus.

Secundo, propter verba irritativa, quia alii vocantur condemnati de hæreſi.

Tertio, propter terminum appoſitionis.

Quarto, propter proceſſuum innovationem & aggravationem.

In

In MSC. Vindobon. Parte II. Act. C. C. f. 210.

Judicium hoc Nationum de Papæ Johannis schedulæ ultimata describitur.

QVa cedula Nationibus intimata, deliberatum fuit, quod in nulla sui parte faceret seu proficeret ad unionem consequendam. Primo, quia hæc verba, *de hæresi & schismate damnati*, &c. essent magis provocativa, quam ad unionem seu cessionem inductiva. Secundo, quia articuli subjuncti essent omnino de exorbitantia, ergo non amplectendi. Et finaliter tota schedula & in qualibet sui parte refutata fuit & rejecta.

Ex MSC. Vindobon. Parte IV. Act. C. C. f. 68. b. in. f. colligitur, superioribus Papæ formulis repudiatis, ad exemplum primæ formulæ cessionis Gregorianæ, Johannem ab aliquibus esse instructum & Johanni ostensam. Quæ tamen nullius momenti vita sponte cecidisse. Verba in MSC. sunt:

Consimilis cedula (qualem Gregorius obtulit, v. sup. c. IX.) *præsentata fuit Papæ Johanni die Lunæ post Invocavit, Anno &c. XV.*

Ego Johannes &c.

CAP. XXIII.

Unita Natio Gallica cum Germanica & Anglica quoad cessionem, A. 1415. die 24. Febr. Dominica Reminiscere.

Ex Codice MSCto Cæsareo Vindobonensi, I. Parte Act. C. C. f. 103. b.

Dominica Reminiscere Ambasiatores Universitatis Parisiensis præsentati fuerunt per Romanorum Regem Nationi Germanicæ. Ubi Dominus Rex longum fecit sermonem, hortando prædictos Ambasiatores, ut se nostræ Nationi & Nationi Anglicæ conformarent. Narrando multa acta hucusque in Concilio per Nationes, & difficultates, de modo vota colligendi per Nationes & non per capita. Et de resistentia Nationis Gallicæ. Et de modo uniendi Ecclesiam sanctam Dei per viam cessionis omnium de Papatu contendentium.

Qui responderunt, quod parati essent concurrere in omni via rationabili & justa; Et quod multum placeret via cessionis. Commendantes Regiam Majestatem de tanto opere laudabili & diligentia in convocatione istius sacri Concilii, & diligentia sua prosequendo effectum sacratissimæ unionis. Deprecantes ne mutaretur suus gloriosus animus, aut remitteretur: Qvia sine ipsius protectione & personali præsentia totus labor esset desperatus.

Item eadem die venerunt coram Regia Majestate oratores Regis Arragonum; legentes longam cedulam, continentem vocationem ad Concilium sacrum Regis Aragonum & Petri de Luna, & impedimenta earundem de receptione termini oblati per Regem Romanorum ad mutuam visionem, qua sperabatur sequi posse perfectam unionem, & quod stetissent 46. diebus, & pluries responsum petivissent a Rege Romanorum, & quod nihil obtinuissent, & imminerent eis pericula. Unde excusaverunt Dominum Regem Aragonum, quod per eundem non stetiset &c. & petiverunt licentiam ad recedendum, & petiverunt instrumenta &c.

CAP. XXIV.

Nova tandem cessionis formula à Nationibus sub finem Februarii formata & Johanni Papæ per Cæsarem privatim oblata.

Ex Labbeo.

POst hæc nationes, visis *præmissis cedulis*, composuerunt *cedulam*, quæ fuit *approbata per tres nationes*. Et demum per Regem Romanorum privatim oblata Papæ. Super qua multa habuit consilia.

In MSC. Vindobon. Part. II. Act. Conc. Const. f. 110. b. breviter fata illius diei ita referuntur.

DEnuo deliberatum fuit *per singulas Nationes* ad consequendam unionem sanctæ matris Ecclesiæ, quàdam *cedulâ alia* pure concepta, & Domino nostro Apostolico præsentata. *Vid. infra cap. 27.*

CAP. XXV.

Avisamenta, oblata in Natione Germanica in Constantiensi Concilio, quando fuit via cessionis contendentium omnium de Papatu tractata.

Ex MSC. Codice Cæsareo Vindobonensi. *Parte I. Act. C. C. f. 97.*

Conclusio prima.

Hoc sacrum Constantiense Concilium in materia hujus schismatis supremam in terris habet auctoritatem & judiciariam potestatem.

Conclusio 2. *Inter omnes vias sedandi hoc perniciosissimum schisma, aptior, convenientior, purior & efficacior est via cessionis omnium trium contendentium de Papatu.*

Conclusio 3. *Quod nihilominus, si obedientia Angeli Corarii & Petri de Luna absque cessione suorum præsidentium ad unitatem sanctæ matris Ecclesiæ cum nostra vellent obedientia concurrere, si & in quantum Dominus Johannes, quem hactenus semper Papam esse negaverunt, de Papatu cedat, idem Dominus noster ad cedendum obligatur.*

Conclusio 4. *Quod pensatis singulis, Dominus noster ad præmissa teneatur, sub pœna peccati mortalis.*

Conclusio 5. *Quod Dominus noster sub eadem pœna, videlicet peccati mortalis, teneatur cedulam sibi per tres nationes præsentatam, prosequi cum effectu.* *Vid. suprà c. 24. & infr. c. 27.*

Conclusio 6. *Quod hoc generale Concilium potest dominò nostro præmissa sub formidabilibus pœnis præcipere & mandare.*

Conclusio 7. *Quod si Dominus noster præmissis tanquam pertinaciter induratis contradicat, Concilium præsens nomine totius Ecclesiæ seculare brachium Imperialis majestatis poterit invocare.*

CAP. XXVI.

Ultima Nationum deliberatio, die 28. Februarii A. 1415. qua confirmata ac roborata formula cessionis, quam Johannes altero die, 1. Martii, præstare cum juramento debebat.

Ex MSC. Vindobon. Parte I. Act. Conc. Const. f. 104. a.

ULtima die *Februarii*, in Ecclesia fratrum Minorum, Rege Romanorum præsidente, in magna multitudine, requisivit oratores Universitatis quid sentirent de via cessionis, & de forma, sub qua obligatio heri deberet exhibita Domino nostro.

Et respondendo dixerunt, quod esset melior,

sanctior, justior, æquior, tutior & celerior via, ad perveniendum & unionem Ecclesiæ.

Addiderunt, quod verba obligatoria, posita in *cedula nationum*, solum civilem importarent obligationem, & ergo esset addendum, *voveo & juro*, quod prius multis placuit, & ego dedi in *Avisamentis meis* in Natione. Quæ non fuerunt recepta: Quia essent nimis dura, sed esset mitius procedendum. Tamen postquam Parisienses addiderunt, tunc placuit omnibus.

CAP. XXVII.

De solenni cessione Johannis, privatim 1. Martii, & publice, 2. Martii, tandem præstita.

Ex MSC. Vindobon. *Part. I. Act. C. C. f. 104. a.*

D. 1. Martii. DOminus noster sanctissimus, acquiescens precibus Concilii sacri & Regiæ Majestatis, quinta feria post Reminiscere in Palatio suo Apostolico, coram Rege, Cardinalibus, & multis Prælatis & oratoribus dedit cedulam subscripti tenoris.

EGO *Johannes Papa XXIII. propter quietem populi Christiani, profiteor, spondeo & promitto juro & voveo Deo & Ecclesiæ ac huic sacro concilio, stante & libere dare pacem Christi Ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis, & eam facere & adimplere cum effectu, juxta deliberationem præsentis concilii, & quando Petrus de Luna, Benedictus XIII. Angelus Corarie, Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, Papatui, quem pretendunt, per se vel procuratores suos, legitime cedant. Et etiam si quocunque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem potuerit dari unio Ecclesiæ Dei per extirpationem præsentis schismatis.*

Qua cedula perlecta per Dominum nostrum sanctissimum, cantabatur præ gaudio, *Te Deum laudamus*, per Prælatos & Ambasiatores. Ubi plures præ gaudio tantæ oblationis flebant quam cantabant, & plures simul flebant & cantabant.

Altero autem die sequente immediate (*d. 2. Martii*) Dominus noster *D. 2. Martii.* prælatus eandem viam, scilicet cessionis, publice & solenniter in publica Concilii generalis sessione, cantata per ipsum prius solenni Missa de Spiritu S. & lecta litania, & orationibus & Evangelio, vovit, promisit, & juravit, Deo, Ecclesiæ & Concilio, flexis genubus, & tacto pectore. Ubi Imperator Sigismundus in Diademate assurgens, regratiabatur de tam sancta oblatione, osculando pedes ipsius. Et demum Dominus Patriarcha Antiochenus regratiabatur Domino nostro sanctissimo nomine totius generalis Concilii, & deinde regratiabatur Domino Serenissimo Romanorum Regi.

In MSC. Vindobon. Part. II. Act. C. C. f. 210. b.

Hæc publicæ cessioni Johannæ facta breviter describuntur.

De quibus fusius infra Tomo IV. in Actis Concilii publicis.

QUam (novam trium Nationum cedulam) ipse gratanter & devote suscipiens, *in sessione publica, habita die 2. mensis Martii*, realiter & cum effectu, digitis in pectus suum positis, & capite inclinato versus aram, in præsentia Regis Romanorum, Cardinalium, Ambasiatorum omnium, & Prælatorum, juravit, vovit, & spopondit, prout sequitur in hæc verba: Ego Johannes &c. Quæ est cedula tertia.

Immensus hic & infractus labor
SIGISMUNDI IMPERATORIS,
& duorum præ ceteris Cardinalium,
PETRI de ALLIACO, Cameracensis,
& GVILIELMI PHILASTERII, S. Marci,
junctâ operâ trium Nationum
Germanicæ, Gallicæ & Anglicæ,
post qvadraginta ferme annorum diffidia
pro parandâ pace ac unione Ecclesiæ
in universali Constantiensi Concilio impensus,
innumeris consiliis, orationibus, congressibus,
scriptis, monitis, disputationibus,
ad spontaneam usqve privatam publicamqve cessionem
JOHANNIS PAPÆ XXIII.
Qvatuor primorum mensium spatio
à Novembri A. 1414. *usqve ad Martium A.* 1415.
non sine vehementissimo animorum motu,
cum admiratione & gaudio totius orbis
ante hæc tria fere secula confectus,
jussu atq; auctoritate Serenissimi Brunsv. Ducis
RUDOLPHI AUGUSTI,
ad Ecclesiasticæ historiæ lucem
CÆSARIS SIGISMUNDI gloriam
& posteritatis notitiam
ex antiqvissimorum MSCtorum tenebris
in Academia Julia A. 1697. mense Augusto
erutus ac suo ut licuit ordine delineatus
CÆSARE AUGUSTISSIMO
LEOPOLDO
MAGNO.

TOMI II. PARS IX. X. XI. XII. XIII.

RES FUGITIVI
JOHANNIS PAPÆ XXIII.
CONSTANTIENSE CONCILIUM
PER INSIDIAS DISSOLVERE
MOLIENTIS.

Unà cum oppositis Concilii machinis.

Mense Concilii quinto & sexto, nempe Martio & Aprili A. 1415. usque ad sextam Concilii *sessionem publicam*, Bullis, epistolis, apologiis, disputationibus, consiliis, & monitis confectæ.

FELICISSIMIS AUSPICIIS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DN. RUDOLPHI AUGUSTI
BRUNSVIC. AC LUNÆBURG.
DUCIS &c.

Ex antiquissimis Codicibus MSCtis
VINDOBONENSIBUS AC LIPSIENSIBUS
recensitæ ab
HERMANNO von der Hardt.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ
IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.
Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1697.

Digitized by Google

Lectori S.

ILlas duntaxat fugitivi JOHANNIS PAPÆ, & Concilii, ipſiusqve Cæſaris illâ fuga turbati, res exhibemus, qvæ extra publicas præcipue ſeſſiones ac congregationes Concilii proximis illis à fuga diebus ſunt proditæ. Reliqvum rerum iſtarum cumulum *Tomo* IV. ſiſtere, ſcopus & ordo jubent.

Digitized by Google

TOMI II. PARS IX.

JOHANNIS XXIII. DIPLOMATA

Principibus quibusdam Germanis proxime ante ejus fugam data, quibus illos sibi devinciret.

Ex MSCtis CÆSAREIS VINDOBONENSIBUS.

CAP. I.

Fuga Johannis Papæ è Const. Concilio nec non fata secuta, dignosci rectius haud poterunt, quam si callidum *fugæ Consiliorum* spectetur, quod mature cepit in exordio Concilii. Prætequam enim quod *Theodericus à Niem* memorat, non constituisse Johannem ultra paucos menses in Concilio hærere, eo animo, qui, Concilio mox soluto, Bononiam reverteretur; Sane sui de fuga instituti præsidium in *auxilio Principum* quorundam, *Ducis* inprimis *Austriæ Friderici*, posuit. Sunt, qui referant, Johannem apud Sigismundum Cæsarem ante initium Concilii jam tractasse de *Friderici Austriaci tutela* sibi indulgenda, si qua res Concilii Constantiæ ex voto suo haud succederent. *Gerardus de Roo*, in curia *Ferdinandi Austria Archi Ducis gemino pene ab hinc seculo clarus, in Annalibus rerum Austriacarum, lib. 4. f. 148.* hunc Johannis cum Cæsare tractatum his describit verbis: *Johannes Sigismundo receptæ, Constantiam se venturum, ea lege ac conditione, uti à Friderico Austriaco, ab Alpium descensu, deduceretur, cujus fidei se committere decrevisset. Inter conditiones hanc quoque fuisse autores habeo manu scripto, quod si vel ob aëris qualitatem vel alia quavis ex causa Constantia minus ipsi placeret, aut securitati Pontificis non satis opportuna videretur, ut in alia quavis civitate imperiali, sub fide ac tutela Sigismundi esse ipsi liceret; aut si mallet ex Friderici civitatibus aliquam eligeret, in qua moraretur, ita tamen, ne ante Concilii finem longius abeat.* Hoc certum est, cum Johannes *A. 1414. d. 1. Octobr.* Bononia relicta, Constantiam peteret, *Idibus Octobris*, in itinere, cum Germaniam ipsamque Ducis Austriæ laudati ditionem oppidumque *Afferanum* in Comitatu Tirolli attigisset, ibi cum Friderico Austriæ Duce planibus cum egisse de auxilio sibi ferendo, si res suæ Constantiæ male vellent cedere. Nunciabit hoc

Testimonium Archi-Episcopi & Electoris Moguntinensis de hoc Papali Diplomate.

JOHANNES Dei gratia, sanctæ Moguntinensis sedis *Archiepiscopus*, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, recognoscimus per præsentes, nos *literas* sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Johannis Papæ XXIII.* ejus verâ bullâ plumbeâ in filis sericis, more Romanæ curiæ impendente bullatas, non vitiatas, non cancellatas, nec suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, cum ea qua decuit reverentia suscepisse, vidisse, legisse, ac earum principium usque ad finem transcribi fecisse, quarum tenor sic incipit:

Diploma Papæ Johannis Burchardo, Marchioni Badensi in Concil. Const. Commendatus Marchioni Badensi assistus in Concilio.

Marchioni Badensi magnes sumptus Job. 23. Gratiarum Papalis esse,

JOHANNES Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, Nobili Viro, BURCHARDO Marchioni de Baden *salutem & Apostolicam benedictionem.*

Exigit tua præclara devotionis integritas, qua nos & sacrosanctam Romanam Ecclesiam intentis studiis reverteris, gratia quidem & accepta tua nobilitatis obsequia nobis eidem Ecclesiæ libenter impensa promeritò non immerito paterna charitatis dilectione amplectimur, & his præsertim, qua tui honoris & utilitatis augmentum respiciant, practicis honoribus atque favoribus, quos non prærogativis apostolicis prosequimur.

Cum itaque ex debito desiderationis actu minus mente præsentibus attendamus, qualiter tu, qui partium illarum infatigabiliter & constanter fides flamma tenes, ac pro nobis & eadem Ecclesia muros defensionis & turris fortitudinis semper in domo Domini provide exercitis, rebellibus fortiter & virtiliter ascendentibus ex adverso, præsertim damnabilis schismatis tempore nobilisq; magna propria persona tua pericula & rerum dispendia nec non expensarum onera pro nobis & præfata Ecclesia diversimode spontanea subrunde: Nos, volentes propterea, ut in præmissis, sicfecisse prout hactenus, tuo concesse atque indefesse, non parcendo personalibus laboribus nec impensis impenserum utilius laborare studeas, tibi de altiusq; subventionis auxilio providere, morq; propriis non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate exterius & nostra scientia summam XV florenorum auri de camera de & super fructibus & proventibus ad nos & quadam alios numeram in civitatibus, diœcesibus, & provinciis, Moguntinus, Colonienses & Treverinsis archiepiscopatibus, quoquomodo, tibi persolvendam auctoritate Apostolica donamus & concedimus, ac tenore præsentium assignamus. Mandantes eidem tenore dilectis filiis, Marchioni collectoribus & subcollectoribus fructuum & proventuum eorundem, qui sunt vel erunt deputato pro tempore in quibusvis diœcesibus & provinciis præfatis, quatenus tibi vel procuratori tuo, ad hoc speciale mandatum habenti, de exactis summam prædictam absque alterius exactionibus petitione mandati solvant, tradant, inter. Papæ Cgraliter & assignent, ubique & de prædicta mera libera dem collectoribus & subcollectoribus Facien. Moguntoritate prædictis concedimus tenore præmissis sentium facultatem.

Ordinariis, assignationibus & prohibitionibus ac mandatis, per nos aut quoscunque dicta camera & fatis aut facio dis, cæteris, contrariis non obstantibus quibuscunque. Nos enim summa per ipsos collectores & subcollectores tibi vel dicto procuratori tuo persolvendas de eorum receptis præfatis ejusdem camera, principiam de solutione hujusmodi tis legitime constiterit, dedimus volumus & mandavimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat banc paginam nostra donationis, concessionis & assignationis, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si Datum quis &c. Datum Constantiæ, IV. Cal. Fe- hoc diplobruarii Pontificatus nostri anno quinto. ma Con-

In quarum quidem literarum Apostolicarum receptionis, Visionis legi- Concilio. timæ, & transsumtionis ejusdem testimonium, sigillum nostrum præsentibus duximus appendendum. Datum Constantiæ, quarta post festum purificationis beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini *Millesimo quadringentesimo*, quinto decimo.

TOMI II. PARS X.

JOHANNIS PAPÆ XXIII.

è Concilio Constantiensi ope Friderici Austriæ Ducis elapsi MACHINÆ

ad Constantiense Concilium dissolvendum compositæ.

Ex *MSCtis Cæsareis Vindobonensibus & Academicis Lipsiensibus.*

CAP. I.

PApatus cessionem post longas ambages tandem simulaverat Johannes 23, (test. e parte VIII. c. xxvii.) *die* 1. & 2. *Martii*. Rogatus dein plus simplici vice, qui cessionis suæ Procuratores constitueret: Cæsaris & Concilii desiderium inane semper dimisit. Donec *Fridericus Austriæ Dux* Constantiam veniret; pro suo in Johannem officio, (quo de supra Parte IX. cap. I.) Papam ex illius voto è Concilio subducturus. Quod consilium Austriæ Ducis & Papæ Cæsari suboluit. Quare serio fugam Papæ dissuasit, *d.* 20. *Martii*. Quam negatam ac dissimulatam tantisper fugam Papa altero *die*, 21. *Martii*, circa vesperam clam arripuit, dum Austriæ Dux sinteræ publico spectaculo, ac equestri cum Comite Cilliæ certamine, pro grandi brabæo ab illo instituto, oculos animosque Cæsaris & Magnatum à fugiente Papa callide abstraheret, Papam è Concilio elapsum mox eadem vesperæ secutus, Nobilis Ministri Dissenhovii arte adjutus. Schalhusam *illa nocte* delatus per Austriæ Ducem, Johannes, altero *die* 22. *Martii*, literis ad Cæsarem datis anxium Austriæ Ducem de fugæ suæ consortio aut conscientia excusavit. Qua de re non solum *Niemium* consuluisse, sed & laudatum *Geraldum de Roo*, l. c. f. 149. hic audiviſſe juvabit. *Cum rumor*, inquit, *incertis auctoribus tota passim urbe spargeretur, esse inter Ecclesiasticos qui fugam meditarentur: Et Johannes ipse non occultis indiciis pœnitentia se dudum tentaſſe fuiſſe in Germaniam ostenderet: Sigismundus, ne tanti momenti res impediretur, portarum exitus, additis custodibus, observari justit. Ibi Pontifex trepidare, impensius fuga consilia meliri, suamque hac re libertatem violatam dicere. Accedebat ad hæc illud quoque, quod Imperator pecuniæ indigus, a Pontifice mutuum petebat, quod reipublicæ causa expenderat: Qua occasione ille eo prætexto, quod in omnem dubia rei eventum secum attulerat, brevi se destituendum sibi videbat. Injecto igitur variis de rebus sermone, Pontifex vagare cum cœpit: Essene pacta fide saturus, si ex re sua fore conſuerit locum mutare? Sigismundus his verbis perculſus, obnixe rogare atque obtestari cœpit, maneret, neque tot regum tot Principum legatos indignaretur, neque committeret, ut ea tam salutaris, quam summo studio pro cæteris promovere ex officio deberet, illius culpa impedita fuiſſe videretur. Non amplius jam ita sinit potestatem esse, ut discessum illi permittat, neque satis causæ cur id faciat apparere. Attendum igitur, & concilii finem expectandum. Pontifex nullam in Sigismundo spem esse animadvertens: Fridericum jam antea sui consilii non ignarum agere dixit: Sub ejus fide se huc venisse, ei se vitamque credidiſſe, absque eo nunquam Alpes superaturum, neque unquam Germaniæ potestatem sui faciturum, cujus facili cessimaxime ipsum pœnitere, sperare tamen atque confidere, Austriæ cum Principem de fide semel data nihil mutaturum. Ad hæc Fridericus cognitum se habere dixit, non nisi invito Imperatore discessum parari posse rem esse periculosam & invidia plenam, se vero, quantum salva dignitate posset, promissa servaturum.* Scribat Fridericus gravissimas de se querelas a Tridentinis, Brixinensibus, ac Curiensi Episcopis, ad Concilium esse delatas, neque in eo foro litem pro se damni sibi sperabat. *Neque a Sigismundo valde mirabar, quod omnia a pacis &* vi. hu-

Digitized by Google

vicinis locis posſideret, paceмque & fœdus cum Helvetiis haberet. Itaque fuga consilium initur. Cujus non expertum fuisse Moguntinum quidam affirmant, Cæsari ubique infensum. Cum igitur diu fuga constitutus advenisset (is erat idus (XXI.) Martii) Friderici cui ante civitatem cum Hermanno Cilia comite ludos equestres exercebat. Ad quorum spectaculum cum multi exirent, Pontifex quoque inter alios, assumpto equisonis habitu, inobservatus elabitur, strigoso equo insidens, arcumque ex sella dependentem ferens. Ita ad lacum usque adequitans, lembum ad hoc paratum conscendit, & remigio usus Schafhusiam proficiscitur. Subsequitur eum Fridericus, & utrimque famuli, qui quique poterant, dilabuntur, herili pleraque supellectili direptui relictâ. Johannes paulo post Friburgum atque inde Brisacum abit. Vulgatâ hujus fuga fama, maximus per totam urbem tumultus exoritur, concurritur passim & clamatur: Johannem & Austriacum nefarios homines, concilii perturbatores, quovis supplicio dignos esse. Interim Imperator & Concilio litera redduntur, quibus factum merque sunm excusare nitebatur. Pontifex, in Germaniam se venisse, ut œcumenici Concilii decretis quibuscunque acquiesceret, eundem sibi animum esse, nec quoquam se iturum longius, quod sacro Concilio & reipublicæ satisfeciſſet: Quod vero Constantia discesserit, oravit ne ægre ferant, constare sibi facti sui rationem, quæ suo tempore esset redditurus. Fridericus verò fidem, qua Pontifici obstrictus erat, exsecrabat, non longius iturum esse illum, nec si id vellet se permissurum. Caterum, hæc frustra ab iis fiebant, majorem enim invidiam sibi conflaverant, quam qua nulla excusatione hominum animis eximi posset.

Spondanus in *Annal.* satis extollere nequit Cæsaris præclarum facinus, à fuga Johannis editum, Concilium roborandi, inque ordine continendi. *Dum expectaretur*, inquit, ut Johannes, sicuti promiserat, Nationibus satisfaceret, subito auditum est eum abiisse, qui nocte præcedente diem festum S. Benedicti, 21. Martii, re cum Friderico Austriæ Duce secrete composita, dissimulato habitu urbem egressus Schafhusiam aufugit oppidum prædicti Friderici diœcesis Constantiensis ad fluvium Rheni, quatuor milliaribus Constantiâ distans. Qua de re cum omnes turbarentur, Sigismundus congregatis Nationibus metum deponere jussit, se enim protecturum Concilium, & unionem usque ad mortem procuraturum. Strenuum plane principem, dignumque immortali laude ob perpetuam in adjuvanda republica voluntatem! Absque quo fuisset, nullum est dubium, quin concilium dissolutum esset, ac Schisma pernitiosioribus conatibus auctum.

En ergo simulacrum *fugæ Johannis è Concilio*, cum *Literis* in fuga Constantiam *ad Cæsarem ablegatis*.

Ex MSC. Cæsareo Vindobonensi Part. I. Act. Conc. Const. f. 104. b.

Die XXI. Martii Anno 1415. Dominus noster sanctissimus dimisso grege populi christiani tantæ congregationis Christi fidelium lacerataæ gravissime diro schismate, non more boni pastoris, sed mercenarii, *clam & furtive*, habitu mutato, *recessit* in nocte in Schathusen, cum Duce Friderico prædicto.

Et *altera die* Excusationes sui & dicti Ducis prætensas, & fictas *transmisit literas Domino Regi Romanorum*, tenoris sequentis. In quibus aliqua verba sua manu scripsit, quod bene novi ex signaturis.

Et similes *literas* misit *Collegio Dominorum Cardinalium.*

JOHANNES PAPA XXIII.

Carissimo Filio nostro Sigismundo Regi Romanorum.

Carissime Fili. Gratia Dei omnipotentis libert ac conveniente aëre summus in Schafhusen, & venimus ipsein filio nostro Duce Austriæ, non animo declinandi ab hac quæ promissimus per renunciationem nostram facere pro pace Ecclesiæ sanctæ Dei: Sed ut in libertate & salute propriæ persone possimus, & prout indubie volumus ea executioni demandare. Datum in Schafhusen, XXI. die mensis Martii, Anno Domini M CCCC. XV.

CAP.

CAP. II.

Ut Concilium dissolveret Johannes, Curiales suos omnes è Concilio adse mox die 23. Martii *evocavit. Quod factum sequenti formula, Constantiæ die* 28. *Martii. affixa.*

Ex MSC. Vindobon. l. c.

EXparte & de mandato Sanctissimi in Christo Patris ac Domini, Dn. JOHANNIS, divina providentia Papæ XXIII. præsentium tenore citantur, requiruntur & monentur, omnes & singuli familiares, nec non officiales prætati Domini nostri & Sedis Apostolicæ, tam laici quàm clerici, cujuscunque etiam Pontificalis dignitatis existant, in civitate seu districtu Constantiensi nunc existentes, quatenus infra sex dies proxime secuturos, à data præsentium continue nominandos, quorum duo pro primo, duo pro secundo, & reliqui duo pro tertio, ultimo, & peremtorio termino horum serie assignantur, venire debeant & teneantur ad terram Schafhusen, in qua idem Dominus noster præsentialiter moram trahit, sub pœna excommunicationis & privationis omnium officiorum, quæ obtinent aut exercent: Volens idem Dominus noster, quod præsentes requisitio, citatio, & monitio provide quoslibet arctet, acsi unicuique singulariter & distincte & præsentialiter exhibitæ extitissent: Constitutionibus Apostolicis nec non reclamationibus & appellationibus, interpositis aut interponendis, & aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. Datum Schafhusen, Constantiensis Diœceseos, die XXII. Mensis Martii.

CAP. III.

PRoditâ in Concilio Johannis Papæ fugâ, *d. 22. Martii*, Cæsar per urbem Constantiam cum Principibus obequitando *securitatem Concilii* à fuga Papæ reliquam omnibus publicâ proclamatione pollicitus, quietem in illis turbis paraverat, teste Nimio, Dacherio, Nauclero, aliisq;. Selecti mox in Concilio illo die *Legati, ad Papam* abituri, qui Procuratorium cessionis diu desideratum denuo urgerent. Qvi & altero *die*, 23. *Martii*, cum prius *Gerson* ex mandato Concilii mane orationem gravem habuisset de concilii autoritate, Schafhusiam ad Papam emigraverunt. Inter hæc sollicite egit Johannes, ut apud Principes ac Reges fugam suam literis excusaret, Concilium culparet & argueret, idqve dissuaderet. Qvo spectant sequentes *Articuli*, quos una cum literis ad Parisiensem Academiam, Regem quoque & Principes Galliæ, aliosqve ablegavit. Qvos in Codicibus MSCtis Parisiensibus observavit *Spondanus*, uti monuit in *Ann. Eccles. ad A.* 1415. *f.* 740. *c.* 2. Hic exhibemus integros ex Gemino *MSCto*, *Cæsareo* ac *Lipsiensi*. Qvi codices MSC. cum alicubi differre nonnihil viderentur, diversitatem orationis præcipuam cancellis includere consultum fuit visum.

In *MSC. Vindobonensi*, *Parte II. Act. C. C. f.* 210. *b.* hæc habetur inscriptio:

Informationes Papæ, quas miserat cum literis suis universitati Parisiensi & Duci Aurelianensi.

Quæ in favorem Concilii remissæ sunt per eandem.

PRimo, qvaliter, postquam Dominus noster *Papa ad civitatem Constantiensem applicuit*, ubi generale concilium fuerat per ipsum convocatum, ibiqve stetisset *spatio trium mensium*, *pauci comparuerunt* pro dicto concilio; *Rege* etiam *Romanorum*, anteqvam quidquam fieret, *expectato per duos menses*: Et illo adveniente ad ejus requisitionem, Regis Angliæ Ambasiatoribus expectatis tribus mensibus: Auditoqve progressu Ambasiatorum Regis Franciæ, cum idem Dominus noster eosdem Ambasiatores decrevisset omnino

omnino expectare, tanquam sui primi filii inter omnes Reges Catholicos: Non tamen fuit in hoc exauditus. Quin imo, Anglicis præoccupantibus, *nationes quatuor talia fuerunt concordes*: Videlicet *Gallicana*, quæ tunc carebat capite, Ambasiatoribus prædictis, imo & nullis prælatis regni existentibus, duobus solum exceptis &c.

Quatuor nationes in Concilio esse fa. Gal. Gallicam, Italicam, Anglicã & Germanicã, dolenti Johanni. Hæreticũ sectatorẽ fuisse Hussum.

Item, quod, licet in Ecclesia sancta Dei *exstirpatio hæresium* esse debeat principaliter recommissa, quorum defensioni nullos Christi Principes subjectos esse deceat, sic, quod illud *practicandum tractandum in generalibus concilijs*: Decurrentium vero modernis temporibus hæresium ltaret memoria damnanda illius, cujus sectam *Johannes Hus* secutus est, (& *sequebatur*,) dogmatizavit, & falsis instructionibus & doctrinis populum Dominicum subvertebat: Cujus & quorum opiniones tam per universitatem Parisiensem, quam alias universitates extiterunt reprobatæ: Quorum articuli mittentur ad Christi fideles Principes, maxime ad dictum Regem Francię, duo tempore feriose: Qui quidem *Hus*, quamvis *captus* exititex *ordinatione Domini nostri* prædicta, de illo tamen nulla fuit ministrata justitia, *nec per nos fuisset, quod contra ipsum sententiæ ferenda*, qvinimo *procuratum & requisitum, ut ipse starum per illum, qui conclusit & Ecclesia protector esse dicebatur*, videlicet *Regem Sigismundum* prædictum, *quod dictus hæreticus relaxaretur, cum intimationibus & minis de statu generali carceribus, casu, quo non relaxaretur.*

Johannẽ Papam Hussum Constantiæ vivum, rentem, & cum inde ejecisse. *Sigismundum Cæsarem sententiam contra Hussum à Papa semel vetitã.*

Item, quod, licet in concilio generali non debeat *nationum differentia* fieri, cum apud Deum non sit acceptio personarum, deberetque dicta congregatio Christi fidelium una non majori quam alia uti vocabulo, *nullaq;* deberet esse *differentia inter congregationes* ibidem, imo omnium ibi venientium velle & opiniones deberent in unum publicum aperiri, & voces omnium super quolibet determinando singulariter rimari, quoniam sensus ad numerum capitum multiplicantur. (In MSC. Lipsiensi ita: *ut unius instructione informentur alii, quoniam non omnes per omnia sunt certi per certa, & quot capita tot sensus.*) Hoc tamen in dicto concilio non fuit permissum, quinimo *ordinatum extitit, ut qualibet natio in illo haberet unam vocem diuntaxat*, quamvis in natione Gallicana essent Ecclesiæ & voces notabiles, in Italia similiter, & multo plura suppotita, quam in ceteris nationibus. (In MSC. Lipsiensi ita: *Licet in Natione Gallicana essent trecentæ voces notabiles, & in Italia totidem, ubi erant in illis duabus nationibus ducenti prælati, comparentes ibidem personaliter, & de Anglia ibi erant Prælati tres tantum, & ceteri clerici novem in numero.*)

Sigismundum Germanicæ nationis cessisse *Johannis Papæ Hussum* defendisse.

Item, quod, facta ordinatione, quod non essent nisi quatuor nationes, & illæ haberent quatuor voces, unasqve alteri æquipararetur, nulla habita differentia meriti ad meritum, & numeri ad numerum, *procurata extitit unio duarum nationum*, scilicet *Germanicæ & Anglicanæ*, quas suæ voluntati adduxit *& fuit gavis Rex Romanorum* prædictus. Et cum nihil sui propositi consequi posset, duabus aliis contradicentibus, unum creavit idolum, videlicet *Patriarcham Antiochenum*, Petri de Luna familiarem, & discipulum absconsum, & qui sacteabus in *Portu Veneris* ordinavit & fabricavit illas literas injuriosas, inquilitivas & damnativas contra prædictum Regem Franciæ, & statum suum, & qui dictum Petrum de Luna post suum recessum ad locum de Perpiniano associavit &c. (In Lipf. MSC. addita sequentia: *Et ibidem per eundem ad dictum Patriarchatum erectum extitit. Qui Patriarcha sibi associavit sex deputatos de dicta natione Gallicana, quatuor ex illis Prælatis extra regnum Franciæ, omnibus de regno rejectis. Qui licet nullam haberent potestatem ordinandi, nisi audiendi, & referendi tantum, nihilominus ordinabant, & ordinata per Concilium confirmabant, pro libito inordinata voluntatis.*)

Patriarcham Antiochenum & partibus Cæsaris fuisse.

Item, quod, licet in concilio secundum sacrorum canonum sanctiones, voces habere debeant nisi Cardinales, Patriarchæ, Archi-Episcopi, Episcopi, quorum voces requirendæ sunt in sessione publica seu publicis sessionibus, & non in particularibus consiliis: Hoc tamen inutatum fuit contrariis affectionis

De jure votorum in Concilio.

ctionibus. Quoniam quicunque ad concilium (ad ipsa consilia) fuit admissus, nulla facta differentia, an foret clericus, vel laicus, solutus, vel conjugatus, graduatus, vel non graduatus, honestus vel abjectus. Quorum voces, relecatis vocibus Prælatorum, acceptatæ sunt usque quaque: Non obstantibus contradictionibus ipsorum Prælatorum. Et quod deterius est, si aliqui Prælati contra ipsorum malignantium intentionem loqui vellent &c. (Supplet. um in MSC. Lipsienli: *Suas intentiones juribus sic faciendo, sibi labatur, & fiebat eis tanta injuria, ex quod oportebat ipsos obmutescere, & abire confusos.*)

Item, quod licet in concilio generali caput principale sit Christi vicarius, qui dat esse ipsi concilio, ipse tamen *Romanorum Rex ipsius concilii petit præsidentiam* in quo diversis vicibus (in Lipf. MSC. additur, *de facto*) præsumsit præsidere. Quod nedum a jure communi exorbitat, imo & humana ratio abhorret & detestatur &c.

Item, quod, licet in eisdem conciliis deberent voces esse liberæ: (In Lipf. MSC. additur, *& omni improbitate remotæ,*) Multæ tamen fuerunt cavillationes, promissiones, subordinationes, minæ & terrores. Quibus causantibus remanlit (Lipf. MSC. *fuit*) in paucis (L. M. *hoc est*) veritatis nunciandæ vo- *De libertate vocum in Concilio.* luntas. Quoniam *die* xix. *Martii Rex* prædictus *in congregationem Gallicanam personaliter advenit, secum adducens nationem Anglicanam & Germaniam*, ore proprio proponendo, quod duæ dictæ nationes deliberaverant super quadam schedula, de qua infra fiet mentio: Quam deliberationem (*volebat*) ibidem communicare, ut & ipsi Gallici, ipsis, Rege & nationibus præsentibus, deliberarent pariter. Et quia per Ambasiatores Franciæ & alios objectum extitit, quod, cum ipsæ nationes per se deliberassent, volebant & ipsi per se deliberare, & ipsis absentibus. Quibus fuit per dictum Regem responsum, quod minor pars dictæ nationis erat subjecta Regi Franciæ. Et cum ipsi Regi Romanorum tres partes dictæ nationis essent subjectæ, volebat, quod aliæ duæ nationes admitterentur. Et in fine videns, non posse obtinere, furibundus quasi recessit, dicens: *Videbo nunc, qui contra honorem meum venient.* Qua de causa nullus vel saltem pauci ausi fuerunt dicere veritatem, ob evidentem eis imminentem timorem.

Item qualiter Dominus noster *obtulit libere & spontanee viam cessionis*, contendentibus & ejectis de papatu, & per sacrū Pisanum concilium de hæreli damnatis, *De cessione Johannis.* cedentibus. Quæ quidem *oblatio* licet esset *in notabili forma*, non tamen fuit acceptata per dictas nationes. Sed ab eisdem *facta* fuit *alia schedula* largissima & captiosa, credentes Dominum nostrum a suo sanctissimo revocare propositō, per irritationes. Quibus non obstantibus, idem (*sanctissimus*) Dominus noster *eandem cedulam per dictas nationes factam acceptavit*, & illam ore proprio in publico concilio *legit*, & concessit de eadem bullam fieri. *De variis illius formulis.*

Item, quod in crastino idem (*sanctissimus*) Dominus noster publicam sessionem teneri mandavit, & post celebrationem missæ sancti Spiritus ipsam cedulam iterato legit, & confirmavit.

Item, quod, illo expedito, voluit Dominus noster sessiones tenere, & procedere super reformatione Ecclesiæ, & extirpatione hæresium. Quod nunquam obtinere valuit, nisi quantum placuit Regi antedicto, (M. L. *dicto Imperatori*) & inducentibus eandem.

Item, qualiter omisso capite principali, & non habita consideratione ad sanctissimam & largissimam oblationem, quam Dominus noster fecerat, *petiit idem Rex, procuratores constituti irrevocabiles per dictum Dominum nostrum ad dictam cessionem faciendam*, quorum principalis esse volebat, & alios ad sui voluntatem ordinandos. Et ultra, concilium non debere mutari a dicto loco Constantiæ, nec dictum Dominum nostrum se absentare ad aliquem locum (*aliquo loco*) donec dicta renunciatio & cessio facta esset per contendentes antedictos. Super quibus obtinuit per dictas nationes fieri supplicationem Domino nostro. Qui Dominus noster superiori respondit, sicut in cedula

Digitized by Google

dula super hoc facta plenius continetur. (Lipſ. MSC. addit: *cujus copiam mittimus.*)

Item, quod idem *Rex* in vituperium Romanæ Eccleſiæ, & ipſius Domini noſtri, infra clauſuram palatii, & ante cameram ipſius Domini noſtri, *haſtiludia* cum magno ſtrepitu tubarum (*magna voce oriu & tubarum quotidie*) fieri procurabat.

Item, quod in præſentia ipſius Regis procuratum & conſultum (L. M. *concluſum*) extitit per Anglicos, quod procederetur ad captionem perſonæ ipſius Domini noſtri, qui ita lætiſſime, ut dictum eſt, & devote & exuberanter ſe habuit, quod præfentibus Ambaſiatoribus Regis Franciæ, & dictis Anglicis contradicentibus, captio hujusmodi evitabatur. (In Lipſ. MSC. hæc habentur verba: *Præſentibus in deliberatione dictorum Anglicorum & illis contradicentibus Ambaſiatoribus Regis Franciæ.*)

Item dictus *Rex Romanorum fecit* per multos dies *venire exploratores usque ad cameram dicti Domini noſtri*, & una die usque ad cameram propriam & lectum ejusdem, ad videndum, utrum aufugerit. (In Lipſ. MSC. ita: *publicando, quod aufugere vellebat.*) Et quod deterius, portas civitatis (Lipſ. MSC. *valva*) per unam diem tenuit, & tecit teneri clauſas, nullos Prælatos, ſive clericos (*exire*) foras permittendo, imo verius Cardinalibus volentibus pro ſpatio (L. M. *ad ſpatium*) exire, exitus fuit recuſatus. Fuerunt & poſiti cuſtodes de die & de nocte circumqvaqve palatium, per terram & aqvam.

De obſervata ac impedita Papæ fuga à Concilio.

Item, poſtremo à dicto Domino noſtro fuerat petitum, quod ad ſtatim cederet, (in Lipſ. MSC. hæc ita leguntur: *Item poſtremo proponebatur, quod nunc cederet omnino*) aliis etiam non cedentibus, nec clarificato, ſi cedere vellent, (*vel non*) & (*volentes*) quod idem Dominus noſter (*ex nunc*) deſcenderet de cathedra, ita, quod quoad obedientiam (in Lipſ. MSC. *& illa quantum ad obedientiam*) noſtram maneret vacua, adoptantes alium in locum ejus ſurrogare, & admittere ipſius Regis votum & diſpoſitionem, nec permiſerunt mentionem facere de concilio Piſano, quemadmodum bullis petitur deſuper, nec condemnationem eorundem contendentium de papatu. (In MSC. Lipſ. aliter hæc referuntur: *Credentes ex poſt & adoptantes & alium in eodem loco ſurrogare & admittere ad ipſius Regis votum & diſpoſitionem. Et eſt tamen conſideranda intentio iniqua, quam gerunt illi, nedum ad Dominum noſtrum, imo ad conſuſionem domus Francie & totius cleri Gallicani. Cujus domini Regis & ſui prafati Conſilii labore & providentia tentum & concluſum fuit Concilium Piſanum. De quo Concilio non permiſerunt mentionem fieri in Bulla prædicta nec de condemnatione eorundem.*)

Item (*qualiter*) Rex fuit paſſus in vituperium dicti Domini noſtri, imo totius Eccleſiæ, per Archi Epiſcopum Sa- *De Archiepiſcopo Sarisberiensi Anglicum* (*quem idem Rex ſecum duxit & reduxit*) dicto Domino noſtro verba proferri injuriola, etiam à fide catholica deviantia, vide- *& ſcopi Sarisberienſis contentione cum Papa de autoritate Papæ.* licet, quod ipſe Archi Epiſcopus eſſet ſupra Papam, & totum (*Generale*) con- cilium. Et licet Dominus noſter luiſſet proteſtatus de injuria & errore, non tamen ob hoc corrigebatur, (*ſe reduxit,*) ſed receſſit illæſus temere cum eodem (In MSC. Lipſ. *Sed potius temerarie & ſine correctione & reverentia receſſit cum eodem Rege.*)

Item, quamvis de dicta natione Italica eſſent Prælati, numero LXXX vel circa, & multi alii Doctores, & Magiſtri notabiliſſimi in Theologia, in jure canonico & civili, qui (in Lipſ. MSC. *conformantesque ſe cum pluribus aliis notabiliſſimis Cl. aliar. nat.*) volebant juridice agere, diſputare & concludere univerſa, ſed non fuerunt admiſſi, (*auditi*) imo illa natio Italica totaliter fuit abjecta, ſeparata & excluſa, ac ſi non exiſteret, & comparceret. (L. M. *ac pro nõ exiſtente ac nõ comparente habita.*)

His igitur penſatis, & aliis multis, quæ latius deſcribentur & per oratores exprel-

expressos dirigentur, [*mandabuntur*] & quæ merito cadere poterant in constantem, imo constantissimum: [In Lipi. MSC. *quæ motum in constantem imo in constantissimum animum inducebant:*)

Idem (*Jam Ecclesiæ*) Dominus noster nolens scandalizare Ecclesiam Dei, & ne impediretur sanctissimum propositum, (*quod disposuit*) volens dispositum perficere & complere cum districtissimo assensu fidelissimi filii sui, *Ducis Austriæ*, de villa Constantiæ de nocte non sine gravitate & dispendio personæ suæ (*peditando*) per leucas sive milliaria ejusdem patriæ, quæ se extendunt (*ascendunt*) ad sex leucas Franciæ, [& *alteras*,] venit ad locum Schaffhusam. Ibique cum (*privatò*) applicuit, refectione naturali omissa, scripsit præfato Regi, collegio Cardinalium & Concilio *in fuga* [*prædicta*] quod non ad fugiendum vi- *ad Concilium* am per ipsum oblatam, sed mortis vo- *lium scribens* lens cvadere incursum, & alia inconvenientia præfata, (*gravia*) ibi advenerat, ibique stans in sua libertate plenarie significabat, *quod paratus erat, quæ promiserat, adimplere*, &, propter complere illa, *velle accedere partes Franciæ*, & (*inde*) appropinquare loco, ubi Petrus de Luna obtulit se venturum, continuando concilium ad dictum locum, vel alium, ad voluntatem Regis Franciæ & collegii Cardinalium antedicti &c. (In MSC. Lipſ. *Si per Dominos Francia & ipsum sacrum Collegium fuerit avisatum.*)

De fuga Papæ Johannis ex Friderici Austria Ducis.

De libertate sua in Gallia abeundi.

CAP. IV.

Missiva Papæ Johannis XXIII. directa Regi Franciæ & Duci Aurelianensi super materia præcedentium articulorum.

Ex *MASC. Cæsaræ Vindobon. Parte II. Act. Conc. Const. f. 215. 4.*

CArissime in Christo fili. Salutem & Apostolicam benedictionem. Revolventes dudum intra mentis arcana, quot & quanta mala animarumque pericula ob *errores & schismata*, quæ nonnullorum *excæcanda* disseminavit *ambitio*, fideles Christi pertulerint: Pia & paterna compassione compuncti vehementissime doluimus. Ac illius, cujus vices in terris, licet immeriti gerimus, imitari vestigia cupientes, qui pacem suis pro singulari hæreditate reliquit, toto corde omnique possibilitate *pacem, quæ inter omnia vel optabilius esse debet ipsis fidelibus*, ut tandem à tot releventur miseriis, dispositus *procurare*. Et ut hujusmodi nostræ mentis conceptum opere complerimus, post tergatis omnibus, qui nostram præsentiam in Italiæ partibus necessario flagitabant, ad *civitatem Constantiensem* pro *celebratione concilii generalis*, quod antea per nostras literas ibi indixeramus tenendum, ante terminum statutum accessimus. Ubi *per plures menses* Prælatorum & nunciorum Regum, Principum, aliorumque Dominorum, & universitatum Studiorum, adventum patienter expectavimus.

Tandem *Etiam cautione nostri papatus* licet ad illam nullatenus essemus astricti, Angelo Corario, Gregorio XII., & Petro de Luna, Benedicto XIII. in eorum obedientiis nuncupatis, olim de papatu contendentibus, per sacrum Pisanum generale concilium damnatis & ejectis, similiter cedentibus, *aperuimus*, & illam prosequi promittentes *voto & juramento firmavimus*, prout in ipsis nostris desuper confectis literis, quas ad serenitatem tuam destinandas providimus, plenius continetur. Nam hæc *via cautionis aptior, brevior & securior pro integra Christianorum pace* præ cæteris nobis visa est. Quam usque ad totalem conservationem tanti boni prosecuti fumus sincere, & cum constantia incontusa. Putabamus namque, ex tanta nostra liberalitate favores, auxilia, & assistentiam omni profectu tam magni ramque pii operis promereri, qui pro aliorum quiete unicam in urbe dignitatem altissimam non dubitavimus dimittere.

Sed ecce, quod dolenter referimus, nonnulli, quos Apostolica gravitas nominari

Digitized by Google

minari non patitur, appetitum rationi præponentes, & propria fectantes commoda, honeſtatis & juris calle calcato, non, ſicut in generalibus conciliis ſecundum ſanctorum Patrum inſtituta & obſervantias hactenus per vota, voces habentium, & concorditer celebrantium, procedi conſuevit, ut in ipſo procederetur concilio, permiſerunt. Verum facto conflato, & *in quatuor nationes, quæ per quatuor voces totam ejus auctoritatem præſentarent, diviſo concilio*, quod nunquam auditum eſt hactenus, ne qui per capita vota eorum in tam arduo negotio dare valerent, rem ad libitum deducere fatagebant. Et ſi qui eorum inordinatæ voluntati contradicebant, illos terrebant minis & injuriis, convitiis & illuſionibus affligebant. Nec his adhuc acquieſcentes, quæ ſatis dereſtanda erant, in libertatem ipſius concilii machinantes, *portas* ejusdem *Conſtantia civitatis per diem integrum*, ne aliquis Prælatus vel clericus exire poſſet, *claudi fecerunt*, & demum contra libertatem ſalutemque propriam conſpirare auſi ſunt. De cujus conſpirationis mediis, honeſtius ad præſens tacere, quam ſcribere arbitramur. Et ſic per tractiones & violentias redintegrationem & pacem univerſalis Eccleſiæ impediri procurabant.

Nos itaque talia intuentes cura angebamur continua, meditabamurque, quibus remediis poſſemus occurrere, quod non impediretur executio tantl boni. Tandem, cum nulla videretur eſſe alia via ſalubris, *de dicta civitate*, in qua nos nec tuti nec liberi eramus, & concilium præfatum erat debita libertate privatum, *incogniti receſſimus*, & ad hoc *oppidum*, quod temporali Domino, dilectoſilio, notabili viro, *Friderico Ducis Auſtriæ ſuppoſitum* exiſtit, *ab ipſa civitate Conſtantienſi per quatuor milliaria tentonica diſtans*, ubi plena potimur libertate, devenimus. *Non enim* ſine noſtro & Eccleſiæ, ac plurimorum ſcandalo evidente, *palam diſcedere valebamus*. Quemadmodum, *ne valeremus diſcedere*, etiam occulte, non parvæ erant *excuſabia* & cuſtodiæ antea *ordinata*; Et, ſi manſiſſemus ibi, noſtræ perſonæ non curato periculo, nil ibi ordinare, diſponere & decernere valebamus, quin ex præmiſſis metu & violentia arbitraretur exortum, & in poſterum potuiſſet de nullitate notari.

Hæc, nili cariſſime, in tuæ Celſitudinis regiæ notitiam deducere properavimus per præſentes. Et plenius per inſtructiones præſentibus alligatas, quæ deinde per *relationem nunciorum noſtrorum ſolennium*, quos ad ipſius præſentiam deſtinare deliberamus, fient tibi vivo vocis oraculo clariora. Quoniam quorumcunque in Dei Eccleſia occurrentium te decet eſſe Principem, quem inter Catholicos Chriſtianorum Reges, & manutenere tenentur, mentis gere, & benevolentia ampleclimur ſpeciali; Iplam celſitudinem tuam in Domino exhortantes, & affectuoſiſſime requirentes, quatenus nobis, qui pro reintegratione & pace præ cæteris firmisſime ſumus diſpoſiti, plus effectibus agere, quam verbis teſtati ſumus & ſcripturis, placeat oportunis auxiliis & favoribus pro tam piæ & neceſſariæ rei totali conſervatione aſſiſtere & favere. Ex hoc enim apud Deum præmium non modicum, & apud homines promereberis ingentem gloriam & honorem.

Datum in *Schaffhauſa Conſtantienſis diœceſeos*, ſub annulo Piſcatoris, *die XXIII. Martii*, Anno quinto &c.

TOMI II. PARS XI.

Concilii Conſtantienſis acris contentio

pro integritate Concilii

contra machinas fugitivi JOHANNIS XXIII.

Concilium diſſolvere conantis

Prodita ante primam à fuga Papæ ſeſſionem publicam

A. 1414. medio menſe Martii, haud longe ante feſtum Paſchatis.

CAP. I.

Johannis **Gersonis**, *Parisiensis ad Concilium Legati, Oratio publica, tertio à fuga* **Johannis** *die, 23. Martii, Sabbato, Vigilia Dominicæ Ramis Palmarum. Concilii jussu, antequam Legati illo die è Concilio ad Papam Johannem Schafusam migrarent, mane habita, De Concilii Autoritate.*

Ambulate, dum lucem habetis, ut non **tenebræ** *vos comprehendant.* Jubet hoc Christus, *Patres Orthodoxi*, patres, non in tabulis æreis, ut olim apud Romanos, sed in libro vitæ conscripti. Jubet inquam Christus originaliter *Johannis* 12, & recitative *in Evangelio Sabbati præsentis*. Vos obedientes audite, ambulate non passibus corporis, sed gressibus mentis, ambulate de virtute in virtutem, dum *lucem* habetis. Et qualem *lucem*? Respondeat **lux vera**, cujus hoc est verbum: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.*

Adsis invocatus, Domine Jesu, præclarissimæ sol justitiæ, disjice terræ nebulas, & pondera molis, atq; tuo splendore mica. Absque te enim præcipitem sua profunda mens hebet, & propriâ luce relictâ tendit in externas ire tenebras. Hoc ne fiat, tu mediatrix, tu advocata & exoratrix nostra, simpliciter adeunda es, virgo gloriosissima, quæ tui nominis interpretatione tam illuminata quàm illuminatrix diceris. Et quo lumine? prorsus lumine gratiæ, quo sic illuminata es, ut dicaris in Apocalypsi mulier amicta sole. Hoc tu nobis lumen ut infundas de plenitudine tua supplices imploramus, salutantes & dicentes *Ave &c.*

Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Lux ista est, *Patres celeberrimi*, Deus, qui glorificatur in Concilio Sanctorum, dicente Psalmo: *Magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.* Cujus hanc tenemus infallibilem promissionem *Matth.* 18, *ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum.* Sicut vidit Psalmista dum cecinit: *In Concilio justorum & in congregatione magna opera Domini.*

In Concilio Dei magni.

Cons. Pa. Et *magna plane* imò *ingentia jam vidimus in hoc Concilio justorum Dei opera*, palis in spontaneam & vix speratam *cessionis* viâ. *Const.*

Porrò cum propter semetipsum & ut glorificetur, fecerit omnia Deus, *magnum* quo pacto credendus est præclarior *Dei opus*. celebritate glorificari, quàm in *Concilio justorum*, quæ vera laus est in Ecclesiâ Sanctorum. Tales vos esse convenit, Orthodoxi & Deo amabiles Patres, ac Domini, ut *Concilium* sitis *Sanctorum & justorum*, quos posuit Deus in mundo quasi vera totidem luminaria. *Vere* inquit, *vitis lux mundi.* Siquidem in hoc constituti estis aliqs purgare, illuminare, atque perficere, nunc maximè cum factus *conventus*, ipse *sacrosanctus*, dum *adunatur* est *cœtus*, dum *congregata* est *Ecclesia*, ut de Maccabæis scribitur, quatenus orarent & peterent misericordiam à Deo. Et *ut spitulantes eo deverterentur, quid fallo opus esset.* Exultat animus profectò levans in circuitu oculos, & videns omnes istos, qui congregati sunt tibi, hoc est, ad utilitatem tuam, ô populi Christiane. Congaudet admirans spiritus meus & in hanc erumpit: Ecclesiasticî cantus vocem: Cives Apostolorum, & domestici Dei advenerunt hodie, portantes facem, & illuminantes patriam, dare pacem gentibus, *& liberare populum Domini.* Quatiter *liberare*? Exhortando clamandoque: *Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant.* Cujus deliciæ sunt, esse cum filiis hominum: Ipsæ tenebræ divisionum schismatumque, tenebræ tot errorum & hæresium, *tenebra* demum *horrida tot vitiorum per Ecclesiasticum corpus vasto quodam turbine miserabiliter exundantium.* Ambulate igitur, dum lucem habetis, ut non hæ vos tenebræ comprehendant. *Lucem* itaque habetis, Patres luminosissimi, *Christum, vitis* qui verè est in loco isto, vel Emanuel, *tia & lux* qui interpretatur, nobiscum Deus, cu- *via Christus est.*

Patres Concilii comparati cum luce.

Lux Ecclesiastica.

jus est hæc certissima promissio: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi*. Deus iste est, qui gloriicatur in Concilio Sanctorum, magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt. Et bene in circuitu tuo, Domine, res omnes esse dicuntur, quem tu velut sphæra intelligibilis, cujus centrum ubique est, circumferentia nusquam, tu ubique es, extra non exclusus, intra non conclusus, supra non elatus, infra non prostratus, imò magnus valde, terribilis, gloriosus, & superexaltatus in secula.

Ecce Patres Orthodoxi, quod ad hoc ipsum, ut glorificetur Deus, & illustretur Ecclesia, nunc *celeberrima Parisiensis Universitas*, cultrix & amatrix eorum omnium, quæ Christianæ religionis pietatem, quæ sanam doctrinam

Legati Academiæ Parisiensis commendati.

respiciunt, ipsa *ad exemplar Christianissimi Regis Francorum*, Patris sui dignantissimi, *legationem misit*, quærens primò ea, *quæ pacis* sunt, deniqve secundò, *quæ fidei* sunt, denique tertiò *quæ veritatis & Ecclesiasticæ sunt libertatis*. Quorum ad *hæc tria* principaliter *Synodum* *Tria Concilii Constantiensis negotia.*

hanc sacratendit.

Concilii jussu Gerson hanc habuit orationem.

Jussit *ipse Rex* vesperè per ambasiatores & nuncios suos hic præsentes, quatenus *hoc matutino tempore* essem habiturus *orationem* nomine suo, *pro veritatis elucidatione circa ea, quæ per hoc sacrum Concilium agenda videntur occurrere*. Nullus, opinor, mirabitur, si ad hæc jussa ego fragilitatis meæ conscius, & temporis arctatione pressus expavi. Nihilominus in Deo, cujus gloificatio quæritur, fisus, & de studio præterito *super hac veritatis inquisitione* memor, Regis præterea & Ecclesiæ regni sui voluntate per instructiones cognita: Jussioni denique matris inclytissimæ, cujus legem dimittere nequeo, monitus à sapiente, ego tanquam obedientiæ filius parere desiderans, conatus sum aggredi, cum humili dicendorum omnium ad hoc sanctorum conciliumsubmissione, ut jure suo dirigat omnia, vel accepter, vel corrigat: Et in primis quatenus habeatur ordo dicendorum lucidus & brevis: Quia vel est, *quod textitur ordine*, longum. Convertamus interim dilato themate oculos nostræ considerationis ad hoc quod dictum est, Deum esse, qui glorificatur in Concilio sanctorum, qui magnus est & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt. Defigamus in hoc Psalmistæ verbo mentis intuitum, ne per multa vagemur, fallor si non ibi videbimus *hujus sacrosanctæ Synodi causam Constantiensem quadruplicem*, efficientem videlicet, *se quæ* formalem, finalem & materialem, *tuor.*

Vult aliquis cognoscere *causam efficientem*, plane illa est: *Deus* magnus & terribilis, cujus instinctu, miseratione, adtactu & attractu collecta est nunc Ecclesia, sicut elevatus Spiritu præcecinit Psalmista: *Deum esse, qui dispersiones Israelis congregabit, qui congregat electos suos à quatuor ventis, à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.* Tantummodo qui cœpit, orandus est, ut ipse perficiat. Leva in circuitu tuo & face certus oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Quidni contingat tibi, quod idem Propheta loquitur Esaias: *Tunc videbis & adjices, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.* Et, si dilatetur, numquid non implebit illud Spiritu suo Deus?

Deus auctor, cujus in eo agatur.

Porro *causa formalis* est hæc ipsa collecta seu *concursio Concilii sanctorum*, vel Spiritu sancto formante & exemplante, qui est nexus & vinculum compaginans in unum diversa membra sanctorum. Sic agnoscit Ecclesia, petens pro seipsa, aut Spiritu sancto congregata hostili nullatenus incursione turbetur.

Quærit aliquis præterea *finalem hujus sacri conventus causam*, sane illa est, ut glorificetur Deus magnus & terribilis, juxta vocem Apostoli dicentis: *Omnia in gloriam Dei facite.* Hæc itaque recta, hæc erecta semita ad omnium, quæ voluerimus, adeptionem si primò quæsierimus gloriam suam, dedit hoc intelligi, dum ait: *Primum quærite regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.*

Omnes postremò, qui in circuitu Dei sunt, accipiuntur veluti pro *causa materiali*, & de se intorni. Nam sicut hominibus per schismata peccantibus consequens est universa sub Deo quodammo-

lici verbi conformem huiusmodi: *Solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis, unum corpus, unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, per omnia, & in omnibus nobis.* Sequitur: *Et ipse dedit quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Sequitur: *Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Hæc Apostolus *ad Ephesios 4.* Et in hanc sententiam multa ad *Colossenses 2. & 3. & 1. ad Corinthios 12. & ad Rom. 12.* posita sunt. Hæc autem comparatio veri corporis ad mysticum multum luminis adfert inquisitoribus veritatis, nedum apud Philosophos, sicut Aristotelem & Plutarchum, sed apud Theologos, Paulum præcipue.

Consinfonia 12. de Ecclesia vel Concil. divinis autoritatibus.

Diffunduntur vero, sicut præmissimus, 12. *considerationum* ex hoc Symboli & Apostoli doctrinali luce, quasi totidem radii veritatis splendidissimi.

1. *Ecclesiastica unitas ad unum caput Christum* fit, & adglutinatur per amorem Spiritus Sancti vinculum, mediantibus divinis charismatibus, tanquam qualitativis dispositionibus, reddentibus in corpore mystico complexionem harmonicam vivificam & decentem, ad opera vitæ spiritualia sufficienter exercenda.

2. *Ecclesiastica unitas ad unum caput secundarium*, quod dicitur *summus Pontifex*, Christi vicarius, fœcundior est, multipliciori, copiosiori, & majori, quam fuerit congregatio synagogæ, & quam sit congregatio civilis sub uno Rectore, Rege, vel Imperatore.

3. *Ecclesia habet potestatem seu facultatem* ex vivifico germine sibi insito per Spiritum Sanctum, *quod seipsam potuit conservare in integritate & unitate membrorum suorum*, tam essentialium seu formalium, quam materialium atque fluentium.

4. *Ecclesia habet sponsum indefectibilem Christum.* Sic, quod lege stante nec Christus potest ipsi sponsæ suæ Ecclesiæ dare libellum repudii. Nec e converso Ecclesia ita ligatur matrimoniali vinculo ad vicarium indefectibilem sponsi sui, quin mutuo se possint absolvere, & dare libellum repudii.

5. *Ecclesia, vel generale Concilium* eam representans, *est regula a Spiritu Sancto directa*, tradita a Christo, *ut quilibet, conjuncta, status etiam papalis existat, eam autcunque statuta eidem obedire teneatur*, alioquin *dire ac eidem ethnicus & publicanus*, habendus est ut ethnicus & publicanus. Patet ex immutabililege divina, *Matth.* 18. promulgata.

6. Concilium generale sic describipotest: *Concilium generale est adgregatio legitimâ auctoritate facta ad aliquem locum ex omni statu hierarchico totius Ecclesiæ Catholicæ, nulla fideli persona, quæ audiri rebolica, nulla fideli persona, quæ audiri rebolica, nulla fideli persona, quæ audiri rebolica

CAP. III.

Aliæ Parisiensium conclusiones, de Const. Concilio prosequendo, absente licet Papa.

Ex MSC. Cæsareo Vindobon. Parte I. Act. C. C. f. 112. 113. hoc titulo: *Conclusiones singulares Parisiensium; Quæ non sunt admissæ nec approbatæ per Concilium.*

Ecclesiam esse magis necessariã quam Papam.

PRima Conclusio universalis. *Ecclesia militans*, quam sacrum Concilium repræsentat, est *magis necessaria*, quam Papa.

Probatur. Quia non contingit aliquem viatorem salvari extra Ecclesiam, secundum *Augustinum*, *libro de Symbolo*. Sed multi salvati sunt sine Papa. Quia etiam nullo existente Papa contingit salvari per Baptismum alios, & alios per pœnitentiam.

Confirmatur. Quod Ecclesia sit plus necessaria quam Papa, Patet, quia Papa est necessarius propter Ecclesiam: Quia sub uno capite melius confirmatur unitas Ecclesiæ. Ergo Ecclesia est magis necessaria, juxta regulam illam: Propter quod unumquodque tale illud magis est tale.

Et ex ista conclusione sequitur, quod *Ecclesia sit utilior quam Papa.* Quia, si magis necessaria, tunc utilior,

Esse Melioremi.

Secunda Conclusio. Ecclesia est melior quam Papa. Quia Papa est propter Ecclesiam, tanquam propter finem. Ut patet ex dictis. Sed finis est melior his, quæ sunt ad finem, 3. *Topicorum* & 1. *Politicorum*, deteriora sunt gratia melioris.

Consimiliter per hoc, quia id est melius, secundum regulam Topicam, cujus corruptio pejor. Sed corruptio Ecclesiæ est pejor quam Papæ, ut patet ex dictis, Ergo. &c.

Dignior.

Tertia conclusio. Ecclesia est dignior quam Papa. Quia Ecclesia est sponsa Christi, uxor agni, sibi indissolubiliter unita, secundum Apostolum ad *Ephes.* 5. Ubi glossa inter cetera: Quia sit ex duobus quasi una quædam persona, scilicet ex capite & corpore, ex sponso & sponsa. Ergo. &c.

Honorabiliorem.

Quarta Conclusio. Ecclesia est honorabilior quam Papa. Patet, quia Christus Ecclesiam suam dotavit pene innumerabilibus virtutibus donis & gratiis atque sacramentis. Sed hujusmodi est præmium virtutis. IV. *Ethic.* Non autem inveniuntur tot virtutes & dona in una persona Papæ, sed in tota Ecclesia militante. Ergo. &c.

Potentior rem.

Quinta Conclusio. Ecclesia est fortior & potentior, quam Papa. Propterea quia scribitur de ea 9. *Matt. XVI.* quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam, quæ sæpe prævaluerunt adversus Papam. Videlicet secundum *Hieronymum* per *portas inferi* intelliguntur *vitia & hæreses*, per quæ est introitus ad inferos. Quæ portæ nunquam prævalent contra Ecclesiam universaliter, sed sæpe contra Papam.

Firmiorem in fide.

Sexta Conclusio. Ecclesia est fidelior seu constantior in fide, quam Papa. Propterea quia contingit Papam hæreticare seu a fide deviare. Hoc autem nunquam contingit de universali Ecclesia. Nam aliàs contingeret, quod nulla esset Ecclesia, quod est contra multas Scripturas, dicentes: Quod Ecclesia militans nunquam deficit usque ad finem mundi.

Sapientiorem rem.

Septima Conclusio. Ecclesia est sapientior Sapientia quam Papa. Patet propter magnam multitudinem sapientum, qui sunt in Ecclesia, in quibus est amplior sapientia & multiplicior quàm in uno homine, qui est Papa. Unde secundum Apostolum 1. *Cor.* 12. In Ecclesia datur alii per Spiritum Sapientia, alii sermo scientiæ, alteri fides, alteri gratia sanitatum, alteri operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonis.

Ex præmissis sequitur *Conclusio octava.*

Superiorem rem.

Quod *Ecclesia Catholica est supra Papam*, quoad necessitatem, quoad bonitatem, quoad dignitatem, quoad honorabilitatem, & quoad fortitudinem & etiam quoad sapientiam.

Nona Conclusio. Quod *Papa*, qui institutur

Corollarium secundum. Item elicitur ex præmissis, quod non est illicitum, imo verum & catholicum, quod *in multis* sic *sacrum concilium supra Papam.* Quinimo dicere oppositum videtur periculosum.

Cum ultimatum *refugium Ecclesiæ in ardnu* & grandibus, & concernentibus fidem & statum Ecclesiæ, non fuerint judicia Papæ, sed *judicia generalium conciliorum.*

TOMI II. PARS XII.

BENEDICTI GENTIANI,

Decretorum Doctoris, Academiæ Parisiensis ad Const. Concilium Legati,

PUBLICUS DOLOR EX FUGA JOHANNIS PAPÆ XXIII.

è Concilio, turbineqve in qvarta Concilii sessione publica mox exorto, additis ad continuandas sessiones calcaribus.

Proditus A. 1415. circa diem ultimum Martii.

Ex gemino Codice MSCto antiquissimo Cæsareo Vindobonensi, Parte III. Actorum Conc. Const. f. 298. & Parte IV. post med. f. 97. hoc titulo:

Schedula, affixa & præsentata Concilio Constantiensi, per magnum Virum & Practicum juris dictata.

Audite, qui sequimini quod justum est. Nam, ut ait *Johannes* in sua Canonica: *Nunc Anti-Christi multi exierunt in mundum*, *veluti adulatores*, & veritatis detractores, Deo & mundo odibiles, quæ sua sunt, & non quæ Christi quærentes, ponentes tenebras lucem, & è converso, mortificantes animas, quæ non moriuntur &c. Quos scriptura commemorat, dicens: *A fructibus eorum cognoscetis eos*, Ea propter, ne decipiamini, placeat sequentia paruper attendere.

Per IV. menses primos Concilium Johannis 23. tantummodo protractum.

Primo: Quod hoc *sacrum Concilium Constantiense*, tam solenniter congregatum, *a principio mensis Novembris vel circiter*, tuit per Papam & Cardinales mirabiliter *protractum*, *per devia tractatuum multorum inutilium, usque ad primam diem rebus eum mensis Martii.*

A Novembri An. 1414. usq; ad Mart. 1415. nihil actum.

In qua Dominus noster Papa *schedulam*, sibi super libera cessione ejus exhibitam, acceptavit, promisit, vovit & juravit se cessurum &c. Quemadmodum in illa schedula continetur.

Item, Ex post requisitus, quatenus *procuratorem* aut procuratores *constituere* vellet, *ad cedendum* &c. *semper venturis*, nec voluit acquiescere, ut bene ageret. Et Domini *Cardinales* sibi in hac parte *laborantes*, *protrahendo* hujusmodi *negotium* sæpe dederunt exceptiones, cautelas, & cavillationes, ne tantum bonum haberet effectum, in animarum suarum grave periculum, & in illius sanctæ congregationis jacturam & vilipendium.

Concilii Item, Ipsis pendentibus, Dominus Papa, suorum promissi voti & juramenti immemor, volens hujusmodi *dissolvere* crum *dissimere Concilium & dissolvere*, *studuisse*, quod Ecclesiam Dei militantem repræsentat, *E concilio* sui cordis sequens tenebras, *abhinc cum Erario suo comite, Duce Austriæ*, & in habitu *derico* vili *recesserit*, omnes deserens, pro quibus *Austria* se ipsum impendere tenebatur, in de*Duce*, decus, scandalum & vilipendium ipsius Sacri Concilii.

Sigismundus Imperator Concilii ceps, RO MANORUM REX, viriliter agens, ne Concilium dirimeretur, corda nantiæ confortavit, & sanctæ congrega*retinuit & servationis procuravit* stabilimentum, to-

tus in certamine positus. Sed non sic isti Patres Reverendissimi, qui à veritatis via hanc sacram congregationem avertere conantur suis cautelosis consiliis & cavillationibus. Quia magna pars ipsorum secuti sunt patrem suum, sperantes, Italiam aut aliunde ad placitum se iturOS. Et quia non reperierunt *coquinæm bonam*, aliqui misere & verecunde sunt reversi: Aliqui in *Schafhusa* confusi remanserunt, ne eis deteriora contingerent.

Cardinales secuti fugientē Papam. Reversi aliqui Cardinales Constantiam.

Item, Post hæc, iste *Pater sanctissimus, qui est lapis offensionis, & petra scandali* in Ecclesia DEI, suam volens palliare malitiam, scripsit in dolo Romanorum Regi literas mendaces & falsas, scil. *quod absque scitu & assensu Austriæ recessisset.* Et hoc scimus esse falsissimum.

Alii Schafhusæ retenti. Falsa excusatio fugæ Joh.

Item, Quod exposti Cardinales cœperunt tractare cum Concilio, tenentes homines in verbis & in suspenso, trahentes semper exadversō: De quibus Psalmista ait: *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* Et ut illud pateat evidentissime, animadvertite, qualiter iste *Rever. Florentinus Schedulam*, in quam *nationes concordaverunt, in ista ultima sessione*, scilicet *septuagesima Martii*, suorum fretus consilio socio-rum & fautorum, *detruncavit & deturpavit*, deludendo & vilipendendo hanc sacram congregationem; In qua talia præfumentes non sunt digni ut amodò admittantur, juxta illud Apostoli 2. *ad Corinth.* 1. *Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? Exite de medio ipsorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis.*

Zabarellā Cardinalē schedulam subscriptionē IV. d. Martii

Item, Quales fuerunt isti Cardinales & sunt, statim videbatur in electione Domini nostræ Papæ per eos facta, si bene attenderatur. Quia juraverunt, sanctiorem, justiorem, meliorem, & sufficientiorem ex ipsis eligere. Ipsi vero istum *Johannem*, quem tum sciebant *Tyrannum, homicidam & Symoniacum, & alia* quæ prætermitto *viriis obnoxium*, elegerunt. Qui si eorum sanctior, justior & melior fuerit: Quales ipsi dici possunt nisi deteriores? Oculi ergo justorum videant & judicent veritatem. Et utique mala quæ nunc sunt, expræmissis videmus insurgere. Et ut habetur 1. *q.* 1. *cap. Principatus, difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.*

Da infelici electione Joannis 23. ad Papatum.

Item, Isti Domini, Papa & Cardinales, & eorum sequaces, quotidie quærunt per eorum allegationes (oblongationes) tractatuum, ut istud Concilium tædio, laboribus, & expensis afflictum & exhaustum dissolvatur & dissipetur. De quibus Psalmista ait: *In circuitu impii ambulant.* Et ideo non est amplius eis credendum, sed faciendum est juxta illud 1. *q.* 1. *cap. Si quis inquit.* Separamini à viris istis duriſſimis, ne simul pereatis in peccatis (pœnis) eorum.

Cardinales impiæ, fugientes Concilium duriſſimi. Separandi ab eis.

Item, istis amodò non credendum. Quia illusores sunt. Pro quo notetur Canon ille, *XXIV. q.* 3. *c.* 33. *Transferunt Principes Judæ terminos, quos posuerunt Patres eorum, quoniam immutant mendacio veritatem & aliud prædicant quam ab Apostolis receperunt.* Et sequitur: *Veterem scrutans historiæ brevitas non possum, scidisse Ecclesiam DEI & de domo Domini populos sedauxisse, præter eos, qui à Deo sacerdotes positi fuerant & Prophetæ, id est speculatores. Isti ergo veritatem in linguam tortuosam ponentes ubique scandalum.* Verba sunt Hieronymi.

Falsi sunt illusores.

Item, Animadvertite & considerate, quis unquam Ecclesiam DEI magis scandalizaverit quam iste *Johannes Papa, Simonia* & sui fautores, cum eorum sequacibus *Johannis* mercatoribus. Qui tam enormiter & publice *veluti porcus in foro*, dignitates Archiepiscopales, Episcopales, Abbatiales, canonicatus, & prædendas, ac Ecclesias Parochiales pretio appretiato *vendiderunt.* Imo Bullæ expediuntur non in Cancellaria Apostolica sed *in banco* nummulariorum seu mercatorum, ut puta *Florentinorum* maxime.

Infanda scandalizavit quam iste Johannes Papa, Simonia & sui fautores, cum eorum sequacibus Johannis

Item, Sol Justitiæ Christus Deus noster ementes & vendentes de templo ejecit, illos autem *iste Papa* & sui in templum introducere nisi sunt, & mensas nummulariorum in templo erexerunt, quas Christus subverterat. Et ista sunt notoria & manifesta. Nam in omnem terram exivit sonus eorum.

Item, Si dicatur, quod tales Simoniacos accusare (excusare) necesse est: Respondet beatus *Gregorius* super Genesin de

Digitized by Google

de morte Abel: *Evidentia patrati sceleris clamore non indiget accusatoris.*

Simoniaci hæretici.

Item, Ex his concludi potest, quod isti *Simoniaci* sunt *perfecti hæretici*, quibus non est sors neque pars in hac hæreditate Christi. Quia cor eorum non est rectum coram DEO, (ut habetur 1. q. 1. *Cap. Petrus*, & *cap. cum omnis avaritia*, cum multis aliis ibidem)

Item, Cum omnino *Simoniacorum hæresis cæteris damnabilior* esse probatur: (ut in dicta q. *Cap. Est qui.*) Igitur ab eis recedendum. Nam, ut ait Apostolus *ad Romanos 1. qui talia agunt, morte digni sunt.* Et non tantum qui ea faciunt, sed *qui consentiunt facientibus.*

Pontifices sede moti per Imperatorem.

Item attendatur, quod *populus* zelo fidei commotus *Constantinum Papam* qui Ecclesiæ scandalum erat, [oculis] privavit & *depositi.*

Item *Henricus secundus* Imperator Romam vadens, *Benedictum nonum*, & duos alios, qui contentionibus suis scandalizabant Ecclesiam, Imperiali & catholica censura *deposuit*, & *Clementem secundum* Romanæ Ecclesiæ Papam *constituit.*

Item *Otto primus* Imperator Johannem XII. qui luxuriosus & venator erat, *fulgentem* etiam *à Concilio deposuit.* Et ut dicit quidam solennis Doctor Parisiensis, *Violentiam gladii Papæ illo abutendo, Imperator potest repellere per gladium summi cum moderamine. Nec ageret contra Papam ut Papa est, sed contra hostem suum & hostem Reipublicæ.* Sicut enim Ehud qui Eglon Moab Regem interfecit, sagitta infixa in femore ejus, eo quod gravi servitute populum DEI premebat, non est reputatus interfecisse reatorem sed hostem. Hoc enim agere non est contra Ecclesiam agere, sed pro Ecclesia.

Istis, & multis aliis, quæ brevitatis causa omitto, attentis, consurgere necesse est cum Psalmista, qui ait: *Quis consurget mecum adversus malignantes, & quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?* Et ne amplius istam sanctam congregationem verbis fallacibus & dolosis promissionibus seducant, expedire videtur prædictis obviare, & magna cum instantia illusoribus reddere iniquitatem ipsorum. Videlicet *procedendo jugiter ad sacras sessiones & determinationes*, juxta Canonicas sanctiones, prout tempus & personarum merita requirunt. Quia ad hoc data est à Deo huic sacro Concilio potestas, ut (&) virtus ab altissimo, qui cujuscunq; magnitudinem minime veretur.

Sessiones Concilii esse continuandas.

Viriliter ergo agite, & confortetur cor vestrum in Domino. Et secundum doctrinam Machatiæ, *verba hominis peccatoris nè timueritis, quoniam stercus & vermis sunt, hodie extollitur & cras non invenietur*; sed eflote fortes in bello, & *venietur*; sed eflote fortes in bello, & *in Constantia constantes* fueritis, videbitis auxilium super vos, & Sathanam conteri sub pedibus vestris. Quod vobis concedat altissimus qui Regem habiliat protegatque (ei in omni fensionem & augmentum totius fidei Christianæ, universalisque Reipublicæ utilitatem. Amen.

TOMI II. PARS XIII.

Cardinalium aliorumq; Prælatorum in Concilio

Disputationes de Jure Cardinalium Papæ Johannis XXIII. negotia Concilii cum reliquis Patribus tractandi.

CAP.

CAP. II.

Ut Concilium diſſolveret Johannes, Curiales ſuos omnes è Concilio adſe mox die 23. Martii evocavit. Quod factum ſequenti formula, Conſtantiæ die 28. Mart. affixa.

Ex MSC. Vindobon. l. c.

EX parte & de mandato Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini, Dn. Johannis, divina providentia Papæ XXIII. præſentium tenore citantur, reqviruntur & monentur, omnes & ſinguli familiares, nec non officiales præfati Domini noſtri & Sedis Apoſtolicæ, tam laici quàm clerici, cujuscunque etiam Pontificalis dignitatis exiſtant, in civitate ſeu diſtrictu Conſtantienſi nunc exiſtentes, qvatenus infra ſex dies proxime ſecuturos, à data præſentium continue nominandos, quorum duo pro primo, duo pro ſecundo, & reliqui duo pro tertio, ultimo, & peremtorio termino horum ſerie aſſignantur, venire debeant & teneantur ad terram Schafhuſen, in qua idem Dominus noſter præſentialiter moram trahit, ſub pœna excommunicationis & privationis omnium officiorum, quæ obtinent aut exercent: Volens idem Dominus noſter, qvod præſentes requiſitio, citatio, & monitio provide quoslibet arctet, acſi unicuique ſingulariter & diſtincte & præſentialiter exhibitæ extitiſſent: Conſtitutionibus Apoſtolicis nec non reclamationibus & appellationibus, interpoſitis aut interponendis, & aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuscunque. Datum Schafhuſen, Conſtantienſis Diœceſeos, die xxii. Menſis Martii.

CAP. III.

PRoditâ in Concilio Johannis Papæ fugâ, *d. 22. Martii*, Cæſar per urbem Conſtantiam cum Principibus obequitando *ſecuritatem Concilii* à fuga Papæ reliquam omnibus publicâ proclamatione pollicitus, quietem in illis turbis paraverat, teſte Nimio, Dacherio, Naucleroaliisq; Selecti mox in Concilio illo die *Legati, ad Papam* abituri, qui Procuratorium ceſſionis diu deſideratum denuo urgerent. Qvi & altero *die*, 23. *Martii*, cum prius *Gerſon* ex mandato Concilii mane orationem gravem habuiſſet de concilii autoritate, Schafhuſiam ad Papam emigraverunt. Inter hæc ſollicite egit Johannes, ut apud Principes ac Reges fugam ſuam literis excuſaret, Concilium culparet & argueret, idqve diſſiparet. Qvo ſpectant ſeqventes *Articuli*, quos una cum literis ad Pariſienſem Academiam, Regem quoque & Principes Galliæ, aliosqve able gavit. Qvos in Codicibus MSCtis Pariſienſibus obſervavit *Spondanus*, uti monuit in *Ann. Eccleſ. ad A.* 1415. *f.* 740. *c.* 2. Hic exhibemus integros ex Gemino *MSCto*, *Cæſareo* ac *Lipſienſi*. Qvi codices MSC. cum alicubi differre nonnihil viderentur, diverſitatem orationis præcipuam cancellis includere conſultum fuit viſum.

In *MSC. Vindobonenſi, Parte II. Act. C. C. f.* 210-*b*.

hæc habetur inſcriptio:

Informationes Papæ, quas miſerat cum literis ſuis univerſitati Pariſienſi & Duci Aurelianenſi.

Quæ in favorem Concilii remiſſæ ſunt per eandem.

PRimo, qvaliter, poſtquam Dominus noſter *Papa ad civitatem Conſtantienſem applicuit*, ubi generale concilium fuerat per ipſum convocatum, ibiq́ve ſtetiſſet *ſpatio trium menſium*, *pauci comparuerunt* pro dicto concilio; *Rege* etiam *Romanorum*, antequam quidquam fieret, *expectato per duos menſes*: Et illo adveniente ad ejus requiſitionem, Regis Angliæ Ambaſiatoribus menſibus: Auditoq́ue progreſſu Ambaſiatorum Regis Franciæ, cum idem Dominus noſter eosdem Ambaſiatores decreviſſet omnino

omnino expectare, tanquam sui primi filii inter omnes Reges Catholicos: Non tamen fuit in hoc exauditus. Quin imo, Anglicis præoccupantibus, *nationum quatuor facta fuerunt concordia*: Videlicet *Gallicana*, quæ tunc carebat capite, Ambasiatoribus prædictis, imo & nullis prælatis regni existentibus, duobus solum exceptis &c.

Quatuor nationes in Concilio esse facias, Gallicam, Italicam, Anglicã & Germanicã, dehinc Johannes Wiclefs sectatores fuisse Hussum.

Item, quod, licet in Ecclesia sancta Dei *existat pro hæresium* esse debeat principaliter recommissa, quorum defensioni nullos Christi Principes subjectos esse deceat, hic, quod illud *præcipuum tractandum in generalibus concilijs*: Decurrentium verò modernis temporibus hæresium fuerat memoria damnanda illius, cujus sectam *Johannes Hus* secutus est, (*& sequebatur*,) dogmatisavit, & falsis instructionibus & doctrinis populum Dominicum subvertebat: Cujus & quorum opiniones tam per universitatem Parisiensem, quam alias universitates extiterunt reprobatæ: Quorum articuli mittentur ad Christi fideles Principes, maxime ad dictum Regem Francix, quo tempore ferioso: Qui quidem *Hus*, quamvis *captus* extitit *ex ordinatione Domini nostri* prædicta, de illo tamen, nulla fuit ministrata justitia, *nec per ipsum, quod contra ipsum sententiæ ferentur*, qvinimo *procuratum fuit regnicolarum ipsius arum per illum, qui concilii & Ecclesia protector esse dicebatur*, videlicet *Regem* prædictum, *quod dictus hæreticus relaxaretur, cum intimationibus & minis de fiendis carceribus, cæsu, quo non relaxaretur.*

Johannē Papam Hussum Constantiæ in vinculis, iocosse. Sigismundo Cæsarem sententiam contra Hussum à li Papa ferevetust. Ex carcere Hus. sum dimittendo fuisse. De jure votorum in Concilijs.

Item, quod, licet in concilio generali non debeat *nationum differentia* fieri, cum apud Deum non sit acceptio personarum, deberet esse dicta *congregatio Christi fidelium* una non majori quam alia uti vocabula, *nullaq;* deberet esse *differentia inter congregationes* ibidem, imo omnium ibi venientium velle & opiniones deberent in unum publicum aperiri, & voces omnium super quolibet determinando singulariter rimari, quoniam sensus ad numerum capitum multiplicantur. (In MSC. Lipsiensi ita: *ut unius instructione informentur alii, quoniam non omnes per omnia sunt certi per certa, & quot capita tot sensus.*) Hoc tamen in dicto concilio non fuit permissum, quinimo *ordinatum extitit, ut qualibet natio in illo haberet unam vocem diuntaxat*, quamvis in natione Gallicana essent Ecclesiæ & voces notabiles, in Italia simiter in ceteris nationibus. (In MSC. Lipsiensi ita: *Licet in Natione Gallicana essent trecentæ voces notabiles, & in Italia totidem, ubi erant in illa duabus nationibus ducenti prælati, comparentes ibidem personaliter, & de Anglia ibi erant Prælati tres tantum, & ceteri clerici novem in numero.*)

Item, quod, facta ordinatione, quod non essent nisi quatuor nationes, & illæ haberent quatuor voces, una sive alteri æquipararetur, nulla habita differentia meriti ad meritum, & numeri ad numerum, *procurata extitit unio, duarum nationum*, scilicet *Germanicæ & Anglicanæ*, quas fuæ voluntati adduxit & *vult gavit Rex Romanorum* prædictus. Et cum nihil sui propositi consequi posset, duabus aliis contradicentibus, unum creavit idolum, videlicet *Patriarcham Antiochenum*, Petri de Luna familiarem, & discipulum absconsum, & qui hactenus in *Portu Veneris* ordinavit & fabricavit illas literas injuriosas, inquisitivas & damnativas contra prædictum Regem Franciæ, & statum suum, & qui dictum Petrum de Luna post suum recessum ad locum de Perpiniano associavit &c. (In Lipsiensi MSC. addita sequentia: *Et ibidem per eumdem ad dictum Patriarchatum erectus extitit. Qui Patriarcha sibi associavit sex deputatos de dicta natione Gallicana, quatuor ex illis Prælates extra regnum Franciæ, omnibus de regno rejectis. Qui licet nullam haberent potestatem ordinandi, nisi audiendi, & referendi tantum, nihilominus ordinabant, & ordinata per Concilium mutabant, pro libito inordinata voluntatis.*)

Sigismundum Germanicam & Anglicanam nationem sibi devinxisse. Patriarcham Antiochenum à pario Cæsaris fuisse.

Item, quod, licet in concilio secundum sacrorum canonum sanctiones, voces habere debeant nisi Cardinales, Patriarchæ, Archi-Episcopi, Episcopi, quorum voces requirendæ sunt in sessione publica seu publicis sessionibus, & non in particularibus consiliis: Hoc tamen mutatum fuit contrariis affectioni-

ctionibus. Quoniam quicunque ad concilium (ad ipsa consilia) fuit admissus, nulla facta differentia, an foret clericus, vel laicus, solutus, vel conjugatus, graduatus, vel non graduatus, honestus vel abjectus. Quorum voces, reseeatis vocibus Prælatorum, acceptatæ sunt usquequaque: Non obstantibus contradictionibus ipsorum Prælatorum. Et quod deterius est, si aliqui Prælati contra ipsorum malignantium intentionem loqui vellent &c. (Suppletum in MSC. Lipsiensi: *Suas intentiones juribus fulciendo, sibi blandiatur, & fiebat eis tanta injuria, quod oportebat ipsos obmutescere, & abire confusos.*)

Item, quod licet in concilio generali caput principale sit Christi vicarius, qui dat esse ipsi concilio, ipse tamen *Romanorum Rex ipsius concilii petiit præsidentiam*, in quo diversis vicibus (in Lipsi. MSC. additur, *de facto*) præsumit præsidere. Quod ne dum à jure communi exorbitat, imo & humana ratio abhorret & detestatur &c.

Item, quod, licet in eisdem conciliis deberent voces esse liberæ: (In Lipsi. MSC. additur, *& omni improbitate remota*,) Multæ tamen fuerunt cavillationes, promissiones, subordinationes, minæ & terrores. Quibus causantibus remansit (Lipsi. MSC. *fuit*) in paucis (L. M. *locuti*) veritatis nunciandæ voluntas. Quoniam *die* xix. *Martii Rex* prædictus *in congregationem Gallicanam per sonaliter advenit, secum adducens nationem Anglicam & Germanicam*, ore proprio proponendo, quod duæ dictæ nationes deliberaverant super quadam schedula, de qua infra fiet mentio: Quam deliberationem (*volebat*) ibidem communicare, ut & ipsi Gallici, ipsis, Rege & nationibus præsentibus, deliberarent pariter. Et quia per Ambassatores Franciæ & alios objectum extitit, quod, cum ipsæ nationes per se deliberarent, volebant & ipsi per se deliberare, & ipsis absentibus. Quibus fuit per dictum Regem responsum, quod minor pars dictæ nationis erat subjecta Regi Franciæ. Et cum ipsi Regi Romanorum tres partes dictæ nationis essent subjectæ, volebat, quod alia duæ nationes admitterentur. Et in fine videns, non posse obtinere, jucundus quasi recessit, dicens: *Videbo nunc, qui contra honorem meum veniunt.* Qua de causa nullus vel saltem pauci aut fuerunt dicere veritatem, ob evidentem eis imminentem timorem.

De libertate votorum in Concilio.

Item qualiter Dominus noster *obtulit libere & spontanee viam cessionis*, contendentibus & ejectis de papatu, & per sacrū Pisanum concilium de hæresi damnatis, cedentibus. Quæ quidem *oblatio* licet esset *in notabili forma*, non tamen fuit acceptata per dictas nationes. Sed ab eisdem *facta* fuit *alia schedula* largissima & captiosa, credentes Dominum nostrum à suo sanctissimo revocare proposito, per irritationes. Quibus non obstantibus, idem (*sanctissimus*) Dominus noster *eandem cedulam per dictas nationes factam acceptavit*, & illam ore proprio in publico concilio *legit*, & concessit de eadem bullam fieri.

De cessione Johannis.

De variis illius formulis.

Item, quod in crastino idem (*sanctissimus*) Dominus noster publicum sessionem tenere mandavit, & post celebrationem missæ sancti Spiritus ipsam cedulam iterato legit, & confirmavit.

Item, quod illo expedito, voluit Dominus noster sessiones tenere, & procedere super reformatione Ecclesiæ, & exstirpatione hæresum. Quod nunquam obsinere valuit, nisi quantum placuit Regi ane edicto; (M. L. *dicto Imperatori*) & inducentibus eundem.

Item, qualiter omisso capite principali, & non habita consideratione ad sanctissimam & largissimam oblationem, quam Dominus noster fecerat, *petiit idem Rex, procuratores constitui irrevocabiles per dictam Dominum nostrum ad dictam cessionem faciendam*, quorum principalis esse volebat, & alios ad sui voluntatem ordinandos: Et ultra, concilium non debere mutari à dicto loco Constantiæ, nec dictum Dominum nostrum se absentare ad aliquem locum (*aliquo loco*) donec dicta renunciatio & cessio facta esset per contendentes antedicto. Super quibus obtinuit per dictas nationes fieri supplicationem Domino nostro. Qui Dominus noster superiori respondit, sicut in ce-

dula

dula super hoc facta plenius continetur. (Lipſ. MSC. addit: *cujus copiam mittimus.*)

Item, quod idem *Rex* in vituperium Romanæ Eccleſiæ, & ipſius Domini noſtri, infra clauſuram palatii, & ante cameram ipſius Domini noſtri, *baſtiludia* cum magno ſtrepitu tubarum (*magna voce oris & tubarum quoridie*) fieri procurabat.

Item, quod in præſentia ipſius Regis procuratum & conſultum (L. M. *concluſum*) extitit per Anglicos, quod procederetur ad captionem perſonæ ipſius Domini noſtri, qui ita ſanctiſſime, ut dictum eſt, & devote & exuberanter ſe habuit, quod præſentibus Ambaſſatoribus Regis Franciæ, & dictis Anglicis contradicentibus, captio hujusmodi evitabatur. (In Lipſ. MSC. hæc habentur verba: *Præſentibus in deliberatione dictorum Anglicorum & illi contradicentibus Ambaſſatoribus Regis Franciæ.*)

De abſervata ac impedita Papæ fuga à Conſtantia.

Item dictus *Rex Romanorum fecit* per multos dies *venire exploratores usque ad cameram dicti Domini noſtri*, & una die usque ad cameram propriam & lectum ejusdem, ad videndum, utrum aufugerit. (In Lipſ. MSC. ita: *publicando, quod aufugere vellebat.*) Et quod deterius, portas civitatis (Lipſ. MSC. *valva*) per unam diem tenuit, & fecit teneri clauſas, nullos Prælatos, ſive clericos (*exire*) foras permittendo, imo verius Cardinalibus volentibus pro ſpatio (L. M. *ad ſpatium*) exire, exitus fuit recuſatus. Fuerunt & ſæpe poſiti cuſtodes de die & de nocte circumquaque palatium, per terram & aqvam.

Item, poſtremo à dicto Domino noſtro fuerat petitum, quod ad ſtatim cederet, (in Lipſ. MSC. hæc ita leguntur: *Item poſtremo petunt abatur, quod nunc cederet omnino*) aliis etiam non cedentibus, nec clarificato, ſi cedere vellent, (*vel non*) & (*volentes*) quod idem Dominus noſter (*ex nunc*) deſcenderet de cathedra, ita, quod quoad obedientiam (in Lipſ. MSC. & *illa quantum ad obedientiam*) noſtram maneret vacua, adoptantes alium in locum ejus ſurrogare, & admittere ipſius Regis votum & diſpoſitionem, nec permiſerunt mentionem facere de concilio Piſano, quemadmodum bullis petitur deſuper, nec condemnationem eorundem contendentium de papatu. (In MSC. Lipſ. aliter hæc referuntur: *Credentes ex poſt & adoptantes & alium in eorum locum ſurrogare & admittere ad ipſius Regis votum & diſpoſitionem. Et eſt tamen illi, nedum ad Domini nunc noſtrum, imo ad confuſionem domus Franciæ & totius cleri Gallicani. Cujus domini Regis & ſui præfati Conſilii labore & providentia tentum & concluſum fuit Concilium Piſanum. De quo Concilio non permiſerunt mentionem fieri in Bulla præditta nec de condemnatione eorundem.*)

Item (*qualiter*) Rex fuit paſſus in vituperium dicti Domini noſtri, imo totius Eccleſiæ, per ArchiEpiſcopum Sarisberienſem Anglicum (*quem idem Rex ſecum duxit & reduxit*) dicto Domino noſtro verba proferri injuriola, etiam à fide catholica deviantia, videlicet, quod ipſe ArchiEpiſcopus eſſet ſupra Papam, & totum [*Generale*] concilium. Et licet Dominus noſter juiſſet proteſtatus de injuria & errore, non tamen ob hoc corrigebatur, (*ſe reduxit.*) ſed receſſit illæſus temere cum eodem [In MSC. Lipſ. *Sed potius temerarie & ſine correctione & reverentia recedit cum eodem Rege.*]

De Archiepiſcopo Epiſcopi Saruberienſis contentione cum Papa de autoritate Papæ.

Item, quamvis de dicta natione Italica eſſent Prælati, numero L. XXX vel circa, & multi alii Doctores, & Magiſtri notabiliſſimi in Theologia, in jure canonico & civili, qui (in Lipſ. MSC. *ſuper occurrentibus in eodem Concilio juxta juris diſpoſitionem*) abhorrentes ſine lege loqui, ſecum plures notabiliſſimos clericos aliarum nationum habentes, (in Lipſ. MSC. *conformantesque ſe cum pluribus aliis notabiliſſimis Cl. aliar. nat.*) volebant juridice agere, diſputare & concludere univerſa, ſed non fuerunt admiſſi, (*audiit*) imo illa natio Italica totaliter fuit abjecta, ſeparata & excluſa, ac ſi non exiſteret, & compareret. (L. M. *ac pro nō exiſtente ac nō comparente habita.*)

His igitur penſatis, & aliis multis, quæ latius deſcribentur & per oratores

expressos dirigentur, [*mandabuntur*] & quæ merito cadere poterant in constantem, imo constantissimum: [In Lipſ. MSC. *quæ metum in constantem imo in constantissimum animum induebant.*]

Idem (*Sanctissimus*) Dominus noster nolens scandalizare Ecclesiam Dei, & ne impediretur sanctissimum propositum, (*quod disposuit*) volens dispositum perficere & complere cum districtissimo assensu fidelissimi filii sui, *Ducis Austriæ*, de villa Constantiæ de nocte non sine gravitate & dispendio personæ suæ (*pedibus*) per leucas sive milliaria ejusdem patriæ, quæ se extendunt (*ascendunt*) ad sex leucas Franciæ, [*& ultra*,] venit ad locum Schaffhusam. Ibique cum (*primò*) applicuit, refectione naturali omissa, scripsit præfato Regi, collegio Cardinalium & Concilio [*prædicto*] quod nonad fugiendum vitam ipsius oblatam, sed mortis volens evadere incursum, & alia inconvenientia præfata, (*prælibata*) ibi advenerat, ibique stans in sua libertate plenarie significabat, *quod paratus erat, quæ promiserat, adimplere*, &, propter complere illa, *velle accedere parto Francie*, & *inde*) appropinquare loco, ubi Petrus de Luna obtulit se venturum, continuando concilium ad dictum locum, vel alium, ad voluntatem Regis Franciæ & collegii Cardinalium antedicti &c. (In MSC. Lipſ. *Si per Dominos Francie & ipsum sacrum Collegium fuerit avisatum.*)

De literis in fuga ad Concilium scriptis.

De consilio Johannis in Gallias abeundi.

CAP. IV.

Missiva Papæ Johannis XXIII. directa Regi Franciæ & Duci Aurelianensi super materia præcedentium articulorum.

Ex *MSC. Cæsareo Vindobon. Parte II. Act. Conc. Const. f.* 213. *a.*

CArissime in Christo fill. Salutem & Apostolicam benedictionem. Revolventes dudum intra mentis arcana, quot & quanta mala animarumque pericula ob *errores & scismata*, quæ nonnullorum *execranda* disseminavit *ambitio*, fideles Christi pertulerint: Pia & paterna compassione compuncti vehementissime doluimus. Ac illius, cujus vices in terris licet immeriti gerimus, imitari vestigia cupientes, qui pacem suis pro singulari hereditate reliquit, toto corde omnique possibilitate *pacem*, *qua inter omnia nil optabilius esse debet ipsis fidelibus*, ut tandem à tot relevenţur miseriis, disposuimus *procurare*. Et ut hujusmodi nostræ mentis conceptum opere compleremus, postergatis omnibus, qui nostram prælentiam in Italiæ partibus necessario flagitabant, ad *civitatem Constantiensem* pro *celebratione* concilii *generalis*, quod antea per nostras literas ibi indixeramus tenendum, ante terminum statutum accessimus. Ubi *per plures menses* Prælatorum & nunciorum Regum, Principum, aliorumque Dominorum, & universitatum Studiorum, adventum patienter expectavimus.

Tandem *vitam vestionis nostri papatus*, licet ad illam nullatenus essemus astricti, Angelo Corario, Gregorio XII, & Petro de Luna, Benedicto XIII. in eorum obedientiis nuncupatis, olim de papatu contendentibus, per sacrum Pisanum generale concilium damnatis & ejectis, similiter cedentibus, *aperuimus*, & illam prosequi promittentes *voto & juramento firmavimus*, prout in ipsis nostris deluper confectis literis, quas ad serenitatem tuam destinandas providimus, plenius continetur. Nam hæc *via cessionis aptior, brevior & securior pro integra Christianorum pace* præ cæteris nobis visa est. Quam usque ad totalem conservationem tanti boni prosecuti fumus sincere, & cum constantia inconcussa. Putabamus namque, ex tanta nostra liberalitate favores, auxilia, & assistentiam, omni profectu tam magni tamque pii operis promereri, qui pro aliorum quiete unicam in urbe dignitatem altissimam non dubitavimus dimittere.

Sed ecce, quod dolenter referimus, nonnulli, quos Apostolica gravitas nominari

Digitized by Google

minari non patitur, appetitum rationi præponentes, & propria sectantes commoda, honestatis & juris calle calcato, non, sicut in generalibus conciliis secundum sanctorum Patrum institutа & observantias hactenus per vota, voces habentium, & concorditer celebrantium, procedi consuevit, ut in ipso procederetur concilio, permiserunt. Verum facto conflato, & *in quatuor nationes, quæ per quatuor voces totam ejus auctoritatem præsentarent, divisо concilio*, quod nunquam auditum est hactenus, ne qui per capita vota eorum in tam arduo negotio dare valerent, rem ad libitum deducere satagebant. Et si qui eorum inordinatæ voluntati contradicebant, illos terrebant minis & injuriis, convitiis & illusionibus affligebant. Nec his adhuc acquiescentes, quæ satis detestanda erant, in libertatem ipsius concilii machinantes, *portas* ejusdem *Constantiæ civitatis per diem integrum*, ne aliquis Prælatus vel clericus exire posset, *claudi fecerunt*, & demum contra libertatem salutemque propriam conspirare ausi sunt. De cujus conspirationis mediis, honestius ad præsens tacere, quam scribere arbitramur. Et sic per fractiones & violentias redintegrationem & pacem universalis Ecclesiæ impediri procurabant.

Nos itaque talia intuentes cura angebamur continua, meditabamurque, quibus remediis possemus occurrere, quod non impediretur executio tanti boni. Tandem, cum nulla videretur esse alia via salubris, *de dicta civitate*, in qua nos nec tuti nec liberi eramus, & concilium præfatum erat debita libertate privatum, *incogniti recessimus*, & ad hoc *oppidum*, quod temporali Domino, dilectofilio, notabili viro, *Friderico Duci Austriæ suppositum* existit, *ab ipsa civitate Constantiensi per quatuor milliaria teutonica distans*, ubi plena potimur libertate, devenimus. *Non enim* sine nostro videnter, *palam discedere valebamus*. Quemadmodum, *ne valeremus discedere*, etiam occulte, non parvæ erant *excubiæ* & custodiæ antea *ordinatæ*; Et, si manssissemus ibi, nostræ personæ non curato periculo, nil ibi ordinare, disponere & decernere valebamus, quin ex præmissis metu & violentia arbitraretur exortum, & in posterum potuisset de nullitate notari.

Hæc, fili carissime, in tuæ Celsitudinis regiæ notitiam deducere properavimus per præsentes. Et plenius per instructiones præsentibus alligatas, quæ deinde per *relationem nunciorum nostrorum solennium*, quos ad ipsius præsentiam destinare deliberamus, fient tibi vivo vocis oraculo clariora. Quoniam quorumcunque in Dei Ecclesia occurrentium te decet esse Principem, quem inter Catholicos Christianorum Reges, qui etiam ipsam Ecclesiam erigere, & manutenere tenentur, mentis benevolentia amplectimur, speciali: Ipsam celsitudinem tuam in Domino exhortantes, & affectuosissime requirentes, quatenus nobis, qui pro reintegratione & pace præcæteris firmissime fumus dispositi, plus effectibus agere, quàm verbis testari fuimus & scripturis, placeat oportunis auxiliis & favoribus pro tam piæ & necessariæ rei totali conservatione assistere & favere. Ex hoc enim apud Deum præmium non modicum, & apud homines promereberis ingentem gloriam & honorem.

Datum in *Schaffusa Constantiensi diœcesis*, sub annulo Piscatoris, *die XXIII. Martii*, Anno quinto &c.

TOMI II. PARS XI.

Concilii Constantiensis acris contentio pro integritate Concilii contra machinas fugitivi JOHANNIS XXIII. Concilium dissolvere conantis

Prodita ante primam à fuga Papa fusionem publicam

A. 1414. medio mense Martii, haud longe ante festum Paschatis.

CAP. I.

Johannis Gersonis, Parisiensis ad Concilium Legati, Oratio publica, tertio à fuga Johannis die, 23. Martii, Sabbato, Vigilia Dominicæ Ramis Palmarum, Concilii jussu, antequam Legati illo die è Concilio ad Papam Johannem Schafhusam migrarent, mane habita, De Concilii Autoritate.

Ambulate, dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Jubet hoc Christus, *Patres Orthodoxi*, patres, non in tabulis areis, ut olim apud Romanos, sed in libro vitæ conscripti. Jubet inquam Christus originaliter *Johannis* 12, & recitative *in Evangelio Sabbati præsentis*. Vos obedientes audite, ambulate non passibus corporis, sed gressibus mentis, ambulate de virtute in virtutem, dum *lucem* habetis. Et qualem *lucem*? Respondeat lux vera, cujus hoc est verbum: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.*

Adsis invocatus, Domine Jesu, præclaris simæ sol justitiæ, disjice terræ nebulas, & pondera molis, atq; tuo splendore mica. Absque te enim præcipitii mersa profunda mens hebet, & propriâ luce relicta tendit in externas ire tenebras. Hoc ne fiat, tu mediatrix, tu advocata & exoratrix nostra, simpliciter adeunda es, virgo gloriosissima, quæ tui nominis interpretatione tam illuminata quàm illuminatrix diceris. Et quo lumine? prorsus lumine gratiæ, quo sic illuminata es, ut dicaris in Apocalypsi mulier amicta sole. Hoc tu nobis lumen ut infundas de plenitudine tuâ suppliciter imploramus, salutantes & dicentes *Ave &c.*

Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Lux ista est, *In Concl. Patra celeberrimi*, Deus, qui gloriscatur in Concilio Sanctorum, dicente Psalmo: *Magna & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.* Cujus hanc tenemus infallibilem promissionem, *Matth.* 18, *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum.* Sicut vidit Psalmista dum cecinit: *In Concilio justorum & in congregatione magna opera Domini.*

Cesso Pa- Et magna plane imò *ingentia jam vidi-*

mus in hoc Concilio justorum Dei opera, palàm in sponeaneam & vix speratam *confusio via. Conf.*

Porrò cum propter semetipsum & *Concilio* ut glorificetur, fecerit omnia Deus, *magnum* quo pacto credendus est præclariori *Dei opus.* celebritate glorificari, quàm in *Concilio justorum*, quæ vera laus est in Ecclesiâ Sanctorum. Tales vos esse convenit, Orthodoxi & Deo amabiles Patres, ac Domini, ut *Concilium* sitis *Sanctorum & justorum*, quos posuit Deus in mundo quasi vera totidem luminaria. *Vos*, inquit, *estis lux mundi.* Siquidem in hoc constituti estis alios purgare, illuminare, atque perficere, nunc maximè, cum factus *conventus* iste *sacro sanctus*, dum *adunatus* est *sanctus*, dum *congregata* est *Ecclesia*, ut dc Maccabæis scribitur, quatenus orarent & peterent misericordiam à Deo. Et *ut spitulantes deterrerentur, quid facto opus esset.* Exultat animus profectò levans in circuitu oculos, & videns omnes istos, qui congregati sunt tibi, hoc est, ad utilitatem tuam, ô populc Christiane. Congaudet admirans spiritus meus & in hanc erumpit: Ecclesiastici cantus vocem: Cives Apostolorum & domestici Dei advenerunt hodie, portantes facem, & illuminantes patriam, dare pacem gentibus, & *liberare populum Domini.* Qualiter *liberare*? Exhortando clamandoque: *Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant:* Cujus deliciæ sunt, esse cum filiis hominum: Ipsæ tenebræ divisionum, schismatumque, tenebræ tot errorum & hæresum, *tenebra* demum *horrida tot vitiorum per Ecclesiasticum corpus vasto quodam turbine miserabiliter exundantium.* Ambulate igitur, dum lucem habetis, ut non hæ vos tenebræ comprehendant. *Lucem* itaque habetis, Patres luminosissimi, *Christum*, *filii gra-* qui verè est in loco isto, vel Emanuel, *tia & glo-* qui interpretatur, nobiscum Deus, cu- *ria Chri-* jus *sti.*

Patres Concilii comparati cum luce.

Lux Con-

jus est hæc certissima promissio: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus atque ad consummationem seculi.* Deus iste est, qui glorificatur in Concilio Sanctorum, magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt. Et bene in circuitu tuo, Domine, res omnes esse dicuntur, quem tu velut sphæra intelligibilis, cujus centrum ubique est, circumferentia nusquam, tu ubique es, extra non exclusus, intra non conclusus, supra non elatus, infra non prostratus, imò magnus valde, terribilis, gloriosus, & super exaltatus in secula.

Ecce Patres Orthodoxi, quod ad hoc ipsum, ut glorificetur Deus, & illustretur Ecclesia, nunc *celeberrima Parisiensis Universitas*, cultrix & amatrix eorum omnium, quæ Christianæ religionis pictatem, quæ sanam doctrinam recipiunt, ipsa *ad exemplar Christianissimi Regis Francorum*, Patris sui dignantissimi, *legationem mittit*, quærens primò ea, *quæ pacis* sunt, deinque secundo, *quæ fidei* sunt, denique tertiò *quæ ad unitatem & Ecclesiastica spectant*. Quoniam ad *hæc tria* principaliter *Synodus hæc sacra tendit.*

Legatio Academiæ Parisiensis commendatur.

Tria Concilii Conss. negotia.

Concilii jussu Gerson hanc habuit exhortationem.

Jussit *hesterno vespere* per ambasiatores & nuncios suos hic præsentes, quatenus *hoc matutino tempore* essem habiturus *orationem* nomine suo *pro veritatis elucidatione circa ea, quæ per hoc sacrum Concilium agenda videntur occurrere.* Nullus, opinor, mirabitur, si ad hæc jussa ego fragilitatis meæ conscius, & temporis arctatione pressus expavi. Nihilominus in Deo, cujus glorificatio quæritur, fisus, & de studio præterito *super hac veritatis inquisitione* memor, Regis præterea & Ecclesiæ regni sui voluntate per instructiones cognita: Jussioni denique matris inclytissimæ, cujus legem dimittere nequeo, monitus à sapiente, ego tanquam obedientiæ filius parere desiderans, conatus summ aggredi, cum humili dicendorum omnium ad hoc sanctorum concilium submissione, ut jure suo dirigat omnia, vel acceptet, vel corrigat. Et in primis quatenus habeatur ordo dicendorum lucidus & brevis: Quia vel est, *quod textus ordine*, longum. Convertamus interim dilato themate oculos nostræ considerationis ad hoc quod dictum est, Deum esse, qui glorificatur in Concilio sanctorum, qui magnus est & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt. Dum igamus in hoc Psalmista verbo mentis intuitum, ne per multa vagemur, fallor si non ibi videbimus *hujus sacrosanctæ Synodi causam quia duplicem*, efficientem videlicet, *& quasi* formalem, finalem & materialem.

Concilii Constituentis quadruplex autor.

Vult aliquis cognoscere *causam efficientem*, plane illa est: *Deus* magnus & terribilis, cujus instinctu, miserationes, *& inspiratu & attractu* collecta est nunc Ecclesia, sicut elevatus Spiritu præcecinit Psalmista: *Deum* esse, *qui dispersit filios Israelis congregabit, qui congregat electos suos à quatuor ventis, à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.* Tantummodo qui cœpit, oraudus est, ut ipse perficiat. Leva in circuitu tuo ô sacer cœtus oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Quidni contingat tibi, quod idem Prophera loquitur Esaias: *Tunc videbis & adjues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.* Et, si dilatetur, numquid non implebit illud Spiritu suo Deus?

causa formalis est hæc ipsa collectio seu *connexio Concilii sanctorum*, vel Spiritu sancto formante & exemplante, qui est nexus & vinculum compaginans in unum diversa membra sanctorum. Sic agnoscit Ecclesia, petens pro seipsa, ut Spiritu sancto congregata hostili nullatenus incursione turbetur.

Quærit aliquis præterea *finalem hujus sacri conventus causam*, sanè illa est, ut glorificetur Deus magnus & terribilis, juxta vocem Apostoli dicentis: *Omnia in gloriam Dei facite.* Hæc itaque recta, hæc efficax semita ad omnium, quæ voluerimus, adeptionem, si primò quæsierimus gloriam suam, dedit nobis intelligi, dum ait: *Primum quærite regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.*

Omnes postremò, qui in circuitu Dei sunt, accipiuntur, veluti pro *causa materiali*, & de se informi. Nam sicut hominibus per schismata peccantibus consequens est universa sub Deo quodammo-

lici verbi conformem huic lucis: *Solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis, unum corpus, unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, per omnia, & in omnibus nobis.* Sequitur: *Et ipse dedit quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Sequitur: *Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam submin istrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Hæc Apostolus *ad Ephesios* 4. Et in hanc sententiam multa ad *Colossenses*, 2. & 1. ad *Corinthios* 12. & ad *Rom.* 12. posita sunt. Hæc autem comparatio veri corporis ad mysticum multum luminis adiert inquisitoribus veritatis, nedum apud Philosophos, sicut Aristotelem & Plutarchum, sed apud Theologos, Paulum præcipuè.

Conf. Sapor. 11. de Eccles. vel Concil. universor.

Diffunduntur vero, sicut præmissimus, 12. *considerationes* ex hoc Symboli & Apostoli doctrinali luce, quasi totidem radii veritatis splendidissimi.

Ecclesiastica unitas ad unum caput Christum fit, & adglutinatur per amorosum Spiritus Sancti vinculum, mediantibus divinis charismatibus, tanquam qualitativis dispositionibus, reddentibus in corpore mystico complexionem harmonicam vivificam & decentem, ad opera vitæ spiritualia sufficienter exercenda.

2. *Ecclesiastica unitas ad unum caput secundarium*, quod dicitur *summus Pontifex*, Christi vicarius, fœcundior est, multiplicior, copiosior, & major, quàm fuerit congregatio synagogæ, & quàm sit congregatio civilis sub uno Rectore, Rege, vel Imperatore.

3. *Ecclesia habet potestatem seu facultatem* ex vivifico germine sibi insito per Spiritum Sanctum, *quod scipsam potenti constituere in integritate & unitate membrorum suorum*, tam essentialium seu formalium, quam materialium atque fluentium.

4. *Ecclesia habet sponsum indefectibilem Christum.* Sic, quod lege stante nec Christus potest ipsi sponsæ suæ Ecclesiæ dare libellum repudii. Nec è converso Ecclesia ita ligatur matrimoniali vinculo ad vicarium indefectibilem sponsi sui, qvin mutuo se possint absolvere, & dare libellum repudii.

5. *Ecclesia, vel generale Concilium* eam repræsentans, *est regula à Spiritu Sancto directa*, tradita à Christo, *ut qualibet, cujuscunque status etiam papalis existat, eam audire ac eidem obedire teneatur*, alioquin habendus est ut ethnicus & publicanus. Patet ex immutabili lege divinâ, *Matth.* 18. promulgatâ.

6. Concilium generale sic describi potest: *Concilium generale est adgregatio legitimâ auctoritate facta ad aliquem locum ex omni statu hierarchico totius Ecclesiæ Catholicæ, nulla Ecclesiâ personâ, quæ audiri requirat, excluſa, ad salubriter tractandum & ordinandum ea, quæ debitum regimen ejusdem Ecclesiæ in fide & moribus respiciunt.*

7. Ecclesia vel generale Concilium, dum dictat aliqua, regimen Ecclesiæ concernentia, *papa non sic est supra jura etiam positiva, quod possit pro libito dissolvere talia dictata per Ecclesiam*, eo modo & intentione, quibus dictata conclusaque sunt.

8. Ecclesia vel *generale Concilium*, quamvis non possit tollere *plenitudinem potestatis Papalis*, à Christo supernaturaliter & misericorditer collatæ, *potest tamen usum ejus limitare, sub certis regulis ac legibus*, in ædificationem Ecclesiæ, propter quam Papalis auctoritas & alterius hominis collata est. Et *in hoc est totum Ecclesiastica reformationis stabile fundamentum.*

9. Ecclesia vel *generale Concilium potuit & potest congregari sine expresso consensu vel mandato Papæ* etiam ritè electi, & viventis, in *multis casibus. Unus* inter cæteros est, quod si accusatus & evocatus sit, ut **audiat** Ecclesiam juxta legem Evangelicam allegatam, cui legi subjectus est, & **ipse** renuit contumaciter Ecclesiam

CAP. III.

Alia Parisiensium conclusiones, de Const. Concilio prosequendo, absente licet Papa.

Ex MSC. Cæsareo Vindobon. Parte I. Act. C. C. f. 112. 113. hoc titulo: *Conclusiones singulares Parisiensium; Quæ non sunt admissæ nec approbatæ per Concilium.*

Ecclesiam esse magis necessariam quam Papa.

PRima Conclusio universalis: *Ecclesia militans*, quam eorum Concilium repræsentat, *est magis necessaria, quam Papa.*

Probatur. Quia non contingit aliquem viatorem salvari extra Ecclesiam, secundum *Augustinum, libro de Symbolo.* Sed multi salvati sunt sine Papa. Quia etiam nullo existente Papa contingit salvari per Baptismum alios, & alios per pœnitentiam.

Confirmatur. Quod Ecclesia sit plus necessaria quam Papa, Patet, quia Papa est necessarius propter Ecclesiam: Quia sub uno capite melius confirmatur unitas Ecclesiæ. Ergo Ecclesia est magis necessaria, juxta regulam illam: Propter quod unumquodque tale, illud magis est tale.

Et ex ista conclusione sequitur, quod *Ecclesia sit utilior quam Papa.* Quia, si magis necessaria, tunc utilior.

Ecclesia Advocatum Papa.

Secunda Conclusio. Ecclesia est melior quam Papa. Quia Papa est propter Ecclesiam, tanquam propter finem. Ut patet ex dictis. Sed finis est melior his, quæ sunt ad finem, 3. *Topicorum* & 1. *Politicorum*, deteriora sunt gratia melioris.

Consimiliter per hoc, quia id est melius, secundum regulam Topicam, cujus corruptio pejor. Sed corruptio Ecclesiæ est pejor quam Papæ, ut patet ex dictis. Ergo, &c.

Dignior.

Tertia conclusio. Ecclesia est dignior quam Papa. Quia Ecclesia est sponsa Christi, uxor agni, ubi indissolubiliter unita, secundum Apostolum ad *Ephes.* 5. Ubi glossa inter cetera: Quia sit ex duobus quasi una quædam persona, scilicet ex capite & corpore; ex sponso & sponsa. Ergo, &c.

Honorabilior.

Quarta Conclusio. Ecclesia est honorabilior quam Papa. Patet, quia Christus Ecclesiam suam dotavit prout infinitis bilibus virtutibus, & gratiis atque sacramentis. Sed hujusmodi est præmium virtutis, IV. *Ethic.* Non autem inveniuntur tot virtutes & dona in una persona Papæ, sed in tota Ecclesia militante. Ergo, &c.

Potentior.

Quinta Conclusio. Ecclesia est fortior & potentior, quam Papa. Propterea quia scribitur de ea, *Matt. XVI.* quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam, quæ sæpe prævaluerunt adversus Papam. Videlicet secundum *Hieronymum* per *portas inferi* intelliguntur *vitia & hæreses*, per quæ est introitus ad inferos. Quæ portæ nunquam prævalent contra Ecclesiam universaliter, sed sæpe contra Papam.

Confirmatur.

Sexta Conclusio. Ecclesia est fidelior & constantior in fide, quam Papa. Propterea, quia contingit Papam hæreticare seu à fide deviare. Hoc autem nunquam contingit de universali Ecclesia. Nam alias contingeret, quod nulla esset Ecclesia, quod est contra multas Scripturas, dicentes: Quod Ecclesia militans nunquam deficit usque ad finem mundi.

Sapientior.

Septima Conclusio. Ecclesia est sapientior Sapientiquam Papa. Patet propter magnam multitudinem sapientum, qui sunt in Ecclesia, in quibus est amplior sapientia & multiplicior quàm in uno homine, qui est Papa. Unde secundum Apostolum, 1. *Cor.* 12. In Ecclesia datur alii per Spiritum Sanctum sapientia, alii sermo scientiæ, alteri fides, alteri gratia sanitatum, alteri operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonis.

Ex præmissis sequitur *Conclusio ultima.*

Superiorem.

Quod *Ecclesia Catholica est supra Papam*, quoad necessitatem, quoad bonitatem, quoad dignitatem, quoad honorabilitatem, & quoad fortitudinem & etiam quoad sapientiam.

Nona Conclusio. Quod *Papa*, qui institu-

Corollarium ſecundum. Item elicitur ex præmiſſis, quod non eſt illicitū, imo verum & catholicum, quod *in multis* ſit *ſacrum conſilium ſupra Papam.* Quinimo dicere oppoſitum videtur periculoſum.

Cum ultimatum *refugium Eccleſiæ in arduis* & grandibus, & concernentibus fidem & ſtatum Eccleſiæ, non fuerint judicia Papæ, ſed *judicia generalium concilio-rum.*

TOMI II. PARS XII.

BENEDICTI GENTIANI,

Decretorum Doctoris, Academiæ Pariſienſis ad Conſt. Concilium Legati,

PUBLICUS DOLOR EX FUGA JOHANNIS PAPÆ XXIII.

è Concilio, turbineqve in qvarta Concilii ſeſſione publica mox exorto, additis ad continuandas ſeſſiones calcaribus.

Proditus A. 1415. circa diem ultimum Martii.

Ex gemino Codice MSCto antiquiſſimo Cæſareo Vindebonenſi, Parte III. Actorum Conc. Conſt. f. 298. & Parte IV. poſt med. f. 97. hoc titulo:

Schedula, affixa & præſentata Concilio Conſtantienſi, per magnum Virum & Practicum juris dictata.

AUdite, qui ſequimini quod juſtum eſt. Nam, ut ait *Johannes* in ſua Canonica: *Nunc Anti-Chriſti multi exierunt in mundum*, *veluti adulatores*, & veritatis detractores, Deo & mundo odibiles, quæ ſua ſunt, & non quæ Chriſti, quærentes, ponentes tenebras lucem, & è converſo, mortificantes animas, quæ non moriuntur &c. Quos ſcriptura commemorat, dicens: *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Eapropter, ne decipiamini, placeat ſequentia parumper attendere.

Per IV. menſes primos Concilium per tra-ctatum Johannē 23. inutilium rebus eius menſis Martii.

Primo: Quod hoc *ſacrum Concilium Conſtantienſe*, tam ſolenniter congregatum *à principio menſis Novembris vel circa*, tuit per Papam & Cardinales mirabiliter *protractum*, *per deviatractatuum multorum inutilium*, usque ad primam diem menſis Martii.

Protractū. A Novēbri An. 1414. uſq; ad Mart. 1415. nihil actum.

In qua Dominus noſter Papa *ſchedulam*, ſibi ſuper libera ceſſione ejus exhibitam, acceptavit, promiſit, vovit & juravit ſe ceſſurum &c. Quemadmodum in illa ſchedula continetur.

Item, Ex poſt requiſitus, quatenus *procuratorem* aut procuratores *conſtitue-re* vellet, *ad cedendum* &c. *ſemper venit*, nec voluit acquieſcere, ut bene ageret. Et Domini *Cardinales*, ſibi in hac parte laventes, *protrahendo* hujusmodi *negotium* ſæpè dederunt exceptiones, cautelas, & cavillationes, ne tantum bonum haberet effectum, in animarum ſuarum grave periculum, & iſtius ſanctæ congregationis jacturam & vilipendium.

Item, Iſtis pendentibus, Dominus Papa, ſuorum promiſſi voti & jura-mentī immemor, volens hujusmodi ſa-crum *dirimere Concilium & diſſolvere*, quod Eccleſiam Dei militantem repræſentat, *clam & furtive, nō ſuo tempore, aufugit*, ſui cordis ſequens tenebras, abhinc *cum Eriſcum ſuo comite, Duce Auſtriæ*, & in habitu *derico* vili *receſſit*, omnes deſerens, pro quibus *Auſtria* ſe ipſum impendere tenebatur, in de-*Duce*, decus, ſcandalum & vilipendium iſtius Sacri Concilii.

Diſſolvere

Sigiſmūdus Imp. ceps, ROMANORUM REX, viriliter Concilii agens, ne Concilium dirimeretur, corda nō retinuit tantia confortavit, & ſanctæ congrega-*& ſervat*-tionis procuravit ſtabilimentum, to-*vit.*

de morte Abel: *Evidentia patrati sceleris clamore non indiget accusatoris.*

Simoniaci hæretici.

Item, Ex his concludi potest, quod isti *Simoniaci* sunt *perfecti hæretici*, quibus non est sors neque pars in hac fide Christi. Quia cor eorum non est rectum coram Deo, (ut habetur 1. q. 1. *Cap. Petrus*, & *cap. cum omnis avaritia*, cum multis aliis ibidem)

Item, Cum omnino *Simoniacorum hæresis cæteris damnabilior* esse probatur: (ut in dicta q. *Cap. Est qui.*) Igitur ab eis recedendum. Nam, ut ait Apostolus *ad Romanos 1. qui talia agunt, morte digni sunt.* Et non tantum qui ea faciunt, sed *qui consentiunt facientibus.*

Pontifices sede moti per Imperatores.

Item attendatur, quod *populus* zelo fidei commotus *Constantinum Papam* qui Ecclesiæ scandalum erat, [oculis] privavit & *deposuit.*

Item *Henricus secundus* Imperator Romam vadens, *Benedictum nonum*, & duos alios, qui contentionibus suis scandalizabant Ecclesiam, Imperiali & catholica censura *deposuit*, & *Clementem secundum* Romanæ Ecclesiæ Papam *constituit.*

Item *Otto primus* Imperator Johannem XII. qui luxuriosus & venator erat, *fugientem* etiam *à Concilio deposuit.* Et ut dicit quidam solennis Doctor Parisiensis, *Violentiam gladii Papa, illo abutendo, Imperator potest repellere per gladium summo cum moderamine. Nec ageret contra Papam ut Papa est, sed contra hostem suum & hostem Reipublicæ.* Sicut enim Ehud qui Eglon Moab Regem interfecit, sagitta infixa in femore ejus, eo quod gravi servitute populum Dei premebat, non est reputatus interfecisse rectorem sed hostem. Hoc enim agere non est contra Ecclesiam agere, sed pro Ecclesia.

Istis, & multis aliis, quæ brevitatis causa omitto, attentis, consurgere necesse est cum Psalmista, qui ait: *Quis consurget mecum adversus malignantes, & quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?* Et ne amplius istam sanctam congregationem verbis fallacibus & dolosis promissionibus seducant, expedire videtur prædictis obviare, & magna cum instantia illusoribus reddere iniquitatem ipsorum. Videlicet *procedendo jugiter ad sacras sessiones & determinationes*, juxta Canonicas sanctiones, prout tempus & personarum merita requirunt. Quia ad hoc data est à Deo huic sacro Concilio potestas, ut (&) virtus ab altissimo, qui cujuscunq; magnitudinem minime vereatur.

Sessiones Concilii esse continuandas.

Viriliter ergo agite, & confortetur cor vestrum in Domino. Et secundum doctrinam Mathatiæ, *verba hominis peccatoris ne timueritis, quoniam stercus & vermis sunt, hodie extollitur & cras non invenietur*, sed estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente. Quia si *in Constantia constantes* fueritis, videbitis auxilium super vos, & Sathanam conteri sub pedibus vestris. Quod vobis concedat altissimus qui Regem vestrum & ipsum Regnum in ævum stabiliat protegatque feliciter (in omni stabilitate protegat) & augeat, ad defensionem & augmentum totius fidei Christianæ, universalisque Reipublicæ utilitatem. Amen.

TOMI II. PARS XIII.

Cardinalium aliorumq; Prælatorum in Concilio Disputationes de Jure Cardinalium Papæ Johannis XXIII. negotia Concilii cum reliquis Patribus tractandi.

CAP.

Digitized by Google

CAP. I.

Aviſamenta, quod Cardinales Johannis 23. Concilii res tractare non poſſint.

Per propoſita, teſte *Gobelino Perſona* in *Cosmodromio cap. 94. f. 340.* Prælatum in ſexta Concilii Seſſione publica, die 17. April. A. 1415. Unde allegat *Spondanus ad A. 1415. f. 744.*

Nos hic exhibemus ex *MSCto Vindobonenſi, Parte I. Act. Conc. Conſt. f. 112.* hoc titulo:

Concluſiones & veritates contra Papam & Cardinales, quod non debeant intereſſe tractatibus Concilii.

Prima veritas eſt, quod *nequaquam in hoc ſacro Concilio debeant intereſſe Papa & Cardinales, ſeu in tractatibus* quæ fiunt in eodem Concilio. Et Ratio eſt, quia ibi *agendum eſt de reformatione Eccleſiæ in capite & in membris principalibus*, ſcil. *de Papa & de Cardinalibus ipſius.* Sed illi non poſſunt nec debent eſſe judices in proprio facto, & per conſequens etiam ipſa non reformabunt in illis, remanente deformitate ſiam in ceteris membris.

Secunda veritas eſt, quod cum ipſi Domini Cardinales, *electores* Domini *Johannis Papæ*, ſcientes eum eſſe talem, prout fuit & eſt, nihilominus ipſum elegerunt in Papam. Ubi optimum debebant elegiſſe, vel ſaltem mediocriter bonum & utilem, *abuſus* ſunt *poteſtate eligendi, & deberent privari electione*, & alias eſſet maxime puniendi. Propterea, quia per talem abuſivam electionem eorum totam Eccleſiam ſcandalizaverunt, & ſic *nullatenus hoc ſeſſionali concilio & actibus ipſius deberent intereſſe.*

Tertia veritas eſt, quod cum ipſi Domini Cardinales dictum Dominum Johannem Papam *poſſeſſus fuerunt de Conſtantia*, ut mundo notum eſt, & per quam ipſam totam ſcandalizavit & obumbravit Eccleſiam, illicentiati per hujusmodi Concilium *ſecuti* fuerunt, eo ipſo reddiderunt ſe *ſuſpectos* vehementer prædicto Concilio quaſi *approbantes* prædictam *fugam*, quod etiam per plures ſequentes actus ipſorum, *aliqui* huc *reverſi* amplius & amplius publice declararunt. Et ſic etiam proinde ſe reddiderunt valde ſuſpectos quoad hoc, quod ex tunc non potuerint ſive poſſint eisdem Concilio & actibus intereſſe.

Quarta veritas eſt, quod, cum ipſi Domini *Cardinales*, vel plures eorum huc *reverſi*, poſt eandem fugam, etiam *aliqui* eorum *qui huc remanſerunt*, publice *aſſeruerunt, quod, per receſſum* dicti Domini *Johannis* talem qualem è Conſtantia, *diſſolutum fuerit dictum Concilium*, ita, quod ex tunc non fuerit Concilium ſed *Conciliabulum*, videntur enormiter errasſe, ſalva pace tantorum patrum, hoc caſu, ſaltem factum, quo agitur, quod ſchisma non tollatur, & vera unio fiat in Eccleſia, & ut illa in illis capitibus reformetur: Quia *Concilium illis caſibus eſt ſupra Papam & Cardinales*, & dependet immediate à Deo. Et hoc non fallit ſecundum Theologos & Doctores Juris Canonici, expertos & veraces, & evidentiſſimas rationes. Et per conſequens, ipſis dicentibus, *ſe ipſos excluſerunt à Concilio & tractatibus* antedictis, & ſe reddiderunt ſuſpectos vehementer quoad illa, niſi ante omnia fiterentur in hoc ſe erraſſe, & ſubmittrent ſe ordinationi Concilii memorati.

Quinta veritas eſt, quod interim, quod non revocabuntur & *ſuſpendentur* ad aliquod congruum tempus *reſervationes Papales dignitatum* &c. nunquam poterit ipſa Eccleſia reformari in capite & in membris, per quemcunque etiam ingenioſum vel potentem, nec per ipſum Concilium, nec etiam providere ſuper hoc, quin ipſe Dominus Johannes Papa ſemper habeat ſibi favorabiles & potentes fautores, ut hac fugant de ipſa, ſcil. aurum, quod plures ſole libentius ſpe-

Digitized by Google

ſpectant. Invenietque ſemper campſores in copia dignitatum &c. & ab eis habebit aurum copioſe, quamdiu hoc durabit, ipſe ſuique ſequaces. Nec non ceteri ambitioſi, quorum infinitus eſt numerus, hujusmodi Concilium derident.

CAP. II.

Concluſiones præſentatæ per Collegium Cardinalium in præſentia Sereniſſimi Principis, Domini SIGISMUNDI, Romanorum Regis &c. Cum Reſponſione Concilii.

De Autoritate Concilii & ſedis Apoſtolicæ, & jure Cardinalium Johannis XXIII. Concilii negotia cum aliis tractandi.

Ex Codice MSC. Lipſienſi.

COram hoc ſacro Concilio *ex parte Sanctæ Eccleſiæ Ro. Cardinalium* proponitur & dicitur: Quod, cum tam *Ro. Eccleſia* quàm *Generalis Concilii* tanta ſit *autoritas*, quod tàm majorem quàm ampliorem fieri *per novam hujus Concilii Conſtantienſis conſtitutionem* non ſit opus: Tamen ſicut aliqui dictam *Concilii Autoritatem* magnificare & declarare voluerunt: Sic & *autoritatem Ro. Eccleſiæ*, quam aliqui nimis videntur deprimere & parvipendere, ad communem omnium notitiam, ut dignum eſt, magnificare & ejus præeminentiam declarare dicti Domini Cardinales utile judicarunt ſub *Concluſionibus* infra ſcriptis.

Prima Concluſio ex parte Papæ. Romana Eccleſia ſecundum Canonicas ſanctiones Chriſti traditioni conformes, *omnium Eccleſiarum mater eſt & Magiſtra.* Et oppoſitum dicere eſt hæreſis implicita.

Reſponſio Concilii. Tamen non eſt errare ſeu peccare in aliquem articulum Catholicæ fidei, in Symbolo comprehenſum.

Secunda Concluſio. Romana Eccleſia ſicut omnium *Eccleſiarum* Magiſtra eſt, ſic earum *caput* merito dici poteſt.

Tertia Concluſio. Romana Eccleſia ſicut omnium Eccleſiarum *caput* dicitur, ſic & *Concilii Generalis*, imo *Univerſalis Eccleſiæ*, quæ ex omnibus particularibus Eccleſiis integratur.

Reſponſio Concilii. Nota ſuper verbo caput. *Hoc concedatur, tamen non ad fovendum ſchiſma aut diſſormitates. Item nota ſuper verbo* Concilii, *eſt ſubdiſtinguendum.* Quia hoc eſt *verum* in aliquo Concilio, maxime *cum agitur ad elidendum aliquem errorem* contra Catholicam fidem ſeu hæreſin extirpandam. *Ubi* autem *agitur de ſchiſmate tollendo* in Ro. Eccleſia, quod per Cardinales ortum habuit, aut quia Cardinales aliàs abuſi ſunt electione, & in ſimilibus, *ibi non habet locum.* Aliàs eſſent judices in proprio facto. Hæc probantur luce clarius 79. *Diſt.* per totum, & præſertim in *Cap. 1. Si quis Apoſtolica, & Cap. 2. Si quis Papa, & Cap. 4. Nullus unquam, & Cap. 8. Si duo, & Cap. 9. Si quis pecunia.* Et hoc etiam ratio dictat Clericos in diſcuſſione tenere, eo obſervato ordine, ut *minores exhibeant potioribus reverentiam, & potiores minoribus dilectionem impendant, ut vera concordia* fiat inter eos, & ex diverſitate contextio & recta officiorum generetur adminiſtratio ſingulorum. Neque univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi hujusmodi tam magnus doctrinæ ordo ſervaretur &c. Et hujus exemplum capitur de cœleſti militia, quia Angeli ſunt, Archangeli &c. 89. *diſt. c. 7. Ad hoc.* Qualiter autem Epiſcopi & Clerici non debent invicem diſcrepare, patet XC. *diſt.* per totum.

Quarta Concluſio. Romana Eccleſia præmiſſam *poteſtatis & autoritatis præeminentiam obtinet*, non tam *humana traditione*, quam *divina*: Et hoc Rom. *Petri Apoſto-*

poſtoli, Chriſti vicarii, & cujuslibet ſui egitimi ſucceſſoris, *qui* ex Chriſti inſtitutione ſub eo tanquam ſub principa- capite, tam Romanæ quam univerſa- s Eccleſiæ caput fuiſſe vel eſſe digno- citur.

Correlaria. Unde ex hoc patet, quod *uctoritas Papæ* ſeu *Romana Eccleſia*, ſicut *c Concilii generalis*, *immediate eſt à Deo rincipaliter*, licet ſit *ab homine* ſeu deendeat ab humana poteſtate *miniſtelatur*. Nam Papa ſit per Cardinalim electionem, & Cardinales Papæ auoritate, & Generale Concilium per apam aut alterius legitimæ poteſtatis onvocationem.

Reſponſio Concilii. Nota ſuper verbo *ıeſtatis*, adde *canonicæ*, & juxta formam canonibus traditam. Patet 23. diſt. *c.* 1. *n nomine Domini*. Ubi circa medium dicitur: *Eligatur autem de ipſius Eccleſiæ gre- ie, ſi reperitur idoneus.* Nota hoc verum: *Vel ſi de ipſa non invenitur, aſſumatr de alia, ſalvo debito honore & reverena noſtri dilecti filii, Henrici* ſcil. tertii, *ui in præſentiarum Rex habetur & futurus mperator Deo concedente ſperatur.* Et dit gloſſa ſuper illo: *Idoneum: Bene poteſt ſe, quod omnes Cardinales ſint ſancti, ſed amen non ſint omnes idonei ad Papatum. via ſunt forte corpore vitiati, aut aliunde abent impedimentum.*

Quinta Concluſio. Romana Eccleſia, quæ n Collegio Papæ S. Cardinalium principaliter repræſentatur, *pars principalis* ve membrum eſt *Concilii generalis*, in uo Papa vel ſuus vicarius ipſo abſente *reſidere*, & principaliter *definitivam ſententiam ferre* deberet, niſi manifeſta auſa & in jure divino fundata obſit.

Reſponſio Concilii. Nota, ſuper verbo *Concilii*, Concedenda videtur, *ceteris aribus*, diſtinguendo, ut ſupra. De hoc abetur *diſt.* 17. per totum, & in *cap.* 6. §. *Hinc etiam, ead. diſt.* ubi ſic legitur: *Hinc iam cum autoritas Theodorici Regis ſeu ottorum*, (*quem Almani vocarunt de Berna, qui tunc occidentale rexit Imperium,*) *x diverſis provinciis ad urbem Romanam acerdotes convenire præcepiſſet, ut ſanctum Concilium judicaret de his, quæ venerabili atri Papæ Symmacho præſuli Apoſtolici ſeis ab adverſariis ipſius dicebantur impingi* &c. Ecce hic habetur, quod non autoritate Papæ vel ejus Collegii Cardinalium ſed rectoris dicti Imperii occidentalis, qui tamen fuit minor vero Imperatore Romano, fuit convocatum iſtud Concilium. Item habes ibi, quod non Collegium Cardinalium, ſed Epiſcopi, qui fuerunt in ipſo Concilio, tulerunt ſententiam definitivam abſolutoriam pro Papa, ut apparet ibi. Epiſcopi verò in Synodo reſidentes dixerunt, *Symmachus Papa, ſedis Apoſtolicæ Præſul, ab hujusmodi oppoſitionibus impetitus, quantum ad hominis reſpicit, ſit immunis, & liber* &c. Aliqua tamen verba immixta ſunt, quæ hujusmodi ſenſum, quodammodo variant, tamen ſe habet veritas ut prædixi.

Sexta Concluſio. Romana Eccleſia ſicut & Generale Concilium Eccleſiam univerſalem repræſentat, licet non ſemper æqualiter.

Reſponſio Concilii. Nota ſuper verbo æqualiter, *bene adjungitur:* Quia major orbis urbe. Ex quo infertur, quod Romana Eccleſia non ſit univerſalis Eccleſia, ſed pars præcellens & principalis. Alias Papa vocaretur univerſalis Epiſcopus. Sed hoc reprehenditur in jure. Unde legitur *d.* 99. *c.* 3. Univerſalis autem nec Romanus Pontifex appelletur. Et in *c.* 5. *Ecce in præfatione*, 99. *diſt.* Dicitur enim ibi ſuperbæ elationis verbum, ſi quo Papa univerſalis à quoquam appelletur. Et hujus redditur ratio. Unde dicitur ibi: *Quod peto, mihi dulciſſima S. V. ultra non faciet, ſcil. appellando me univerſalem Epiſcopum.* Et ſequitur: *Quia vobis ſubtrahitur, quod alteri plus quam ratio exigit, præbetur. Ego vero non quæro verbis proſperari ſed moribus*, &c. Ecce quam humiles fuerunt Summi Pontifices antiquitus.

Septima Concluſio. Romana Eccleſia, Papa decedente vel abeunte, in Generali Concilio per Cardinales ibidem præſentes ſufficienter de præſentari ſetur, maxime ſi Apoſtolica autoritate vel ſacro approbante Concilio ad hæc conſtituantur.

Octava Concluſio. Romana Eccleſia tantæ autoritatis eſt, quod ſine ejus vel eam repræſentantibus, in ge[illegible]

Digitized by Google

Concilio nihil decerni aut definiri debuit, nisi eam contumaciter abesse vel à via veritatis aberrare constaret. In quo casu præter vel contra ejus consilium vel consensum procedere licet.

Responsio Concilii. Nota, quod isti duo articuli, sc. Romana Ecclesia, Papa decedente, &c. Romana Ecclesia tantæ autoritatis est, &c. non procedunt, nisi *sub distinctione*, prout in præcedentibus tactum & discussum est in *glossellis*.

Correlarium. Unde patet, quod in quibus *Papæ & Cardinalium consensus* haberi potest, non eum licet irrationabiliter spernì, sed reverenter suscipi debet.

Responsio Concilii. Adjiciendum est, quod bonum est, ceteris paribus, juxta distinctiones prædictas.

Nona Conclusio. Romana Ecclesia tantam habet autoritatem, quod *ad eam pertinet, alia Ecclesiæ membra reformare. Nec in ejus reformatione est à generali Concilio repellenda*, sed reverenter audienda, sicut & cetera membra Ecclesiæ, *quando agitur de reformatione totius corporis in capite & in membris*.

Decima Conclusio. Romana Ecclesia totumque generale Concilium *ad universalem membrorum Ecclesiæ reformationem debent unanimiter concurrere*, & unicuique statui in ejus reformatione audientiam dare, & de se ipso definitum communicare judicium, juxta illud Apostoli: *Si nos ipsos dijudicaremus, non utique judicaremur*.

Responsio Concilii. Verum est, cum distinctione superius tacta in glossellis, scil. quando non agitur de eorum reformatione &c.

Corrolarium. Unde patet, quod vanæ voces non sunt in hoc Concilio audiendæ quorundam populorum loquentium atque dicentium: *Nos vocabimus Cardinales, quando nobis videbitur, sed non, quando de eorum reformatione agetur*. Cum tamen ad Cardinales magis pertinet, illos vocare & judicialiter reformare, quam econtra. Et *in ejus statu Reformatione*, sicut Prælatorum, Capitulorum, Religiosorum, & Universitatum, *singuli audiendi sunt, nec à Concilio repellendi*, sed magis ad mutuam caritativam correctionem inducendi, &c.

Responsio Concilii. Non sunt variæ voces illæ: Aut, quia de eorum facto agitur, aut quia Papam inhabilem elegerunt seu minus idoneum. Et de hoc agitur in Concilio. Vel agitur, quod Papa diffamatus de aliquo crimine se purget, sicut fecit Leo Papa. *IV. q. 3.* ait: *Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis justa legis tramitem non conservavimus, vestro ac missorum Vestrorum concilio volumus emendare judicio. Quoniam sumus, qui aliena corrigere debemus peccata, pejora committimus, certe non veritatis discipuli, sed, quod dolentes dicimus, erimus præ ceteris erroris magistri, &c.* Ita scribit Ludovico Imperatori idem Papa, ut legitur 2. q. 7. c. 41. *Nos si incompetenter.* Item *Hieronymus* refert *in libro Virorum illustrium*, videliceet, quod *Damasus* Papa à subditis accusatus de adulterio, cum XLII. Episcopis se expurgaverit. Item de supra dicto *Symmacho* Papa legitur, quod in Romana Synodo dignitate sua exspoliatus, prius in statum pristinum redire decernitur, ut tunc veniret ad causam. Et si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. Digna res est vita maximo numero Sacerdotum, atque meretur effectum 2. q. 7. §. *Cum Balam, circa fin.* Et cum tales venerabiles summi Pontifices antiquitus accusati aliquo crimine se publice expurgarunt, & etiam aliqui eorum se submiserunt judicio Romanorum Imperatoris, vel Regum, vel Generalis Concilii, ut superius patet: Quare non moderni Pontifices, diffamati etiam de criminibus, idem facere teneantur, ratio non dictat. Quod elicitur ex Evangelio: Debent enim sequi humilitatis exempla Christi, qui dixit: *Si male locutus sum, perhibe testimonium de malo: Si bene, cur me cædis?* Nullus enim eligitur ad illicita perpetranda.

Correlarium. Insuper patet, quod, cum prærogativæ, privilegia & libertates Romanæ Ecclesiæ, partim divino partim humano jure & approbata consuetudine fundatæ sunt, ipsi per Generale Concilium his juste privari non possunt, nisi de ipsius autoritate, vel concurrente manifesta ratione divino jure vallata.

Responsio Concilii. Super verbo non pot-

Iunt. Nemini facit injuriam, qui utitur jure suo. Posset responderi vobis illud Apostoli ad *Cor. 8. Laborantem Agricolam primum oportet de fructibus pasci.* Vos autem contra quæritis. Nos sumus agricolæ laborantes, vos vultis percipere de fructibus. Imo non primum, quia nec ultimum nobis derelinquere vultis. A prioribus enim incipientes paulatim serpitis, & totum usurpare contenditis. Ut pro vobis videatur dictum: *Fraudatim lupus comedit agnum*, 13. *q. 1. c. 1. §. 1. Qui in sacrario.*

Corrolarium. Ex quibus iterum patet, quod, cum de præmissis aut ea tangentibus agitur in Concilio generali, in his solum debent habere vocem conclusivam viri discreti, experti in divino & humano jure periti. Alioquin videntur judicare sicut cœci de coloribus.

Responsio Concilii. Super verbo *discreti*, existimandum est quod sint discreti, qui sunt in hoc Concilio Constantiensi præsentati; & bene vobis respondebunt. Et si quod defecerint in scientia, supplebit bonus Zelus eorum. Quia scientia inflat, caritas autem ædificat, &c.

Probatio prime & quinte conclusionis. Ad fundandum præmissas conclusiones, & inde sequentes, induci possunt rationes, tam divino quam humano jure & sanctorum Patrum traditione vallatæ. Et specialiter *pro prima & quinta conclusione* facit XXII. *dist.* per totum. Ubi probatur, quod Ro. Ecclesia habet de omnibus aliis ordinare, cum sit mater omnium aliarum. Et cum Ecclesiæ secundum superioritatem & inferioritatem sint ad invicem ordinatæ, inter eas tenet Ro. Ecclesia primum gradum. Item, quod sit mater omnium aliarum Ecclesiarum, dicitur XII. *dist. c. 1.* Item, quod teneat Magistratum præcipuum totius orbis, dicitur in *præmio* VI. *lib.* Et quod sit mater omnium fidelium & magistra, dicitur *De summa Trinit. c. 2. Damnamus in fin.* & etiam *c. 1. lib.* VI.

Responsio Concilii. Summi Pontifices & Cardinales conseveverunt partem suam facere meliorem. Et sic non est novum, quod attentatur per ipsos Dominos Cardinales. Multa etiam repe-

riuntur in jure, & etiam maxime in Decreto, olim per summos Pontifices observata, quæ postea in desuetudinem devenerunt. Sicut quoque plerique summi Pontifices, sequentes humilitatem, scribendo scripserunt aliis in singulari numero, etiam illis, quibus scripserunt se postponendo, ut XII. *q. 1. c. 2. Dilectissimi*, & in multis similibus. Postea vero præposuerunt & præponunt se omnibus quibus scribunt, quod per se patet. Et Imperator scribendo Papæ olim se consvevit præponere, ut in *c. Victor Honorius, 97. dist. c. 2. Cum similibus.* Nunc se postponit.

Probatio tertia & quarta conclusionum. Item quod Ro. Ecclesia caput sit omnium aliarum Ecclesiarum, sicut Petrus omnium Apostolorum, probatur 3. *q. 6. c. 9. Dudum*, Et *c. de summa Trin. Epistola, Inter claras*, post principium, & *l. Victor*, &, *in Præsenti.* Et hoc specialiter facit pro tertia & quarta conclusionibus.

Facit etiam *pro quinta conclusione*, quod præsidentiam Papæ. Et pro eodem facit specialiter *c. Significastis, De Electione*, cum suis *concordantiis.* Ex quibus fundantur *sexta & septima conclusiones* sequentes.

Item pro eadem *tertia & quarta conclusionibus*, facit 21. *dist. Quamvis* ubi dicitur: Quod Ecclesia Romana nullis Synodicis constitutis ceteris Ecclesiis prælata est, sed Evangelica voce divina & Salvatoris nostri primatum obtinuit. Item pro *eadem tertia Conclusione* facit 17. *dist. c. 1. & 2.* Ubi dicitur, quod nullum Concilium est ratum, nisi fuerit autoritate Ro. Ecclesiæ firmatum. Et absque ejus autoritate non dicitur Concilium, sed Conventiculum vel Concilibulum, *cap. dist. Multis.* Et hæc faciunt etiam *pro prima conclusione.* Item Ecclesia Ro. etiam sua autoritate confirmavit unamquamque Synodum 25. *dist. c. 1. & 2.* Et quod Ro. Eccl. Ecclesia repræsentetur in Papa & Cardinalibus, patet 16. *dist. c. cum Constant. ante finem*, LX. *dist. Nullus, 2. gloss. De Electione*, Evandata, *lib. VI.* Et de hoc nemo dubitat.

Probatio quinta conclusionis. Confirmatur etiam Ecclesia Ro. ex Papa tan-

Digitized by Google

capite & Cardinalibus tanquam membris. *Ar. De panus, c. Felicis, lib. VI. §. Quia.* Unde etiam dicit Ostiensis, *de Privilegio, c. Antiqua*, quod Cardinales, Presbyteri & Diaconi non præstant obedientiam Papæ, quia cum eo cententur unum corpus. Episcopi verò Cardinales præstant juramentum Papæ tanquam ceteri Episcopi, non tanquam Cardinales, ut dicit ibidem Ostiensis idem. Item pro prædicta *quinta* conclusione, quod Papa in Concilio definiat, sunt jura infinita, in quibus dicitur, quod Papa, concilio probante, dicto *c. Antiqua, cum similibus.*

Probatio octavæ & nonæ conclusionis. Item pro octava & nona conclusionibus facit, quod Ro. Ecclesia habet alias in parte sollicitudinis, non in plenitudine potestatis *II. q. 6. c. Decreto.* Facit etiam ad idem, quod Ro. Ecclesia potest de omnibus aliis judicare, sed ipsa non potest à quoquam alio judicari. IX. *q. 3. c. Pater.* Facit etiam pro prædictis, quod Romanæ Ecclesiæ consuetudo circa institutiones Ecclesiasticus ab omnibus servanda XI. *dist. c. Quis.* Et qui ejus privilegia violat, hæreticus est habendus XXII. *dist. Omnia.*

Responsio Concilii. Omnibus istis conclusionibus & earum probationibus introductis potest responderi summarie, quod forte ita scriptum est in jure, ut in eis continetur, sed illud intelligendum est *ceteris paribus*, Sed hic cetera non sunt paria, ideo non faciunt ad propositum.

CAP. III.

JOHANNIS PATRIARCHÆ ANTIOCHENI

Propositio in Constantiensi Concilio facta, quod Papa à negotiis Concilii excludi non possit.

Allegante Bzovio in Annal. Eccl. ad Ann. 1415. f. 464. b.

Johannes Patriarcha Antiocheuus, inter alios Patres Constantienses doctissimus, & Hierarchia Ecclesiastica studiosissimus, proposita ista thesi: UTRUM PAPA CATHOLICUS SUBJICIATUR CONCILIO GENERALI, *negantem partem demonstravit rationibus sequentibus.*

Primo, quia Potestas Ecclesiæ ita fuit data per Christum corpori mystico Ecclesiæ militantis, & sic eam voluit ad omnium Apostolorum officium pertinere, ut in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, & ex ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet; teste *B. Leone Papa in Canone, Ita Dominus*, 19. *dist. c.* 7. Cui concordant communiter *Alexander de Hales*, & alii Doctores sacræ Theologiæ.

Sed non reperitur testimonio authentico, quod beatus Petrus Apostolus, vel alius ejus in sede Apostolica successor, aliquam potestatem dederit prætato Concilio Generali supra Papam. Igitur prætatum Concilium nullam in Papam habet potestatem. Et per consequens, Papa illi non subjicitur. Et si impugnaretur dictus canon, *Ita Dominus*, quasi fidem non faciens, conflat impugnationem hujusmodi efficacia carere, testimonio sacrorum eloquiorum, de quibus habetur in *Canone, Sancta Romana*, 15. *dist. c.* 3. & in canone, *Nulli*, 25. q. 1. Et in can. *Visitatores*, & ca. *Omnia*, & can. *Hæc consona*, *eod. cans. & quæst.* In quibus *Hilarius, Damasus & Gregorius, Romani Pontifices*, impugnationem hujusmodi damnant, & impugnatores decernunt. Quibus concordant *cap. Ut De Institutionibus, & Cap. Si quis omnem* 1. q. 7. *Si Romanorum*, 19. *dist.*

Quinimo cavere debent impugnatores dicti Capituli, *Ita Dominus*, seu aliorum canonum à Romanis Pontificibus editorum, à sententia Ecclesiæ, per Nicolaum Papam in Can. *Omnes*, 22. *dist. c.* 1. prolata. Per quam amantes auferre privilegium Ecclesiæ, ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum, in hæresin labi decernuntur.

Secundo. Quia non ab Apostolis, & sic nec à corpore Ecclesiæ seu Concilio Generali, sed ab ipso Domino Jesu Christo, Romana Ecclesia primatum accepit; inquit *Anacletus Papa*, sed ser-

vus Christi Jesu, in Can. *Sacrosancta Ro. dist. 22. c. 2.*

Tertio. Quia Papa habet plenitudinem potestatis, *2. q. 6. canon. Decreto, De Appellat.* Ergo alii etiam simul congregati illi subjiciuntur, & non ipse eis.

Quarto. Quia Concilia recipiunt potestatem à Papa, & non Papa à Conciliis. *Ca. Significasti, De Elect. 27. dist. per totum.*

Quinto. Quia ipse omnes judicat, & nullus ipsum. 22. *dist. c. 1. Omnes.*

Sexto. Quia Apostolicæ Sedis judicium, cujus autoritate majus non est, à nemine est retractandum. *In can. Patet, 9. q. 3. c. 10.*

Septimo. Quia aliorum hominum cautis Deus voluit per homines terminate, sed Sedis Apostolicæ suo sine quæstione reservavit arbitrio. Ut in *Can. 14. Aliorum, 1. ead. caus. & quæst.*

Octavo. Quia, etiam Papa caterva tam ad inferos deduceret, nullus nisi Deus hunc culpâ in hoc mundo redarguere potest. Quia cunctos ipse judicaturus à nemine judicandus est, nisi deprehendatur à fide devius. Ut in Can. *Si Papa, 40. dist.* Concordant notanter, per Hostiensem & ejus sequaces, cap. *Proposuit, De Concess. Prebend. Jo. Andreas in Cap. Ad Apostolicæ De rejudi. lib. VI. in prima glossa.*

Nono. Quia etiam quando agitur contra Papam, concilium non potest eum judicare sine ejus autoritate: In ca. *Nunc autem, 21. dist.* Et in *can. 6. § Hinc etiam, 17. dist.* Quia Papa Catholicus caput est Ecclesiæ & Christi vicarius, ut patet in dicto can. *Ita Dominus.* Et concordat notanter per *Jo. Andream in Clem. Ad nostram, in glossa magna, De hæres.* Igitur per corpus separatum, ab eo, quod sine capite virtutem non habet, *can. 12. Cum non liceat, De præscription.* judicari non potest, sicut nec Episcopus à suo capitulo, cujus inferior est, *De Major. & obed.*

Nec obstant rationes, quas quidam in contrarium persuadere nituntur, ut patet ex sequentibus.

Et primo, ad primum, dum dicitur, quod quando *Petrus* claves accepit, *Ecclesiam sanctam* significavit. Ut in *can. Quodcunque, 24. q. 1. legitur.* Respondeo, illud intelligendum fore secundum doctrinam dicti canonis, *Ita Dominus, 19. dist.*

Ad secundum. Dicitur, quod Papa subjicitur Conciliis, ut in *Ca. sicut Sanctis, 15. dist.* Respondetur, illud verum esse quoad observantiam articulorum fidei, Et ibi *nota, per glossam, & ad Can. Quæ ad perpetuam, & ca. Sunt quidam,* & ad alia similia, 25. *q. 1.* dicitur, quod vel loquantur de honestate, vel referri debeant ad observantiam articulorum fidei. Et ista responsio corroboratur per notata per glossam in dicto *ca. Sunt quidam.* Unde nota, quod Papa quandoque dispensat contra generale statutum Ecclesiæ & etiam contra Apostolum. Quod intelligo, quando sic dispensatio non offendit articulos fidei. Sicut dicitur per Glossatorem in dicto *Ca. Sicut Sanctis.* Nec obstant notata per Glossatorem *in ca. Si duo contra 1 sat 1 79. dist. c. 8.* Ubi dicitur quod in contentione Papatus concilium potest esse judex: Et idem videtur sentire *Hugutius & Jo. in Ca. De Renunciatione, lib. 6. in Novell.* Quoniam dicta opinio repugnat juribus, suprain prima quæstione deductis. Nisi prætenderetur contra prætendentes schisma importans hæresim. Sicut factum fuit contra Petrum de Luna & Gregorium. Nec obstant per Glossatorem adducta in dicto *Ca. Si Papa.* Quia jura allegata per eum non probant intentum glossatoris, extra hæresin propriè sumtam.

Secundo quæritur. *Si definitiones & statuta fienda in hoc sacro Concilio generali sub nomine Papæ, vel Concilii, vel utrumque fieri debeant?*

At, quod sub nomine Papæ debeant, patet: Quia à Papa procedit virtus & autoritas Concilii. Ut patet per jam dicta, scil. in prima quæstione. Potest tamen addi, *sacro approbante Concilio* — Patet in *ca. Damnamus. can. Nos autem* — *Summa Trin. In antiquis, & ca. unico, c.* — *& in c. Ubi majus, De Elect. & c. Ad Apostolicæ, De rejudi. c. 2. & c. unico De Trin. in Clem. & c. Ad nostram, De* — *cu, & c. De furiis in Clem.*

Item quod talia fieri debeant sub nomine Papæ secundum tempora — qua, patet in *ca. Adrianus, 63. dist.* — *c. In nomine Domini, 23. dist.*

Digitized by Google

Nec obſtant ſcripta, in qvibus dicitur: *Concilium definit ſic*: &c. Qvoniam vel locum tenent, cum Papa deprehenditur à fide devius pertinaciter: Nec obſtat ca. *Nunc autem*, 21. *diſt.* Vel, ſi ſit catholicus, cum in Concilio Papa non erat, ſed aliàs illis autoritatem præſtabat: Vel, ſi erat, qvoniam ſic fieri ſui humilitate permittebat & ad hoc autoritatem præſtabat. Sicut factum fuit in Concilio congregato contra Symmachum Papam, de qvo habetur in dicto *can.* 6. §. *Hinc*, 17. *diſt.*

Et ſi dicatur, *quod cum de reformatione capitis Eccleſia agitur, non videtur honeſtum, quod Papa ſit præſidens & judex*: Reſpondetur: Quod alius quam ipſe, hoc caſu non poteſt eſſe judex, juxta jam dicta in prima qvæſtione. Niſi ex ſui humilitate (Qvod facere non tenetur de neceſſitate) aliis hoc committeret, & ad hoc autoritatem præſtaret.

Ceſſat quoad hoc caſus illius tituli *ca. Ne qvis in ſua cauſa*, &c. Qvoniam in Papa non habet locum. Ut patet in dicto *ca. ſi Papa*, & aliis juribus ad hoc ſupra allegatis.

Et hæc ſint dicta ſub correctione & determinatione Veſtræ Sanctitatis.

Johannes Patriarcha Antiochenus

Devotus Orator veſter.

Lectori S.

FAta & facta hæc Conſtantienſis Concilii, *proximè à fuga Johannis* & *extra ſeſſiones quidem publicas* præcipue prodita, nude recenſuiſſe ſuffecerit, omni cenſura remota. Nec enim noſtrum eſt de rebus illis judicium ferre, qui unice hoc agimus, ut, quid actum ſit, enarremus. Neq; adeo vitio nobis verti poterit, quod acriores etiam *in Concilio editas publiceque lectas diſputationes*, Cardinalium aliorumqve Prælatorum, vel & ipſius Concilii nomen præ ſe ferentes, publicaqve illius ævi autoritate munitas, ab Actis Concilii haud reſecuerimus, aut diſſimulaverimus. Nec enim vel affectus magnatum in Concilio, vel calami & oris acrimonia, in illorum ſcriptis publicis animadverſa, nobis recenſentibus imputari poſſunt, qui nullius partis jus vel tangimus aut vellicare intendimus, ab omni partium ſtudio in negotio hoc hiſtorico immunes. Imo, ſi neglexiſſemus has ſimilesqve Concilii aut Patrum Conſtantienſium diſceptationes, de rebus arduis publice in Concilio inſtitutas, profecto vel negligentiæ vel affectus pravi notam haud injuria nobis inuſiſſent omnis ordinis viri prudentes ac boni. Neque poſteri deſiiſſent culpare metum intempeſtivum, qui à rerum antiqvarum fido ſcriptore, quanto magis ſcriptorũ collectore, abeſſe plane debet; Vel adulationis impegiſſent maculam, qua in hiſtorico nulla turpior. Ingenue referre oportet in rebus olim geſtis, qvicquid vel argumentorum vel & ſtudiorum atque motuum orbis antiqvus in magnis negotiis oſtentavit, luciqve publicæ jam olim commendavit. Judicent alii, cenſeant poſteri, nunquam orbem liticulis caruiſſe aut carituruꝝ meminerint, ſed, exemplis majorum cauti, nubeculas mature ac molli manu diſpuncturi, pacis ac unionis veri cultores, Dei filii, cœleſtis olim gaudii fururi conſortes.

Hæc

Hæc
JOHANNIS XXIII.
è Constantiensi Concilio profugi
consilia & arma literaria
Concilio rumpendo opposita,
Ut &
Constantiensis Concilii studium
conservandis ac continuandis
à fuga Papæ Conciliaribus negotiis
sacrum,
nec non
Cardinalium aliorumqve Magnatum
solennes disputationes
de jure Concilio illi porro præsidendi,
negotia Conciliaria continuandi,
tractandi ac definiendi,
præsente in Concilio
CÆSARE SIGISMUNDO
A. 1415, mense Martio & Aprili,
publicis scriptis institutæ,
qvæ haud postremam Actorum Concilii partem
præstant,
jussu atque autoritate
Serenissimi Brunsv. Ducis
RUDOLPHI AUGUSTI
Ex antiquissimis permultis MSCtis
in Academia Julia
A. 1697. mense Septembri
sunt recensita
Glorioſissime Imperante
CÆSARE LEOPOLDO
Triumphatore Victoriosissimo.

Digitized by Google

TOMI II. PARS XIV. XV.

RESCAPTI ET A FUGA RETRACTI

NEC NON

PAPALI DIGNITATE PER CONSTANTIENSE CONCILIUM EXUTI ET CARCERE CLAUSI

JOHANNIS XXIII.

Tribus menſibus, Aprili, Majo, & Junio, An. 1415.

non ſine armis magnoqve Cæſaris & Concilii motu confectæ.

FELICISSIMIS AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DN. RUDOLPHI AUGUSTI

BRUNSVIC. AC LUNÆBURG.

DUCIS &c.

E Codicibus MSCtis HELMSTADIENSIBUS

recenſitæ ab

HERMANNO von der Hardt.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ

IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.

Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1697.

Digitized by Google

Lectori S.

FUgâ elapsum è Constantiensi Concilio Johannem 23. ex superioribus constat monumentis. Quod facinus indignum, cum tristioribus ejus fatis subsecutis, *sequentia* uberius illustrant *scripta in Concilio publicata*. E Concilio nempe in fugam se convertit, è fuga in carcerem se præcipitavit, justam experrus Sigismundi & Concilii sententiam. Damus hic fatorum illorum interpretem, *Theodoricum de Niem*, virum magnæ in Concilio auctoritatis, qvi motibus ac turbis illis universis præsens adfuerat, spectator, scriptor, censor, sedulus, gravis, acris & severus. Cujus autoritatem admittunt, cum aliis Gallis, ac Italis, Spondanus, Palatius, oculatum illum ac luculentem testem appellantes, qui in eo non desiderent fidem, sed calamum molliorem.

Primum *de fuga Johannis* monumentum, quod hic exhibemus, editum hactenus haud meminimus. Ex Academiæ verò nostræ Bibliotheca producimus. Quanquam autem autoris nomine nostra destituantur *MSCta gemina*, nullâ signata inscriptione: Non male tamen conjecisse videbimur, certis moti argumentis, *Niemio* illud opus esse adscribendum. Præterqvam enim qvod Niemius genium Johannis, in cujus curia diu fuerat versatus, argutissimus rerum omnium arbiter, optime habuerit cognitum, qvem & in *vita ejus* iisdem propemodum coloribus depinxit: Ipse *Niemius in vita Johannis* clare satis innuere videtur, se jam ante de fuga ac miseria, in quam se præceps dederit Johannes, auro ac Principum præsidio temere nixus, pluribus egisse. *Domino disponente*, (inquit lib. I. c. 40.) *dum firmius stare absqve impedimento crederet, cecidit in arumnam & inextricabilem laborem.* PROUT HÆC ALIAS SCRIPSI, *& abbreviando hujus historiæ reddere volui in hac verba.* Qvod Niemii scriptum, hactenus haud visum, nostrum hoc esse sumus augurati. Certiora si nos docuerint de autore alii, feliciores sepultarum rerum scrutatores, debito cum honore admittemus.

Posterius *Niemii* opus *de vita & Constantiensibus fatis Johannis* 23. itidem in Concilio scriptum, ab inclytis *Meibomiis*, Academiæ nostræ *Professoribus*, magnis in republica literaria nominibus, primùm fuit in lucem vocatum atqve restitutum. Meruitqve ab Italis, Gallis, aliisqve exteris legi & commendari. Qvapropter nec à nobis hic dissimulari debuit, cum haud postrema Constantiensium monumentorum pars sit, quæ lucem multis satis affundat clarissimam.

In *libros & capita* utrumqve opus distinguere fas fuerit, ut vagi lectoris oculi certis rerum figantur metis ac cancellis, non sine blanda lectoris voluptate.

Script. Helmst. A. 1697.
die 11. *Sept.*

Qvo die certi fumus facti *de incomparabili Victoria, quam* Invicti Imperator LEOPOLDUS *de Turcorum acie*, die 1. Sept. fusâ ac fusis profligatâ, gloriosissime *reportavit*.

TOMI II. PARS XIV.

THEODORICI DE NIEM, PADERBORNENSIS WESTPHALI, CURIALIS ROMANI,

Secretarii multorum Pontificum usque ad Johannem XXIII. Historici in ipso qvoqve Concilio Constantiensi celebris, inq; eodem defuncti,

INVECTIVA,

In Diffugientem è Constantiensi Concilio Johannem XXIII. A. 1415. in Constantiensi Concilio edita.

Ex antiqvis MSCtis Academiæ Helmstadiensis.

CAP. I.

Invectiva nomine Ecclesiæ in tres Pontifices dissidentes, Johannem 23. Gregorium 12. Benedictum 13.

ALma mater catholica & apostolica *ecclesia*, unica, & virgo sine ruga, sponsaqve boni pastoris Jesu Christi illibata, maledictis filiis, maledictisqve *pastoribus de papatu contendentibus*, & in cathedra pestilentiæ damnabiliter præsidentibus, *summus*, ut dicitur, *Principibus Sacerdotum*.

Ad vos, filii Belial, hæc rudis epistola, exordii dignitate privata, dirigitur. Ad vos qvippe, filii Effrem, est hoc verbum: *Male tendentes arcum, pennig; sagittas emittentes.* Contra vos nempe, pastores Assur, super ovium crassitudine discrepantes, Christo loqvor in amaritudine animæ meæ, conqveror verbis dolore plenissimis Deo ac Domino ultionum. Si, teste Apostolo, *Rom. XV. quæcunque scripta, sunt ad nostram præceteru doctrinam præscripta*: Fore præsertim fidelissima Prophetarum testimonia noveritis, quæ ad vestræ confusionis cumulum, tanquam fasciculos colligens ex ipsis, quò vos invehi ac divo verborum certamine acriter contendere stimulor de præsenti.

verunt, & hæreditatem tuam vexaverunt. Et quod sequitur: O tu, qui bella conteris, & gentium dissipas consilia, quamobrem homines pessiteros concito non dissipas, qui tuam sanctam & dilectam *tripertinuntur*, tanquam *Tripolim* civitatem?

O pastor æterne, quid prohibet, quod contra tot *pastores*, *pascentes semetipsos*, tot annorum lustris gregem tuum dispergentes, iramque non sufcites? Quàmdiu vineam tuam Sabaoth, per *dolosos vulpeculos* demoliri sustinebis? Pastores enim multi (lamentante *Jeremiâ* c. xii.) *Demoliti sunt vineam tuâ* &c. Et quia dormitaverunt pastores in peccatis perditus est grex tuus. *Jerem. L.* Pastores enim seduxerunt eos. Cum enim *impii sumserunt principatum*, ut scriptum est, *gemit populus. Proverb. XXIIX.* O crudelis & impia secta hominum, *non nisi se & sua amantium.*

CAP. III.

Securitas ac judicii divini neglectus in tribus illis Pontificibus notata.

QVis nempe orbem, sic per vos nefarie perversum, relevabit? Qvis demum *sedem Petri*, per vestram ambitionem *tripartitam* refarcibit? Qvis tandem ipsam delictorum ipsorum contagiis exsterget *sordidatam?* Cum non timetis illud Propheticum: *Reddam*, inqvit, *ultionem hostibus meis, & eis, qvi me oderunt, retribuam.*

Contemptus justi modo scit Deus? An scit? Scit, in excelso, qvi iniqvitatum abditarum solus cognitor est & vindex. Qvomodo, qvi plantavit hominem, non arguet? An, qvi finxit oculum, non considerabit? Ipse enim scit cogitationes omnium hominum, qvoniam vanæ sunt; vestræ autem vanissimæ. Non vos estis illi, qvi teste *Jerem. VI.* abominationem desolationis in templo Domini facientes erubescere neqvivistis?

Justi illius Ultiganibus notatus.

Corruere igitur vos in die visitationis Domini oportet. *Væ*, inqvit Esaias, *væ vobis, qui trahitis iniqvitatem in funiculis vanitatis, domum qui domui conjungitis, & civitatem*, ut dicit Habacuc, *in sanguinibus ædificare non cessatis.*

Vos præterea, ut testatur *princeps apostolorum*, 2. *Pet. II. cujus falsò vos successores prætenditis*, maledictionis filii, animas possidentes instabiles, *cor in avaritia habetis positum* excœcatum. Qvi- *Avaritia illorum notata.*
qve in via Balaam errando inceditis, ut tandem mercedem iniqvitatis reportetis. Vos etiam *fontes sine aqua*, & nebulæ exagitatæ turbinibus, & *sepulchra* poteritis non immerito dici *dealbata.* Vos eqvidem *sal infatuatum*, Principes infideles, socii furum, diligentes munera, retributiones expectantes: vos denique colorarii & pictores obstinati, qvi templum Dei sanctum diversa vitiorum manerie igniminiosè depingere, ac altare sacrosanctum jam *lustris sex* continuè polluere non cessatis. *Illorum reliqui characte-ra.*

Nec fortè unquam, in qvantum *vestra* expetit *ambitio*, cessaretis, nisi, qvia pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, non in æternum irasceturus, sed pauperum suorum his diebus miserebitur, rumpetqve facilter vestrarum iniqvitatum *triplicem funiculum*, (*De trenga & pa. c.* i.) quo sic indissolubiliter fueratis circumplexi. Ps.

CAP. IV.

Impendens supplicium illis prænunciatum.

TEmpus enim *miserendi* venit, in quo potentes de sede potenter ejecit. Qvoniam scriptum est *Ecclesiastici XIV. & XI. q.* 3. *Præcipue.*) *Omnis potentatus vita brevis, & maximè mala fidei præsidentis.*

Tempus præterea *visitationis* domini advenit, in qvo nisi concitò resurrexeritis,

ritis, inter corruentes, ut dicit Jeremias, *cadesit.* Et illud *psalmi 161*, inqvit, *ceciderunt, qvi operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare* &c. Et juxta *Amos* sententiam: *Si ascenderitis in cœlum, inde detrahemini* in ruinam.

Avaritia enim in capitibus vestris, ut idem inqvit.

Proxima Johannis 23. degradatio subindicata.

Unde *novissimum ex vobis* interficiet gladius populi judicantis. Venit enim plenitudo temporis, in qvo *translato sacerdotio, legis translationem necessario fieri oportebit.*

Et qvia, teste scriptura *Deut. XI. multis tyranni sederunt in thronis*, inlustribus portabit diadema, *cessabit*, antitio vestra.

Novi Pontificis electio præditia.

CAP. V.

De Concilio Constantiensi, congregato ad illud schisma tollendum, Ecclesiamque a miseria liberandum.

QVa de re non in cassum *Principes Apostolorum congregati* sunt, convenerunt in unum. Astiterunt enim *Reges* terræ & *Principes* convenerunt in civitate Domini virtutum. *Constantissime* fleterunt adversus vos Dominos, qvinimò contra Principes, & Dominos tenebrarum.

Collegerunt nempè Pontifices, non Pharisæi, sed contra vos Pharisæos *salutare concilium* ad hoc potissimè, *ut vincula vestrarum iniquitatum intrepide disrumpentes*, Thren. I. *jugum de collo filia Sion potenter projiciant, meq; a Pharaonica liberent & redimant servitute.*

Pressa Ecclesia per Constantiense Concilium liberanda.

Ad hoc præterea convenerunt, ut *capite tricipiti*, & qvodammodo horrendo naturæ prodigio, *detruncato*, membris decentibus aliud unicum conforme & debitum surrogetur.

Matth. III. Ecce enim *securis posita est ad radicem.*

Jam in securi & ascia illa ficus vacua & arbor pessima, *secus decursus aquarum Neapolis radicata*, & in abyssо iniqvitatis complantata, stirpetenus evulsa patietur excidium, ne amplius fructus sui putredine vineam Domini Sabaoth corrumpat fœtoribus. Qvæ nisi succisa & ejecta fuerit, extendet palmites suos neqvissimos usqve ad mare. *Vidi*, inqvit Propheta, *impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani, & transivi, ecce non est inventus locus ejus.*

Balthasaris de Cossa Neapolitano nunciatum excidium.

Hoc idem sentite in vobis, *vos duo, Idcirco* inveterati dierum malorum, Domini *indilium* inimici. Ne dum stare credatis sine *Gregorio* mora ad casum properare sit necesse. *XII. & Be-* Scriptum est: *inimici vero Domini mox, ut nedicto* honorificati & exaltati fuerunt, defici- *XIII.* entes, quemadmodum fumus deficient. *Sede illi* Qvia benedicentes ei hæreditabunt *per Con-* terram, maledicentes autem ei disperi- *stantiense* bunt. *Concilii*

Jam non multa loqvor vobis, *Joh. movendi. XIV*, nec vestrorum *cordium duritiem* exprobare contendo: Sciens, qvòd *perversi*, ut scriptum est, præsertim *inveterati, difficile corrigumtur.* Qui autem rectus est, corrigit viam suam.

Nec adeo fide naturæ vos corripiendo vobis afficior: Cum vos *Gregorius non si-* & Bene- *lios*, sed verius privignos de nis lateribus pridem, scilicet in lio Pisano, *profugatos* recognosco- qve mei interest, de his, qvæ sunt, fatigari (*II. q. 1. Multi.*) *dictus in Concilio Pisano privati.*

CAP. VI.

De Balthasaris studio militari ante Papatum.

TIbi igitur, *fili perditæ*, tanqvam adolescentior, qvi nocte consumente te exaterna successione hæreditatis particulam, in regione dissimilitudinis, famelicus, & honore prodigus, tanto tempore oberrasti, durius, & virgis te expedit acrio castigare: Ut correctus dicere *Virga & baculus tuus ipsa me con-* *sunt. Esa. XLVIII.* Scio enim qvod

vus ferreus cervix tua & frons tua ænea. *Prov. III.* (*XXIII. q. 4. c. 51. Ea vindicta.*) Quæ enim diligit filium, mater, castigat & corripit.

Sed nescio cur te *incorrigibilem* diligere debeam, qui, adhuc *in cunis jacens innocentiæ studuisti esse inimicus.*

Nam & *transgressorem ex ventre vocavite*, *Es.* 48. quòs ut præceptis meis obsecundare debueras, te tuæ voluntati propriæ regendum commisisti, uti me matrem, teste scriptura, confunderes. Sed rursus scriptum est: Qui fugit, & confundit matrem suam, ignominiosus erit, & infelix. *Gen. VI.*

Pœnitet me, te feciſſe hominem. Et te, si rectè intelligas, *hominem hujusmodi fuisse* non delectet.

Eatenus non impertinenter poteris lamentari post Prophetam, inqvientem, *heu me, mater mea, ad quid me genuisti virum rixæ, & virum discordiæ in universa terra.*

Tu enim *vix ablactatus* mox manus *ad prælium*, & digitos docere *ad bellum* studuisti.

Piratica oblique in Balthasarem notata.

Artus deniqve robustos *ad arma* non inepte componere satagobas, adeò, ut alter Achilles apud Italiam dicebaris.

Bella quæ gesſit Cardinalis indigitata.

CAP. VII.

Balthasarum indignum irrepsisse in Papatum.

QVis ergo, stulte, hominum tibi hoc intudit consilium, ut tu, *insignis armiger*, & *miles seculi*, sic severus te ad *otium clericalis militiæ*, ne dicam *malitiæ*, sic inconsulte converteres? Ut sic à virtute in vitium credere res transcendum.

Qvod se Papatui ingesſerit.

Sed qvod electus sis de numero paucorum, & vocatus, ut Aaron, prorsus inficior. Unde forte *tu temetipsum eligens intrusisti*, qvi abjectus merito esse debueras de domo Domini, & habitare in tabernaculis peccatorum.

Ab armis ad otium clericale dilapsus.

Miraris, ut *vir bellicus*, *lorica indutus*, femur accingens gladio, veste nuptiali postergatâ, sic audacter *ad spirituales nuptias non vocatus ingreditur.* Sed verius *intruditur.*

Nam, etsi te pastorem ovium te foro decertabas, contra regulam infallibilis veritatis, *non nisi per ostium intrare debueras. Joh. X* (1. q. 1. c. 113. *Ordinationes.*) Tu vero, uti reor, nec per ostium, nec per posticam, sed verius sicut mors in ovile Domini intrasti *per fenestras.* Vel ut vulgaris de te canit opinio, qvod *ligone aureo limen ostii clanculo suffodiens*, ac *molossis canibus*, ne contra te latrare possent, *buccella panis ora præscindens*, sicut fur & latro in ovile ovium famaris intravisse.

De artibus ejus pecuniariis ad Papatum penetrandi.

Dic, qvæso, qvomodo & ad qvid intrasti, non habens vestem nuptialem, sed vestimentum, teste Esaia, sanguine permixtum? Dic, qvo pacto *portas dignitatis*, tibi non modica conspersò infamiâ penitus interdictas, *penetrare ausus fueras*, & intrasti? An forte, te regem gloriæ & Dominum fortem in prælio autumans, portas Principum attollere præcepisti, ut intrares? Aut quomodo in montem Domini ascendere, & stare in loco sancto suo, innocens manibus & mundo corde ausus sis?

De illegitima vocatione seu electione Balthasarii ad Papatum.

Nisi forte in tuæ confusionis diffugium *falsò te vocatum* prætendas. *An vocatus sis dubito. Matth. XI.* Multi enim

Qvapropter & hi, qui te hoc modo intrare passi sunt, introibunt in inferiora terræ; Tradenturin manus gladii, partes vulpium erunt. Et qvia in ovile non intrasti per ostium: Extra ovile per fugas, sive tectum, præcipitaberis, si non fallor.

CAP. VIII.

De Avaritia Balthasarii.

Qvan-

QVantum autem pervigil ovilis custos & pastor fueras, qvantisqve, in tanto culmine evectus, ut idolum corusc asti præclaris virtutum miraculis, *facta tua* infallibile perhibent testimonium veritatis. Nempe, si dure feras verborum meorum qvasi infans acrimonias, teqve ignorare dissimulas, qvantas habuisti & nunc habes *iniqvitates* & *peccata*, si placet *scelera* atqve *delicta* ostendam tibi.

Sin autem mecum amplius disceptare refugis, ecce Prophetam loco mei substituo. Respondeipsi, & vide, an tu sis ille, cujus ipse præconia in sui psalterii principio concinit, inqviens: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* Beatus revera fuisse potueras, si inventus fuisses sine macula, & post aurum non abiisses, & *in thesauris pecuniæ* non sperasses, tecisses protectò mirabilia, in vita tua.

Nesciebas, quod *nihil est iniquius quàm amare pecuniam? Beatus* ergo vir fuisse, *non avarus* debueras. Vir enim *avarus*, testante Salomone, *destruit terram.*

CAP. IX.

De voluptate illius.

ITem, si beatus esse volueras, in consilio impiorum abiisse, & in via peccatorum stetisse te penitus dedecebat. Tu vero, juxta consilium tuorum, consilium *Ahitophel* semper *dilexerau*, qui non te, sed tua verius diligentes, te infeliciter diriperent, atque despicerent te deceptum.

Non enim tantum rectorem & divinum *aliud consilium habere oportuit?* Nisi, quod *terminus nullatenus præterire* voluntatis, sed verius *voluptatis?* Uti verius fit Salomonis proverbium, *Eccl. IV.* Qvalis rector civitatis, tales & inhabitantes in ea. Et illud vulgatum dicitur: Qvalis Dominus, talis aggregata familia, talibus & consiliis diriguntur.

Præterea, si vir beatus fuisse contendebas, & in via peccatorum nedum stetisse, sed etiam ambulasse multò minus debueras. *Beati enim immaculati in via* &c. Sed quia *inqvinate* sunt *via tua*, in omni tempore, odisti disciplinam & projecisti sermones meos retrorsum. Adstitisti enim viæ non bonæ, malitiam autem non odisti.

Si *videbas furem, currebas cum eo:* Et *cum adultero* portionem tuam ponebas. Et quod sequitur. Qva de re non miteris.

CAP. X.

De arrogantia illius.

SIc *gradiendo, templum Domini pompatice*, uti dicit Amos, *ingressus es.* Sedisti enim in cathedra pestilentiæ.

De qva præcipitandum te scias in momento.

Arrogantia enim tua & *superbia* cordis tui, inqvit Jerem. XLVIII. *decepit te.* Dominatusqve es hominibus in malum tuum.

Non enim constitutus fueras super gentes & regna, ut evelleres justitiam, veritatem destrueres, fidem dissipares, ed ut plantares æqvitatem, & templum Domini in sanctitate & justitia ædificare non cessares.

Rursus tu quoque pædagogus Jesu Christi fuisse decertabas, non in ruinam bonorum, & in resurrectionem malorum: Sed è converso posi[illegible]tus fueras, tanquam signum ad sagitta[illegible]am, & ecce, quàm plurimos ad ruin[illegible]ectionem paucos, vel fortè nullum in resur[illegible]ectionem & exemplar provocasti. Unde finem *gnum, cui contradicetur, Luc. II.* & [illegible]vissime, factus, poteris dicere cum [illegible]Ezechiele, XVI. *Ad omne caput ædificasti* [illegible]*gnum prostitutionis tuæ.*

CAP. XI.

De Somnolentia illius.

Tu

TUl denique positus super specula tanquam filius *lucis*, *sapientior* filiis seculi esse *deberetis*. Cur tenebras plus quam lucem diligere, & *noctem in diem vertere*, & è contrario, fatagebas? Non enim dormitare, nec dormire debet, qui jcustodit Israel. Dormitaverunt, inqvit Propheta, pastores tui, qui juxta sui Regis excubias tot noctes insomnes deducere tenebantur. Væ ergo *pastoribus*, Amos VI. prædixerat, *dormientibus* in lectis eburneis.

Nonne & tu ex illis es, quos objurgans increpat Esaias, inquiens: (*dijt.* XLIII. C.1.) *Speculatores* ejus cœci, canes muti, nescientes latrare, & *amantes somnia*.

Propter quod David, Media nocte, inquit, surgebam, ad confitendum tibi. Tu verò *venisti, cultor*, cum *totam fere diem in festo tanquam porcus in voluttabro consumeres*, necesse te fuit media nocte ad ingurgitandum plerumque consurgere, ac *Baccbe*, Deo vini, *devotius confiteri*.

Non recoles, Holofernem præ crapula sopori deditum infelices excepisse delicias? Non vereris, te pro die pridem somno deditum per tuum cœtaneum & socium, *Ludulaum Regem*, perditæ memoriæ, de urbe Regia à somno, tanquam sortem crapulatum à vino, turpiter & cum impetu excitatum? O tui ferrei pectoris duritiè! Quantis oculus tuus deberet lacrymarum redundare profluviis? Qvod ex tuæ *somnolentiæ* desidia civitas plena populo capta, & quæ Domina gentium, & Principes provinciarum metuant, facta est tributaria. Parvuli enim ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem prosequentis. Virgines ejus & matronæ pudicissimæ, impudicè ab hostibus contactæ, ductæ sunt in ignominiosam servitutem, viris ipsorum & aliis à facie gladii fugientibus miserabiliter interfectis.

Ejus somnolentiæ perdita Roma.

CAP. XII.

De Tyrannide ejus.

QVam ob rem *memores erunt Romani nominis tui in generatione & generationem*, & memoriale tuum in perpetuo defendum non delebitur in. secula.

Nam & illa *mater studiorum*, *Bononia*, *tui* regiminis, seu verius *tyrannidis*, jugem habebit memoriam. In qua tanto tempore mirandis & excecrandis corruscas miraculis & portentis.

Bononia ejus tyrannidem sensit.

Nec immeritò *Italia*, tuum adventum suspirans, flagitat, creditóve & postulat, ut non prius revertaris Italiam, nisi cum Messia, diutissimè à Juda præstolato. Unde juxta Job sententiam, *per viam, qua venisti Germaniam*, nec forte per aliam, ad Italiam reverteris.

Imago imperii Balthasaris in Italiam.

Ob hoc, ni fallor, tædet animam tuam vitæ tuæ, quod *inconsulte dimisisti Italiam*, in qua sicut Seraphim super pennas ventorum ambulabas.

Dolnit, quod Italia relicta Constantiam migrasset.

CAP. XIII.

Variorum bellorum ac motuum eum fuisse ansam.

SAnè non usquequaque hoc modo fuerat ambulandum. Curate enim consuluit Apostolus: In diebus malis tempus redimendo ambulate. Qvis unquam mortalium præliorum malorum expertus est congeriem, quæ in diebus *tua prasidentia*, ne dicam, *dissidentiæ*, in toto ferè orbe terrarum sic subitò surrexerunt. Unde *bella civilia*? Cur super reges & principes effusa est *contentio*? Unde, quæso, *scandala*, unde *rixæ*, & cetera mala in membris singulis traxerunt originem? Nisi *ex tuo capite* enormiter vulnerato? Et *velut ex adipe*, teste Propheta, *prodiit iniquitas*. Sic à te, tanquam à *fonte fœtido* non modica scandalorum occasio scaturivit & defluxit.

CAP. XIV.

De extrema morum corruptione sub Balthasaris regimine.

VIdes etenim, & fide palpare potes oculata, quod *in tuo præsidio injustitia periit, libertas obiit, vitia exaquitat, libido regnat, sævit avaritia, æstuat invidia*, & omne genus hominum sua gaudet tyrannide.

Ecclesiæ querela.

Nam ego, insignis aula, & arx divini cultus eximia, præ dictis malis illud agentibus cœlestibus instituta gaudiis, *flebilnca latronum, & navis fluctuans sine remige*, tuis, proh dolor, maximè temporibus demersi nuncupari.

Ecclesiæ miseria sub Balthasare.

CAP. XV.

De illo in Constantiensi Concilio à sede deturbando.

JAm diu obducta fluctibus triste passa fuissem naufragium, nisi humanæ perfidiæ divina pietas occurrisset.

Turbari enim Petri navicula, dicit sacra scriptura, in qua *Judas* fuit, perpetuo non debuit, dum ipso ejecto mox cessavit qvassatio. Sic, *non admisso te, tuisq; complicibus*, propter qvos orta est hæc tempestas, *ejecitis*, cessabit maris effrenata insanies & tempestas.

Balthasarem sede esse movendum.

Qvæ quidem *navicula* in mari magno & spatioso, referto reptilibus, ventis admodum agitata contrariis: te *draconem*, sibi illudere volentem, secum trans montes *abduxit*, & divino gubernata præsidio *applicavit Germaniam*, & ad *portum voluptatis Constantiæ* sic qvassata reqvievit.

Constantia Germanorum encænia.

Ubi, quia totius ferè orbis vires in arte remigandi expeditas reperit, persilit fortiter anchorata. Nec prius inde qvoqvam moveri videbitur, nisi dato sibi *fideli unico & experto patrono præsidio*, sub cujus tuto patrocinio non debebit timere naufragium, nec amplius rot fluctibus conquassari.

Constantia in Concilio meliorem quæsitus Pontifex.

CAP. XVI.

De infanda Simonia à Balthasare etiam in Germania tempore Concilii exercita.

HÆc est nempe illa *navis insticiæ*, qvam Salomon panem sundæ longè portasse præviderat, qvæ etiam *merces*, qvæ comparabiles, *spirituali dantaxat pretio compensandas*, copiosè adduxerat: Qvæ veteris & novæ legis edictis publicis *ne cuipiam temporali pretio venderentur*, & prorsus fuere prohibitæ; solis tamen *ecclesiis & aliis bene meritis gratuitè*. Quia gratis datæ fuerant, non sine magna discretione dispensandæ.

Beneficia sacra non pretio comparanda aut vendenda.

At *tu insignis mercator*, tuarumqve rerum, ut credebatur, industrius & providus, licet antea tàm *per te* qvàm *per tuos mercatellos, in Italia & alibi*, non paucis de dictis mercibus, non obstantibus edictis prædictis, *vendere*, & rem pro re commutare incessanter & indistinctè, convinceris: Ultimò tandem, volens cautius hujusmodi tacere negotia, venisti ad nundinas, per te *in partibus Germaniæ* alias convocatas, ubi dictas merces in publicum venditioni & emtioni passim expositi, *& ineratus es*, cum Simone, *non modicam pecuniæ quantitatem*. Qvæ nisi pœnitueris, & qvantum in te fuerit, satisfeceris, in perditionem te trahet & abyssum.

Sed nec tui *argenti proxenetæ & tractatores* indu. *Ministri zitæ* seu *Cambsores*, sine qvorum *industria* hujusmodi negotia & pacta fieri *Simoniaca* non commodè poterant, qvia te ju. *Balthasaris* bente, contra leges mercati *sacris* Qvi *gia pœnas minimè evadere poterunt* etiam, te permittente, thesaurum imarcessibilem & in agro absconditum habentes pro nihilo, margaritas & lapides pretiosos minitem *rem inæstimabilem* turpi pretio *pensare*.

Taceo, qvod plerumqve re

ni *semel venditam*, habitâ numerata pecuniâ, *mox alteri*, vel *pluribus* eandem, si plus oblatum est, *illegaliter venundasti*.

Nec propterea à primo emente ad restitutionem, vel aliis ad emtionem compelli potueras: Te allegante, quod *legibus mercantium de fide servanda nullatenus tenebaris*, omniaque licebi licere, etiam illicita, *ex plenitudine* potestatis, quin verius *temeritatu*!

Pratextus simoniæ.

CAP. XVII.

De cessione Papatus quam in Const. Concilio simulavit.

Ratio à Balthasare in Concilio quæsita.

TUI demum, cùm jam paucæ rerum spiritualium ad vendendum restabant apud te reliquæ, *habens rem suspectam, de villicatione nequam te ad rationem pertrahi*, & ad restituendum, quæ injustè receperas, compelli horrescens, patrocinium prædictæ navis, seu *papatum, ultimo vendere*, vel saltem per pactum expressum, annuæ licet pensionis xxxiv (M.) libr. florenorum, eidem renunciare *decreverat*. *Fœnumeras set*, procul dubio *forum optimum*, si quis tum numeratam pecuniam obtulisset. Sed quam, ut alibi dicitur, nemo illi dabat.

Papatum vendidisset, si quis pecuniam assecutus fuisset.

Sanè igitur, cùm te, negotiis solitis sic constanter incumbentem, *sacer clericorum conventus* conspiceret, audiretque multorum gemitus, *quos tuæ avaritia ingluvies* non mediocriter *usq; ad sanguinem emunxerat*; Quibusdam se in contractu emtionis *ultra dimidium* justi pretii *defraudatos*, aliis nullatenus demeritos *& invitos de locis nobili ad ignobilem per te translatos*, conqverentibus: Multis perpetua silentia, claves ad infernum, motus proprios, commissiones anormales & absurdas, & his similia, qvà te & tuos successores, audacter opponentibus: Tu, ut oculis simplicium, tuâ excœcatis cordis cœcitate, *cessuram* bonis *simulando te ostentans*, ad novum genus & apud te nusqvam solitum, scilicet *hypocrisin*, convertisti: Ut sic plagas pro tuis meritis condignas evadas.

Artes iustoria illustres circa officia sacra in Concilio prodita.

Cognomen simulavit in Concilio.

Hypocrita.

Propter qvod de lupo agnum, de Saulo Paulum, de pirata monachum, & de fabulosa cordis fictione devotionem consimulans, veteris qve hominis qvasi abjectis exuviis, novum hominem induere in oculis hominum videbaris. Dum scilicet *ad cedendum papatui, verbis & scriptis ac juréjurando* in cordis falsitate *spoponderat*, ac pacem promittendo gladium mittere in terram subtiliter molitus es.

Vir pessime, & Judæ Iscarioth discipule, qvi ut Christum traderet, *osculum pacis audaciter obtulit*, qvod tamen in pectore non habebat. Vah, *vulpes argutissima*, qvot & qvantos tua tunc derisit *simulata devotio*, qvantumqve subdola hypocrisis scivit Christi fidelib' hoc modo illudere, ut & ille *Rex Regum* Balthasar *manorum mitissimus*, Cæsaris fulcitus *præsidio* insigniis, *Zelo fidei ac pacis futuræ admotis* Sigismundum *inflammatus*, *flexis humi poplitibus* mundum *pedes tuos sordidos osculari minimè fuerit* Cæsarem, *dedignatus*. Alia, præter hæc memorata Cæsaris præconia, tibi, sed non tibi, sed Petro, devotio fuerunt concordanter acclamata. ergo Bal-

Hypocritica cessione Balthasarem Cæsaris thasarem in Concilio Papæ benedicitur.

Ecce, qvomodo laudatur peccator in desideriis animæ suæ! Ut iniqvus animo, cum malefeceras, & in rebus *tuum* nem, pessimis ultra solitum delectari.

tuum nem *tuum* nem *tuum* nem *

destruet in finem, evellet, & eradicabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium. Inclinaberis & cades, cum dominatus fueris pauperibus. Videbunt ergo justi, & timebunt, & dicent: ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.

Scriptum non dubites ab Habacuc prælagium: *Va*, inqvit, *ei, qui multiplicat, nisi sua, ac contra se aggravat densum alienum.* Numqvid non repentè consurgunt, qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. Qvia exspoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerunt de populis &c. *Va*, inqvit ille idem, *qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut in excelso nidus ejus, & liberari se putat de manu mali.*

Num, qvæso, non fuit hæc vanitas vanitatum, imò summa dementia, *velle Deo*, qvi scit cogitationes hominum, *illudere*, & in lingva sua *mentiri*, ac si non esset scientia in excelso, ipsiusqve iram vindictæ, propter tantæ prævaricationis insaniam, ac si sibi esset similis, non timere? Numqvid non Deus dixit tibi; *quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? &c.*

Sedens enim in tanti culminis fastigio loqvebaris ad fratres tuos mendacia, & adversus filium matris tuæ seu ecclesiam ponebas scandalum. Hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniqve, qvòd ero tui similis. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Qvamobrem? Qvia odisti disciplinam, noluisti; intelligere, ut benè ageres. Noluisti præterea benedictionem & elongabitur à te. Imò verius tu à benedictione prima elongasti temetipsum.

CAP. XVIII.

De nocturna fuga Balthasaris è Concilio.

ET qvi, ut lucerna super candelabrum posita, his, qui in tenebris sedent, *illuxisse debueras*, dum medium silentium *tenerent*, omnino *obductus tenebrosa nocte caligine*, amictu velatus apostatico, sicut gigas ad currendum viam, accinctus gladio super fœmur tuum, *de Constantia inconstans*, ut esses *inconstantior*, tu *te tibimet inconstantissime abduxisti*. Qui *XXI. Mensis Martii*, alias in profesto S. *Benedicti*, ut maledictus de nocte ausugisti. Ut ires in viam gentium, elongasti, fugiens manè in solitudine.

Expobratio timoris mortis.

Pratexitua fuga, periculis mortis.

Comparatio fugientis Balthasaris & Caini.

Hæc profectò *tua fuga* te profugum & vagum, sicut Cain, faciet super terram. Atque *te sic errantem tantus timor corripiet*, ut solus *temetipsum*, sicut ovis, quæ perilit, *reperire* non valeas. Tunc quippe dicere *poteris* cum Propheta: *In via hac, qua ambulavi, absconderunt superbi laqueum mihi. Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me. Perit ergo fuga à me.* Et quod sequitur, *dices*: Ergo *intende ad tentationem meam. Quia humiliatus sum nimis. Libera me à persequentibus me, quoniam confortati sunt super me, educ de custodia animam meam* &c.

O tuam stupendam dementiam! *cur fugis?* Qvis *timor* te ad fugam tantæ ignominiæ impulit, ut velocius à finibus vitæ ad portas mortis accurreres?

Si *mortem refugis*, hanc profectò sic *fugiendo & timendo*, quam citò *reperis*. Timidis enim & suspectis aptissima mors est. Cur times hoc, quod necesse est te nullatenus evitare? Si *mortem horres*, quare etenim te tantis objurgatum scelcribus mors tua delectaret? Cum omnipotens, qui *morti* imperat, in morte peccatoris minimè delectatur. Qvid putas, qvod pretiosa in conspectu Domini mors tua, sicut & sanctorum, fuisset reputata? Absit à seculo. *Mors* enim *peccatorum pessima*, dicit Propheta. Qvis namque, nisi mentis inops, sic mori indispositum, citra pœnitentiæ fructus, ad mortem corporis & animæ, aspiraret?

Vano ergo timore concussus, ubi timor non erat, trepidans, *te ad fugam convertisti*, non ut mortem, prout *Vera fuga* Prætendis, sed *ut disciplinam matris effu-causa, gere-as*, ut scriptum est: *Ab increpatione tua mendatio, mus fuga.* fugiens &c.

Incre-

Increpandus nempe & corrigendus meritò *te sponte offerre debueras*, quatenus *caput* tuum, *superbia refertum ulceribus*, pectine paternæ correctionis purgatum sanaretur: *Manus* denique, *repletæ* muneribus, seu *avaritiæ pustulis*, scabie admodum deformatæ, lixivio ab omni prorsus prurigine lavarentur.

Cetera demum tui *corporis* ultra modum vitiatæ & oppilatæ *compages*, à planta pedis usque ad verticem, variis conflictæ doloribus, acero pœnitentiæ & demum oleo misericordiæ perunctæ, redditæ fuissent pristinæ sanitati.

Et sicut exhibuisti membra tua immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem, sic, consulente Apostolo, exhibere debueras membra tua servire justitiæ in sanctificationem. Eatenus *à correctione*, tibi persummè necessaria, nedum *fugere non debuerat*, quinimò te corrigendum exhibere tenebaris. Cum & Propheta se corripi desiderans, ait: *Corripiet me justus in misericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

Ceterum non sine gravi admiratione *te totus ferè orbis* ad fugam sic turpem conversum *deridet*, & causatur, quid & quem timere debueras, tot & tantorum pusillanimorum patrum & virorum fortium stipatus aciebus.

Numquid *lupum venientem*, aut irati Neronis *stridula* fæ vitiam, ut sic attonitus pastor gregem Christi, pro quo mori non dubitare debueras, scandalosè desereres & fugeres? Sciens quod scriptum est: *Qui perstiterit*, non autem qui fugerit, *salvabitur.*

CAP. XIX.

De Curialibus Balthasaris è Concilio ad se in parem fugam vocatis.

PRæterea, etsi pastoris titulo gloriari non curas, nec est tibi cura de ovibus: Dic, peccator, quò de civitate munita in Idumeam, aut quo de templi pinnaculo à spiritu pithone duceris in desertum? Ubi non mediocriter tentatus à diabolo *ministrosnos advocas, & allicis*, ut ipsos calamitatis tuæ faceres esse participes, ipsos tandem

Et, si, ut reor, falsò prætendas, *Regem Romanorum* &c. *tibi fuisse infestum*, vel aliàs operibus tuis contrarium: Verum fateor, non tibi sed *tuis obscenis operibus* meritò *debuit*, licet noluit, ut potuit, nondum gravis, *vivantium fuisse gravissimus contradictor*, teque sic *furtim & clanculo*, ut tibi videbatur, *fugientem* fortiter reducem juxta votum *prohibere.*

Quid ergò ad tuæ excusationis titulum, ut fugiens allegabis? Nescio, nisi illud, quod, inquit Salomon, *fugit impius nemine persequente.* Rursus etsi fuga necesse tibi fuisset, die, quæso, *quo fugis?* Revera nescis, Quorsum tendas ignoras, & *quo* tandem *ducendus sis*, penitus ignoras. Nescis enim stultè, juxta Salomonis sententiam, quod *sicut bos ducitur ad victi-* *Prafagia*
mam, ut hoc modo *fugiendo ignem, in carceris* *Balthasaris.*
prunas incideres. Vel ut verius de Job ofert præfagium, *fugiens arma ferrea, arcum æneum incidisti.*

Sed quo fugis, pastor optime, ovibus in solitudine penitus derelictis? Num non audis, te per Zachariam à turpi fuga hoc modo revocari: *O pastor & idolum, derelinquens gregem tuum, convertere, revertere Sunamithis.*

En, hoc modo, pastor bone, pastoris æterni sectaris vestigia? Ut nomen dignissimi pastoris sic fugiendo in ignominiosum *mercenarii* non immeritò commutares? *Mercenarius* enim, inquit veritas, *fugit, quia mercenarius est* &c.

CAP. XX.

De Balthasare captivo ad Concilium retrahendo.

OTe magni consilii principem, qui paulo ante fugam purpura & byssо circumdatus fedebas in solio & epulis splendidis utebaris! Nesciebas: Grandes ac *obscœna delicia*, ac divitiarum coacervata *cupiditas*, tanto fortiores & insperatas metas accipiunt, qvanto ipsorum alumnus se extulit præ ceteris in eisdem.

Eatenus te pudet, me miseret, ut tu *vulpes astuta a gallina simplici sic pulchre decipiaris*. Ac temerè adduceris, imo reduceris, qvò tu non vis! Unde sic *aureâ libertate deperdita*, ad servitutis ignominiosæ Ægyptum sic *aufugientem remeare* non sine ingenti pudore te oportet.

Credebas enim, qvod sicut in exitu Israel de Ægypto, sic & tu *de populo barbaro in nocte effugeres. Sed ecce de domo Jacob in barbaros* & de Jerusalem transiens in Jericho per desertum inter latrones incidisti.

Dic, cur, & quid est tibi, *mare*, ne dicam *amare*, qvod fugisti? Ex qvo tanqvam Jordanis conversus est, licet invitus, retrorsum. Credebas forsan, qvod, sicut fugientibus litora elitis de Ægypto, sic ex fuga tua montes exultare debuerunt, sicut arietes? Qvodqve sicut à facie Domini pro tunc mota est terra, sic & nunc, te profugiente putabas terram commoveri, & fundamenta montium conturbari. Verùm, quod tamen frustra, conturbari debuit omnis homo. Sed fortius *pro iniquitate tua sic fugiendo turbarij poteris*, sicut pellex terræ Madian. *Conditio ejus fugæ non solvendum.*

Egressus es igitur in salutem populi & fugisti. Nam, *te* nempè *fugiente, tetum profuga falla est iniquitas* de medio terræ. O fuga nimium beata, quæ inæstimabiles malitiæ & neqvitiæ fugas tenebras, negotium qvoqve pessimum fugæ, & cacodæmonium procul in exilium propellis meridianum. Hæc nox fugæ tuæ felicissima, sicut dies illuminari promeruit, qvæ velut dies sanctificata mundo. *Salsa gratulatio*

CAP. XXI.

De Friderico Duce Austriæ fugientis Balthasaris adjutore.

HÆc nox est illa, de qva sicut scriptum est, *nox nocti indicat scientiam*, sic te *ducem Dux Austriæ secum inducens in tentationem* à malo liberare non potuit.

Sicqve *utrqve in foveam vestram, qvam fecistis*, fortuna novercante *collapsi*, cum alios salvos aliqvando feceritis, vos ipsos salvos facere non potestis.

Sanè, si tu verecundiæ sqvalores detergere, ac ad excusandum excusationes in peccatis allegare prætenderes: Qvaliter *bona confidentia directus* iis, & de Principibus diffidere minime debueras: Scriptum legitur in Prophetа: *Nolite*, inqvit, *confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* Et illud: *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Si enim in Domino confisus fuisses, transmigrasses per montes, sicut passer. *Qui* enim, ut vulgo dicitur, *facile credit, facilius decipitur.* Qvamobrem scio, inqvit Apostolus, *cui credidi, & certus sum, qvia potens est depositum meum servare in illum diem.* Non è digno? Qvia tibimet, me inconsulta, tale dedisti consilium, tibi imputes, si *ea tuum*, ut dicit Ezechiel *fundetur, tuaqve ignominia fuerit revelata.*

CAP. XXII.

A fuga retractam Balthasarum de papali sede esse deturbandum.

POnam igitur, juxta Esaiæ consilium, circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & *reducam te* per viam, per qvam non venisti. Qviqve in viam gentium? & in disperlionem, per loca inaqvosa & arida, qværens reqviem & non inveniens, egressus fueras, in *domum*, de qva existi *reversus*, ipsa tuam propriis *refertam Simoniæ pulveribus, ac luto avaritiæ defœdatam*, scopis scriptura-

pturarum purgatam reperies. In qua, dum reversus fueris, te tantis maculis labefactum, non dubites purgaturum. Sic enim David, non paucis iniquitatibus se gravatum sentiens, petit hyssopo aspergi, & demum super nive mundatum dealbari.

Nec tibi displiceat. Quemadmodum ægrotus medicinam plerumque refugit, sic, *te adducto*, non modicum *carnes tua putrida ferro cunctionis abscindentur.*

Nec obstat, si renitens & *invitus remeare cogaris. Crassa* enim *galline, quia per se ad forum non veniunt ligatis pedibus communiter apportantur.*

Nempe quia insalutato grege clàm ipsam deserendo auligeras, inconsentaneum rationi fieret, si grex tibi invito revertenti occurreret, ac in tuæ laudis exsurgens præconia, illud quod pueri Hebræorum in occursu Salvatoris concinebant, decantaret: *Benedictus, qui venit in nomine Domini* &c.

Sustitit ergo te venisse. *Adveniisti igitur desideribilis*, siquidem *non ad hoc, ut ovium adipem emungas* de cetero; Sed ut ex adipe ovium primò impinguatus, incrassatus, dilatatus, tanquam hic, qui dereliquit Deum factorem suum, *pastoris amplius nullatenus fungaris officio*; Sed nec nomen mercenarii merearis.

Non te ergo tædeat, si de tenebris ad lucem, & à viis perditis & lutosis ad viam reductus es puriſſimæ veritatis, juxta illud Esaiæ: *Adductus es tu, qui oves alias & proprias ad ovile unicum reducere non curabas.* Ut verum sit, quod scriptum est *Esai. XLII. Adduxi eum, & directa est semita.* Unde non impertinenter dicebat Apostolus: *Quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adduxit.*

Quin ergo nunc, te adducto, tibi consulis, ut scias respondere expro-brantibus tibi verbum: *Quomodo justificaberis in sermonibus tuis?* Cum iniquitates tuæ supergressæ sunt caput tuum. Nisi dicere velis post Prophetam: *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutionem. Amici mei & proximi mei adversum me &c.*

Væ tibi, ut qui *tanta mole obrutus peccatorum* ad tanti status apicem conscenderas. En ut lucifer, qui mane oriebatur, *præcipitaberis sine mora; Peccasti* enim, *& ejecisti te*, inquit Ezechiel, *de monte sancto Dei.*

Quid ergo profuit tibi *superbia?* dicit Salomon, aut *divitiarum jactantia?* ubi sunt *Dii tui aurei, in quibus habebas fiduciam? &c.* Surgant, & opitulentur tibi, & in necessitate te protegant, ac in mendicitate & ferro vinctum eripiant.

Ubi sunt *palpanistæ* tui, qvite in summo tanti fastigii titubantem beatum dixerunt? Cur hæc? scil. ut te sic decipérent. Cùm scriptum sit: *Populus meus, qui te sanctum dicunt, ipsi te decipiunt.*

Argutus Poeta dicebaris. Sed illud sapientis non legeras, qvi contra te tumqve filium temeritatis audaciam invehit, inqviens: *Summi Pontificatûs sedem tenes, non tenebis diu. Brevis est vita hominum, brevior Regum, brevissima Pontificum.* Nam qvò, inqvit, *sedes sublimior, casus gravior, vixque ab alto sine periculo aut labore descenditur.* Hæc ille.

Vides etenim, qvi ptidem omnes judicaturus fueras, *nunc ab omnibus judicaris*, & inimici tui sunt judices, qvi te dijudicent, qvi mores perditissimos arguentes, distorqvent famam, lacerent vitam, turpem, penitus damnatam, depravatam.

CAP. XXIII.

De mœlis artibus Balthasaris ad summum Pontificatum penetrandi.

Præterea, *qvicquid unquam mali in terra orbis fere ambitu fit, vel factum, ex te tanquam ex adipe ac fonte unico dicitur prodisse.* Sic etenim discordiarum scelerumqve origo tunc vocabaris.

Hæc qvippe ignorare non debueras, qvod *summi Pontificatus officium*, si ritè geritur,

Scritur, summus honor, summumq; onus, summa servitus, summus labor. E diverso, si malè gubernetur, *summum anima periculum, summum malum, summa miseria, pudorq; sempiternus.*

O vertigo morum pessima! Quid est, quòd *de Papatu, tanquam pro brabeo certatim in agone contenditur?*

Quondam enim ad tanti *honoris*, seu *verius oneris culmen* aut trahi aut compelli consueverant Pontifices. Fuitque ascensus ad Papatum, actus *ad martyrium* traherentur.

Nunc verò *sordidis muneribus ac pensionum pactis spes sacerdotii emitur pinguior.* A quo nec minis retrahi, nec æternæ mortis interitu nullatenus potuerunt revocari. Jamque in cordibus talium sicut in cibano tanta *ebullit ambitio*, ut *non Christianus pudor*, sicut *nec clericalis modestia*, sed potius *ardor indomitus & paganorum pervicacia* videatur. *Hucusq; Franciscus Petrarcha.*

Qui de re sapiens pulchrè ad propositum ait: *Est malum, quod videt sub sole: stultum positum in dignitate.* Impacati pro parte temporis importunitas, ut ibi dicitur, *te indignum, ac longe extra sacerdotale meritum constitutum* ad summum pastoratus fastigium provexit.

CAP. XXIV.

Balthasarem à Papali sede præcipitatum nec ullum nomen Papatus retenturum, sed pro Johanne Balthasarem iterum dicendum.

Tu verò, qui ascendisti ad Deum maligne, *abominabilem fecisti decorem tuum.* Faciet tibi Dominus, ut *amplius sacerdotio non fungaris* tibi. Jam enim judicium mundi advenit, in quo tu *Princeps mundi ejiceris foras*, & juxta verbum David, cum judicaberis, *exibis condemnatus, ejus capitis, unum occipiet alter.* Fient dies tui pauci, in quibus dices: *heu me, quia incolatus meus prolongatus est.* Manducabis quippe panem doloris, & cum lacrymis potabis in miseria, & in hoc *vectum accipies Dei judicium*, ut scilicet quantum te extulisti, & in deliciis fuisti, tantum scripturæ testimonio luctum recipias, & tormentum. Auxit igitur Dominus, ut scriptum est, plagas tuas, perseverantes infirmitates tuas, ad hoc, ut sanus sit spiritus tuus. *Propter iniquitatem*, inquit Propheta, *corripuisti hominem*, &c. Ut accedat Esaias: *Propter audaciam ejus percussi eum.* Ezechiel inqvit: *Nudans & plenum omni ignominia.*

Unde non fine causa, ut ibidem scriptum est, portabis confusionem, quia *vicisti contendentes rectum tuis pedibus scelerati.* Ut jure & aptè dici possit tibi per tuos complices concludentes: Potuit Dominus in te iniquitates omnium nostrum.

Præterea, quia *in calculo negotiationis* bonorum tanquam *dilapidator* gravitet deficiens obstrictus: Jam amplius *non poteris villicare.* Prudenter enim protesteris, si de mammona iniquitatis ad instar villici nequam tibi amicos comparasses. Non immeritò *servus inutilis* foràs ejiciendus, qui serviens peccatis te *servum servorum Dei* nequiter nominasti.

Qvamobrem nequaquam ultrà *Johannes*, sed *Balthasar* erit nomen tuum, quod tibi non sine grandi mysterio in unda baptismi fuerat impositum.

Balthasar enim *capillus devastans*, vel *absorbens divitias* interpretatum est in scripturis. *Capillus* enim *capitis* pro excellentia dici non poteris, cum *pilosus & hispidus* tanquam *Esau* fueris. Sed quod *absorbens divitias* dictus es, verissimum reputo. Tu enim *absorbens divitias* miserabiliter *absorberis* ab eisdem.

Dicebas juxta illud Apocalypseos: *Dives sum, & locupletatus sum, & nullius egeo, & nescis, quia miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus.* Sed qui alios deprædatus es, nudus & turpis, ut scriptum est, damnaberis.

Habuisti enim, teste Esaia, *fiduciam in malitia tua.* Et dixisti: *Non est, qui videat me.* Sapientia enim tua & scientia hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo: *Ego sum, & præter me non est alia.* Veniet

niet igitur malum super te, & nescis ortum ejus, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare. *Veniet itaque super te miseria, quam nescies.* Laborasti enim in multitudine maleficiorum ab adolescentia tua. Quapropter nudabunt te omnes jam *depositum & ejectum* vestimentis tuis, & auferent vela decoris tui, & derelinquent te plenum ignominia, & adducent te multitudines, & condemnabunt te. *Pudenda enim*, dicit Nahum, *in facie tua ostendentur gentibus & omnis, qui videbit ignominiam tuam, refugiet à te, quia pessima plaga tua.* Omnes, qui nudationem tuam audierint, compriment manus super te, *peribitque memoria tua cum sonitu.*

CAP. XXV.

De Carcere ejus Palatino ad Rhenum.

Ulcerisque super flumen Babylonis, ad locum tibi prorsus incognitum. Ubi *sedebas solitarius*, & carebas. Dicesque cum Jeremia: *solus sedebam, quia amaritudine replesti me.* Ibique fedens in medio ejus suspendes organa tua, eruntque tibi lacrymæ panes die ac nocte.

Qui olim delectabaris in lectis eburneis, byssо & purpura circumdatus, nunc sternes in tenebris lectulum tuum, *dicens, putredini: pater meus es, mater mea, & soror mea, vermibus.* Si dederis somnum oculis tuis & palpebris tuis dormitationem, tunc hi, qui te corrodent, non dormient.

Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.

Antequam comedes suspirabis, eaque præ angustia comedes, quæ prius tangere noluit anima tua. Esurienti enim animæ & amara dulcia esse videntur.

Videbunt ergo multi, & timebunt, & sperabunt in Domino, *Eutque illis cæteris* tuis successoribus *terribile locus ruinæ existit*, de quo sic repentè irrecuperabile præcipitium honoris & honestatis passus es. *Balthasar incarcerato simplo alio, & positus.*

Dictum enim tibi audiveras: *Sic transit gloria mundi.* *Salsa cibi memoranto.*

Memento ergo, unde exciderit, & age pœnitentiam. Gratias divinæ misericordiæ reddere non postponas, quia castigans castigavit te Dominus, & mortis non tradidit te. *Et ro fuge, papali locutione admonita, simplicitate lenitur combustus. Sic transit gloria mundi.*

CAP. XXVI.

Seria adhortatio ad pœnitentiam.

Ego autem mater pulchræ dilectionis, & amoris, & sanctæ spei, *pro te orare non omittam*, ut fides tua non deficiat, sed *spero* indubiè *misericordiam* consequi à Deo, ut sis fidelis. Non enim venit vocare justos, sed *peccatores* ad pœnitentiam.

Nec te in *desperationis* sententiam molestus tuorum peccaminum detrahat: Scriptum enim est testimonio, ubi superabundavit delictum, & gratia.

Attamen, ut scriptum est, *ne addas de cætero peccatorum super peccatum*, & dicas: *Misericordia Domini magna est.* Peccasti, inquit scriptura: Quiesce, ut verè pœnitens, qui verissimè *filius perditionis* esse debueras. *Esau*, qui falsè pœnituit, locum pœnitentiæ non invenit. Tanta enim est *virtus integræ pœnitentiæ*, ut invincibilem vincere & judicem vindicemque tremebundum poterit in patrem piissimum commutare. Qui, ut scriptum est, odio habet peccatores, & misertus est pœnitentium, facitque angelos gaudere super uno, & præsertim te tanto peccatore pœnitentiam agente.

Et si scire cupis, quantum *scriptura pœnitentiam extollit* præconiis, quantisque salutaribus relerta sit effectibus: *Hæc*, uti scriptura inquit, *pœnitentia, misericordiæ Deo peccatorum, paradisum reserat, contritum serenat, tristem exhilarat, ad vitam de interitu revocat, statum instaurat, fiduciam reformat, gratiamque abundantiorem refundit.* Hæc est nempe, quæ *avaritiam repuit, luxuriam horret, formæ amorem, calcat superbiam, linguam*

continet, odit malitiam, excludit invidiam. Ipsa denique est, quæ *percutienti maxillam præbet ultrò alteram: Cæsigatum agit gratia, provocatus tacet: Exasperato blanditur, superiori supplex, inferiori subjecta, in corde ejus contritio, in ore confusio, in opere toto humilitas.*

Sanè, si cordis livores & corporis ulcera, quibus te à summo usq; deorsum lethaliter sauciatum convinceris, mederi salubriter expectas, necesse est, ut libens detegas. Sic enim David non paucis se gravatum maculis præsentiens, dixit: *Confitebor adversum me injustitiam meam Domino &c.* Et alibi: *quoniam iniquitatem meam ego cognosco &c.* Sagittæ enim Domini infixæ sunt tibi, & mutatio dextræ excelsi confirmata est super te. Nectepudeat, si illi, qui solus laborem & dolorem considerat, tuas calamitates, quibus justè detineris, *fateari*, post Propheram inquiens: *Miser factus sum, & curvatus sum usq; ad finem tota die &c.*

Formula confessionis ac pœnitentiæ Balthasari suggesta.

Effundas igitur coram ipso animam tuam, ipsiusque magnam misericordiam supplex invoca, ut secundum multitudinem miserationum suarum deleat iniquitates tuas, reddat tibi certissimè lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirmet cor tuum. Nec illud Psalmographi ori tuo deficiat, quod quasi Propheta in persona tua concinit, dicens: *Domine Deus salutis meæ &c. Intret in conspectu tuo oratio mea, quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquat. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos &c. Super me confirmatus est furor tuus &c. Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum, & non egrediebar. Oculi mei defecerunt præ inopia. &c. Conturbata sunt enim ossa mea, & anima mea turbata est valde.*

Quis ergo dubitabit, si te sic humiliatum & correctum in spiritu Domini effundes, quod tui Omnipotens, cujus miserationes super omnia opera ejus, *misereri* non debeat? Absit. Ipse enim iratus misericordiæ recordabitur, & in ira nullatenus misericordias continebit.

Misericordia lucrum esse apud Deum.

Spera igitur *in Domine & fac bonitatem.* Ipsum in spiritu humilitatis & in animo contrito *deprecare*, ut te *de carcere hujus corporis liberet*, ac iniquitatum tuarum immemor citò te tuis misericordiis anticipet, teque propter sui nominis gloriam *adjuvet & liberet.* Tuisque peccatis propter nomen sanctum suum propitius existens, de reliquo reddet tibi coronam justitiæ justus judex, qui non secundum peccata tua, nec secundum iniquitates tuas retribuet tibi; sed *retanquam mulierem in adulterio deprehensam lapidari non permittet.* Vade igitur in pace, & amplius noli peccare.

CAP. XXVII.

Impensum Ecclesiæ votum pro reliquis duobus Pontificibus similiter coercendis.

QVapropter confiteor tibi Pater, Rex, Creator cœli & terræ, laudem retribuam nomini tuo, qui facis mirabiles res. Tu enim in sapientia omnia fecisti. Ecce enim veritas de terra oriri, & justitia de cœlo prospicere incipit. Ecce enim, te regente, nova facis omnia, & jam *dolorem meum*, certa parte funiculi sortioris dissolutâ, alleviatum intelligo.

Balthasare sede moto tribunali Pontificum convocandi.

Gregorium XII. & Benedictum XIII. itidem revocandi. Citandi illi duo reliqui Pontifices ad Concilium.

Tuamque clementiam amplius obsecro, Qvatenus & *alios duos* inveteratos malorum dierum *probos eros*, duplici fu-

nè damnabiliter colligatos, dextrâ tuæ potentiæ religatos similiter compri-mas, & ad ovile tuum per ipsos lamentabiliter tanto tempore direptum, si sua sponte venire nolunt, *intrare compellas.* Et, si jubes, Prophetarum tuorum præconiis longè a salute positi revocentur. *Stulti* enim sunt, & *corde tardi* ad credendum his, quæ locuti sunt Prophetæ. *Generatio prava & infidelis filii sunt, gens sine consilio & sine prudentia.* Utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent.

CAP.

CAP. XXVIII.

Admoniti reliqui illi duo Pontifices Gregorius & Benedictus ad pœnitentiam.

INtelligite igitur, inqvit & commi-natur sermo Davidicus, *qvi obliviscimi Deum*, ne quando rapiat, & non sit, qvi eripiat. Intelligite qvæso, & stulti aliqvando sapite. *Convertimini*, inquit Joel, *ad Dominum* in toto corde vestro, in jejunio, in fletu & planctu. Et scindite corda vestra & non vestimentum inconsutile, ecclesiam scilicet Jesu Christi, qvam prius tanqvam vestem templi per medium *vestra* scidit *ambitio*.

Ambitione Pontificum scissa Ecclesia.

Convertamini, inqvit Zacharias, à viis vestris, & à cogitationibus vestris pessimis, bonas facite vias vestras, & studia vestra. Nisi enim conversi fueritis, gladium suum vibravit, arcum suum tetendit, & paravit illum, & in illo paravit vasa mortis, vosqve nisi conversi fueritis, in momento sagittis ardentibus afficiet.

Mox etenim *converti ad Deum necesse est & non differre de die in diem.* Juxta enim est dies perditionis vestræ, & adesse festinat tempus.

Ecce enim tempus acceptabile, ecce dies salutis, in qva, qvæ ad pacem sunt, rogare & deprecari Propheta consuluit. O utinam appenderentur peccata vestra, & calamitas, qvam meritò pati deberetis, in statera, qva putatis pro qvalitate tantorum peccaminum justo Dei judicio pœnitentiam compensare.

CAP. XXIX.

Invitati illi duo Pontifices ad spontaneam cessionem à Papatu.

NIsi fortè, qvemadmodum *Rex Ninive* propter scelera, qvibus divinam iram, meruerat, ie & suos subversum iri non dubitans, regali *descendens de solio*, vestibusqve dilatatis pessundatis, saccum induens *residit in cinere*. Sic & vobis dico in verbo Domini, qvia vos, qvi vix vivitis & reliqui estis, qvibus etiam, ut verbis Job utar, nihil restat, nisi sepulchrum, qvam cito de Cathedra pestilentiæ *descendere*, & tunicam inconsutilem, qva qvilibet vestrum falsò gloriatur se indutum, *exuere* & in sortem mittere deberetis! Hoc idem de vobis sentientes, qvod & in Christo Jesu. Qvi cum in forma Dei esset, *non rapinam arbitratus est, exinanivit* semetipsum, formam servi accipiens, mortuus tandem propter justificationem nostram.

Exemplum humilitatis Christi commendatum duobus illius Pontificibus.

Ipse deniqve, cum *ovium* suarum *Petro* pervigilem commendaret *custodiam, de quarum lacte & lana sic penitus perditu contendistis*, non *vestras* sed *Jesu* ipsas proprias *oves* asseruit, cùm inqvit: *Pasce oves meas.*

Ergò *de re aliena*, qvemadmodum & pastores Abrahæ super adipe oviumrixati leguntur, *contendistis*. Qvò pactò vos, qvi in iniqvitatibus concepti, in peccatis nati, ac infinitorum estis & fuistis malorum occasio, si pro ovibus Christi putrida cadavera, aut res transitorias dubitatis exponere: Qvò pactò *successores Petri* fore prætenditis, qvi nedum omnia qvæ possedit, verùm etiam propriam voluntatem, ut Christi esset discipulus, abdicavit?

Nisi enim crucem vestram tollentes ipsum sequi volueritis, ac his, qvæ *male possidetur*, seu verius *occupatis*, renunciaveritis, non poteritis sui esse discipuli.

Cavete, ne juxta verbum Apostoli 1. *Tim.* 4, 2. 3. fitis illi, qvi desciscentes *à fide, attendentes* spiritu erroris & doctrinis dæmoniorum, *in hypocrisi* locuti sunt mendacium, *cauterizatam habentes conscientiam, & cor in divitiis & deliciis excæcatum.*

An putatis, qvod per delicias ad astra transvehitur? Absit! Oportet nempè, ut alibi dicitur, tormentis sequi. *Arcta* enim *via*, inqvit veritas, *est, qua ducit ad vitam.*

Rursus, etsi *timor Dei* vos semivivos

Exemplo Balthasaris cauté reliqui duo.

& exfangues à *luto ambitionis non retrahat*: Saltem hoc, quod adolescentiori ex vobis evenit, vos terreat, & duram vestrorum cordium cervicem provocet ad exemplum. Summæ etenim honestatis est, voluntariè sacrificare Domino. Nec est inhonestum *de necessitate virtutem facere*, præsertim dum tempus postulat, aut res ipsa exigit faciendum.

Vocati enim *estis* ad nuptias. Unde juxta veritatis sententiam si cum virginibus fatuis veneritis, nedum intrare compellemini ad januam, verùm etiam tanquam somnolenti & desides repellemini, diem nescientes, neque horam.

CAP. XXX.

Refutatio Exceptionis duorum illorum Pontificum contra Concilii processum adversus Balthasarem institutum, quasi fato hæc ita evenerint.

Divina providentiâ illa adversus Balthasarum in Concilio esse gesta.

Sed si, ut meditor, magnalia, quæ Deus fecit *in civitate munita*, falsè allegátes prætenditis, quoniam non divinâ, sed *humanâ industria* à fatis fortunæ faventibus facta fuere: Nolite, quæso, in cœlum os exponentes *adversus Deum loqui* in iniquitate, magna enim sunt hæc opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus, quæ res desperatas, & ferè deperditas ad saluberrimos effectus deduxerunt.

Divina manu Balthasarum fuisse retractum.

Palpate & videte saltem oculis carnalibus, quis illum *fœgientem Balthasar*, vestrum complicem, tantâ armorum stipatum potentiâ, tantisque redundantem divitiis, *invitâ retrocedere coëgisset*, nisi is, qui bella contrahit, & corda filiorum convertit ad patres, & è converso.

Ducem Austriæ impeditū.

Quis denique illum indomitum & fidentem in fortitudine equi & in tibiis viri, ad depressæ humilitatis qualitatem deduxit? Nisi mutatio dextræ excelsi, quæ hunc humiliat, & hunc exaltat &c.

Divina manus Constantiæ animadversa.

Alia verò miracula & testimonia *virtutum* in *civitate Domini* facta, scrutari poterit anima vestra, quæ tamen ab oculis vestris sunt abscondita; sed solis credentibus ac in luce ambulantibus luce videntur clariora.

Nimirum obstinati cordis oculus, & tenebris interioribus obfuscatus, lumen clarissimum limpidè intueri non poterit veritatis. Impii enim, dicit Psalmographus, *in tenebris conticescent*.

Pertinacia excæcatos illos, ne viderent rigorem Dei justi judicii.

Propter quod hora est, ut inquit Apostolus, de somno surgere. Surgite igitur, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, qui tot dierum curriculis *in pulvere avaritiæ & in luto ambitionis* dormitastis. Surgite, quæso, & abjicite opera tenebrarum, & induite arma lucis, ut in ipse resurrectionis cum Domino ambuletis.

Admonentur postremo ut judicium divinum agnoscat.

Ecce enim nunc tempus acceptabile, in quo miserator & misericors Dominus de supremo habitaculo respexit super filios hominum, fecit quæ judicium circumscriptum ad faciendam vindictam in nationibus increpationis, in populis diversarum hæresium & errorum maculis labefactis, ad alligandos Reges eorum, hæresiarchas scilicet, in compedibus, & fautores eorum in manicis ferreis, ipsosque tanquam malos malè perdere, & tanquam arbores malas, quæ fructum bonum non afferunt, in ignem, ut ardeant, mittere disposuit. Quia hæc est gloria sanctitatis ejus, qui est in sæcula benedictus. Amen.

Lectori S.

COncilii Constantiensis dissolvendi spe cecidisse Johannem, ex superioribus constat. Cujus in fuga usus erat ope, illius manu in fuga retentus, Friderici Austriaci. Non autem quem servaverat, traditurus fuerat Austriacus, nisi armis Cæsareis compulsus. In quas igitur incideret calamitates Princeps, Johannem servaturus, quæ fuerit facies belli, contra Austriacum

cum à Cæsare & confœderatis gesti, qvis eventus, Scriptores varii iuse commemorarunt. Nobis hic sufficerit audivisse laudatum *Gerardum de Roo, Histor. Austr. lib. 4. f. 150.*

Imprimis, *inquit*, Imperator ipse offensam illam (ex fuga Johannis, ope Friderici Austriaci suscepta,) gravissime ferens, de utroq; ad Concilium quest' est. Propositò inde edicto, ne qvisqvam discederet, missis ad Johannem literis ac nunciis, ne longius abiret, cavit. In Fridericum verò infensi multorum animi reliqvos quoque exasperabant. Itaqve convictiis passim proscinditur, ut qvi malè de religione sentiret, pejus de ea mereretur, & negotium tam arduum, & reipublicæ Christianæ non solum utile sed planè necessarium perturbaret: Absqve eo nunqvam Pontificem fugæ consilia initurum, nec qva aut qvo fugeret, scisturum fuisse. Indignum esse, qvi paulò ante ad Episcoporum qverelas, apud Judices à concilio datos, se responsurum promisisset, clam abiisse. Erant præter Episcopos, Tridentinum, Brixinensem, & Curiensem, non pauci Comites ac Nobiles, qui veteri in Principes Austriacos simultate, hoc rerum statu, apertam in eorum perniciem esse fenestram, gaudebant, nihil obstiturum arbitrati, qvo minus in eorum ditiones involarent. Qvod enim intra paucos annos eorum opes cum dignitate immensum creverant, multi nulla in re ab illis læsi, qvidam etiam beneficiis affecti, occultis invidiæ stimulis agitabantur. Hi Sigismundum in ultionem hujus tam insignis contumeliæ instigabant, jam antea in id propensum. Itaqve dies Friderico dicitur, ad qvem diem coram Cæsare & Synodo compareret. Cum vero non veniret, contra rempublicam fecisse & majestatis reus peragitur, omnesqve ejus subditi à fidelitatis sacramento absolvuntur. Omnia ejus oppida & ditiones prædæ ac direptioni proscribuntur. Dantur etiam ad vicinos Sueviæ, Helvetiæ, & tractus Rhenani civitates literæ: Fridericum Ecclesiæ ac imperii hostem, concilii perturbatorem, cui quicunqve damnum aut incommoda inferre studeret, is non impunitatem solum, sed gratiam qvoqve ac laudem sibi propositam esse sciret.

Notat hoc loco Tigurensium rerum scriptor insignem qvorundam hominum ingratitudinem, qvi, cum ab Austriacis magna accepissent beneficia, ipsorumque majores multis jam annis utriusqve fortunæ vices cum iis toleravissent, jam se in eorum pernitiem armabant, non tam ut Imperatoris dicto audientes essent aut Synodi patribus gratificarentur, qvam ut suis quisque commodis consulerent, prædaq; & direptionibus libidinem explerent, qua excœcati non videbant, etsi Fridericum omni sua ditione exui contigisset, non penes se ejus rei fructum esse futurum, magisque suas vires infractum quam roboratum iri. Inter eos præcipui ab eo numerantur Eberhardus Nellenburgicus, Willelmus Montfortius, Joannes Tengius, Hugo Werdenbergicus, Joannes Lupodunus, Friedericus Toggenburgicus, & Joannes Dapifer Waldburgicus, Episcopi item Curiensis & Constantiensis. Itaqve arma undiqve in Fridericum expediuntur. Ludovicus verò Palatinus, cujus soror illi nupta erat, Alsatiam cum copiis ingressus, S. crucis oppidulum & loca qvædam vicina invadit, nullo hostili in affinem animo, sed magis ex composito rem gerens, ut ei provinciæ præsidio esset. Sigismundus autem à Comitibus & Sueviæ plerisque civitatibus adjutus ferio rem agit, Steinam, Dissenhovium, Vitodurum, & Frauenfeldam capit. Schaffhusa certis conditionibus Imperio se tradit. Curiensis, Friderico Toggenburgico, & Lindavienses Veldkirchiam obsidione frustra tentant. Evocantur & Helvetii in belli societatem, qvi fœdus sibi cum Austriacis ad quinquaginta annos ictum excusantes, nullo jure arma in ipsos sumere sibi licere affirmabant. Sigismundus verò & Concilii Patres nulla ipsos fœderis religione cum Ecclesiæ hoste & Majestatis reo teneri, contra verò nisi arma sumerent, eodem qvo ipse loco habendos esse contendebant, qvin & Imperatoriis literis cautum iri, ne fraudem fœderi feciisse videantur, neve Friderico pax & venia

ante concedatur, quam fœdus in locum pristinum restitutum ac instauratum sit. His exhortationibus inducti Helvetii, arma & ipsi sumunt, vicinamque Ergoviam invadunt.

Fridericus inter hæc de Helvetiis, ob fœdus, quod dixi, fecurus, suarumque civitatum fide fretus, nihil magnopere sibi timebat, donec trepidus adfertur nuncius, esse in armis Helvetios, multa jam loca occupata, plura quotidie ad defectionem sollicitari, omnes contra ipsum, neminem pro ipso in armis esse. Tum demum cœpit, etsi tardius quam debuerat, de rebus suis impensius cogitare & auxilia circumspicere. Pontifex verò de rei eventu anxius & disturbandi concilii, in quo de abrogando Papatu agi sciebat, occasionem per æqua per iniqua quærens, Friderico autor erat: Quoniam nullus apud Sigismundum & Synodi patres gratiæ, nullus legitimæ disceptationi reliquus esset locus, ut viriliter animo defensionem pararet, pecuniam se omnem in hoc bellum liberaliter suppeditaturum. Neque enim dubitare se, quin ad primam belli famam, qui (sui) Constantiæ essent abituri, & Sigismundus soluto Concilio non diutius iis in locis commoraturus sit, quo abeunte reliqui aut arma temere sumpta deposituri, aut vi in obsequium redigendi essent. Hanc ejus sententiam Fridericus & ab initio minus probaverat, & nunc quod in armis Helvetios esse præter opinionem, ceq; à suis deseri videret, omnino repudiabat, seque æquioribus conditionibus omnia transacturum sperabat. Postquam verò omnia adversa nunciarentur & Pontifex suas identidem opes jactitaret, tandem de conducendo ex vicina Burgundia & Lotharingia auxilio, consilium cepit. Dum hæc inter ipsos agitantur, commodum illò venit Palatinus, qui amice acceptus, ejusmodi orationem ad Fridericum habuisse dicitur: Video, Affinis charissime, quo in loco res tuæ sint, omnes propemodum amici, vicini ac subditi tui, exemplo nequaquam laudando, fidem tibi & obsequium renunciant. Et quorum maxime opibus tutum te atq; securum adversus quoscunque hostium conatus fore, perspexisse habes, ii levi fortunæ flatu mutati, primi te deserunt. Deserunt vero? Imo & arma in te ferunt, aliisque idem ut faciant, exemplo præcunt. Quæ res etsi me ac alios plerosque Principes male habeat, videmus tamen & dolemus, eo rem adductam esse, ut neq; tui colligendi, neq; vindictæ de tuis sumendæ ulla sit facultas, nisi eum ipsum prius tibi conciliaveris, quo potissimum autore ipsi hoc in te suscipere ausi sunt. Id quantumvis prima facie arduum ac difficile tibi videbitur, si mihi obsequi animum inducere voles, proclive tibi ac facile effecturum recipio. Novit profecto Sigismundus Cæsar, novimus cæteri quoque Principes, & superiorum temporum exemplis edocti plane sumus, vicinos tuis ditionibus homines atque incolas adeo ipsos illud summa ope niti, ut excusso Principum ac reliquæ omnis nobilitatis imperio, popularem rebus statum inducant, libereque suis legibus vivant, quæ res ne in exemplum abeat, nobis omnibus inprimis vero tibi ipsi cavendum est. Quod autem male affectis domi rebus, auxilium ab exteris advocare vis, id & serum est & inutile. Cæsar primum quemque ex nobilitate sibi conjunctos, fortissimas Sveviæ civitates sibi socias habet. Helvetii, acre & bellicosum hominum genus, sub honesti tituli prætextu, semel religione fœderis exsoluti, oportuna sibi loca per Ergoviam occupata, manente bello, non reddent. Neque video, quid contra has vires peregrinus tibi miles proderit, quem si induxeris [quamvis nec illud facile erit, cum exterorum principum legati, qui ad concilium venere, id impediturі sint] imprimis Helvetios ipsos, nedum reliquos tuis iniquissimos, sed & alios occulte adhuc tibi faventes offendes, & tuos, qui conciliari alia via potterant, alienos abs te reddes. Intuo interim solo, in tuis quasi visceribus geretur bellum. Neque enim Cæsar in hisce regionibus, quod amittat, habet; tuorum opera in te debellando utetur, & quod dici solet, tuo te gladio jugulabit. Contra autem, si, exorata venia, cum tibi conciliaveris, tota rerum

rerum scena inversa, omnia tibi ex afflictis læta ac fœlicia existent. Neque enim dubitandum, quin supplici tibi Cæsar veniam ac pacem daturus, amissa restituit jussurus, deque injuria tibi illata, vindictam tecum una sumpturus sit. Tu modo hoc amicorum monitis dabis, & Constantiam mecum ibis. Illic ego te ad Cæsarem ducam, & pro te ipse supplex fiam. Hæc ubi Ludovicus dixisset, cæteri qui aderant, orare ac hortari cœperunt, ne suis ipse rebus deesset, nihil ejus honori & existimationi obfuturum, si Cæsari, si Concilio supplicem se ac obsequentem exhibuerit, multo id commodius atque laudabilius esse, quàm belli consilia agitantem in extremum discrimen omnia adducere.

His Palatini & aliorum exhortationibus inductus Fridericus, Constantiam cū illis proficiscitur, ubi se conjunxit illi Fridericus Norimbergæ Burggravius, Marchiæ & Electoratus Brandenburgici curator, quo in eodem Concilio post donatus est. Hinc Franciscanorum sodalium monasterio ad Cæsarem admissi, & cum Friderico supplices pacem ac veniam exorarunt, ea lege, ut is Cæsaris potestati se suaque omnia permitteret. Ita paulo post futurum, ut omnia sibi redderentur, persuasus, scribit ad civitatum suarum Præfectos ac magistratus, ut Sigismundo se tradant, eosque interim à fidei juramento liberos esse jubet. Erant inter civitates nonnullæ, quæ jam ante id fecerant, quædam etiam Cæsari pecuniam numeraverant, ut Imperii civitatibus adscriptæ, nullo unquam postliminio ad veterem dominum reverterentur, reliquæ, quæ in fide hactenus manserant, paucis exceptis, in Sigismundi verba juraverunt. De Helvetiis illud annotatum invenio, quod cum capta pleraque Ergoviæ loca partiri inter se vellent, soli ex ipsis Vriis, in nulla prædæ parte censeri voluerint. Dicebant enim, Cæsaris justu se militasse, fœdus sibi non bellum cum Fridrico, neq; ex ipsius incommodis sua se commoda metiri, justum esse. Hoc eorum responsum ceteris risum movit.

Dum hæc in Suevia gererentur, Tirolenses ac Athesini, ne & ipsi novum acciperent dominum, & ab Austriacis divellerentur, Ernestum Archi Ducem ad se vocarunt. Is, ne omnia simul fraternæ ditionis loca ab aliis occuparentur, in Tirolim venit, ac Oeniponti ordinum conventum agit, ubi nascitur ei ex Cimburga Semoviti Massoviæ Ducis filia, Fridericus, Romanorum poster Imperator, nono Cal. Octob. anno ejus ætatis decimoquinto. Ernestus inde Bocenum atque alia loca adit. Cumque & in Tirolim legati à Cæsare cum literis Friderici venissent, Ernestus eos retro, unde venerant, abire & Cæsari nunciare jussit, satis ipsum à fratre magnifice muneratum tot civitatibus, quam rem si antea sciviſſet, in tempore se occursurum fuisse, jam verò & sibi aliquid relinqui haud iniqvum videri.

Sigismundus occupatam ab Ernesto regionem armis invadere, majoris negotii rem esse, neque promptos Principum animos in hoc bellum habiturum videns, ad res Concilii promovendas animum adjecit, in quo omnia turbis plena operam ipsius desiderabant. Fridericus verò, (etsi Pontificem fugitivum jam Ratolfi Cellam usque deduxerat, isque in Concilii potestate esset,) Constantiæ moras trahebat, Sigismundi reconciliationem & amissorum recuperationem nequicquam expectans. Cumq; à malevolis quibusdam quotidie vexaretur, qui lites ei gravissimas intentabant, conqueri cum iis cœpit, quorum fvasu inductus huc se contulisset. Ubi apud Cæsarem intercedebant quidem, sed præter verba & spem meram nihil obtinere poterant. Igitur Fridericus ipse illum adit, inique secum agi queritur, qui cum se suaque omnia, quæ in potestate habuerat, ejus fidei commisisset, omnibusque præsidiis exutus esset, nihilominus adversariorum criminationibus ac inimicorum injuriis impeteretur, quibus nisi integro statu respondere non posset, jam enim non sui juris esse, sed sub ejus fide ac tutela esse, cui se tradidisset. Sigismundus ad hæc respondet, nemini se jus suum adimere ex officio posse, multos ei sua quemque ex causa infensos, ut judicio se sistat postulare, quibus ubi ex juris formula responderit, tum ipsi integram in illos actionem instituere, pari jure licere.

Fride-

Fridericus facilè intelligens, nullam sibi in Sigismundo spem, nullum in reliquis Principibus præsidium esse, suosque omnes non defecisse solum, sed quod vindictam & pœnas timerent, hoc agere, ne ex ea fortunæ iniquitate emergere sibi liceret, præterea & literis & nunciis apud Tirolenses rem suam non satis securo in statu versari admonitus, captata occasione Constantia discedere decrevit. Tenebatur enim rumor, nonnullos Oeni ac Athesinæ vallis incolas occulta cum Cæsare consilia habere, quod etsi vel falsum esse vel minimè processurum putaret, de procerum tamen quorundam fide ac propensioribus in fratrem Ernestum studiis sollicitus, consensio equo, cum paucis conscriis civitate excedens, in Tirolim evasit. Sunt qui ab hospite quodam suo adjutum ac deductum esse dicant. Post ejus discessum Jacobus Laudensis Episcopus, Italicæ nationis præses, sacro sanctæ generalis Synodi nomine literas dedit ad Petrum Sporum, militem, Simonem & Erasmum de Thunno, Hilliprandum Glesium, & reliqvos in Ananiæ ac Solis vallibus Tridentinæ Ecclesiæ Syndicos ac fiduciarios, hoc argumento: Cum omnis potestas ex Deo sit, nihil ad humani generis conservationem utilius esse, quam ut iis qvi magistratum gerunt pareatur, qua una in re, vera ac solida laus consistit. Cum igitur Georgius ipsorum Episcopus à Friderico Austriæ principe multis magnisque incommodis affectus, vindictæ omni cupiditate vacuus, nihil aliud in votis habeat, qvàm ut sublatis inimicitiis, in pristinum dignitatis gradum restitutus, suamque sponsam recuperare posset: Dandam ipsis operam esse, ut Fridericus cum illo in gratiam redeat & Ecclesiam illis quam malè affectam restituat. Ea in re si quod sui officii est fecerint, id Deo Optimo Max. & Synodi patribus Ecclesiam Dei repræsentantibus gratissimum fore, sin minus, pro conservanda Ecclesiæ tranqvillitate, se, etsi cum animi dolore, processuros. Datum Donstantiæ 8. Cal. Junii, anno decimo sexto supra mille quadringentos.

Interim Fridericus, cum in Oeni vallem ad suos venisset, turbata omnia per absentiam suam invenit. Nobiles plerique & Ecclesiastici ordinis primates Ernesto fidem dederant, cumqve ut legitimum suum principem agnoscebant. Civitates verò non nullæ & rustici plerique Friderico adhærebant, neqve ab eo cui semel fidem & obsequium juraverant, nulla injuria lacessiti deficere volebant. Apud hos igitur gravissimas de fratre Ernesto ac ceteris ordinibus querelas instituit Fridericus: Illum jam non proCuratore se gerere, sed principem ab his ad rerum gubernacula collocari, qui se vivo hæreditatem suam cerneret: Gravius se ac indignius hoc ferre, quam si Cæsar omnia in suam potestatem redegisset. Hæc & alia queribundus, successum rei atque exitum expectabat, plures quotidie ad suas partes adjungere studens.

Eodem anno, circa medium Autumnum, annitentibus præcipuè Ludovico Palatino, Bavariæ Duce, ac Eberhardo Neuhusio Salisburgensi Præsule, omnis controversia, quæ Udabrico Brixinensi Episcopo cum Austriacis Statibus fuerat, composita est, ac Udarico Cancellarii officio ac titulo, quo, antea, functus, etsi cum Friderico in gratiam redierat, partibus tamen Ernesti addictior fuit. Ut vero & inter fratres omnia transigerentur (neque enim aliter rerum status incolumis conservari poterat) Merani Statuum conventus est habitus. In qvo cum de rei summa nihil convenisset, alius Oeniponi indicitur. Antequam verò is dies adveniret, Udabricus Præsul, cum Ecclesiastici & equestris ordinis primoribus, non inscio Ernesto, fœdus facit, & de communi consilio decernit, in proximo conventu provinciales de omni controversia sine provocatione arbitros fore, quorum judicio uter principum stare noluerit, in eum se arma ut in hostem pro alterius defensione sumturos. Qvinqve item præfectos constituunt, quorum singulis binos consiliarios adjungunt. Id fœdus cum in fraudem suam pactum esse, multosque ipsius assensu omnia fieri pervasos, subscribere videret, vulgatis literis ostendit, nullum se fœdus, nulla se fœde-

ris

ris decreta agnoscere, quæ ab adversæ factionis hominibus se inconsulto essent composita. Obtestatur itaque omnes, ut datum semel fidei sacramentum servent, neque famæ suæ perjurii perfidiæque notam inurant. Ernestus contra, missis ad quinque præfectos ac reliquos conjuratos literis, ut in fœdere permanerent hortabatur. Jamque res ad bellum intestinum atque adeo fraternum spectabat. Pro Ernesto Ecclesiastici ac nobiles stabant: Fridericum civitates & agricolæ juvabant, sub quo mitius se habitos, quam sub Præfectis, palam testabantur.

Hunc rerum statum miserantes nonnulli cæteris cordatiores, fratrum animos ad concordiam sollicitare, & impium hoc bellum ex quo Cadmea tandem victoria & certus reipublicæ interitus expectandus erat, deprecari non desinebant, neque fratres ipsi rem in ultimum adducere discrimen aut ex re sua aut ex dignitate esse arbitrabantur. Tenuit tamdiu hæc controversia, donec tandem sub anni ejus finem conciliatis ipsorum animis omnia amica disceptatione transacta sunt, & Friderico hæreditarius Tirolensium principatus cessit. Ernestus in Styriam rediit. In Suevia vero omnia adhuc Friderico adversa erant, & Constantiensis Synodi patres assiduis Tridentini querelis ac precibus moti Sigismundum in vindictam ab illo sumendam extimulabant. Crimini illi dabatur, quod clam Constantia elapsus neque juri se sisteret, neque Tridentino adempta redderet.

Cæsar itaque nova iterum diplomata, novas proscriptionis tabulas fieri, & ad templorum valvas, ita ut de plano legi possent, proponi jubet. Tandem verò Fridericus ut & Sueviæ rebus consuleret ac Sigismundum Cæsarem placaret, Mersburgum se contulit, ubi primum actio inter ipsos instituta est circa medium Aprilem. Mox Cæsarem Constantiam reversum secutus, Guilielmo Montfortio ipsum deducente Tetnangam usque, post unum atque alterum colloquium, intercedentibus quibusdam principibus, cum Cæsare in gratiam rediit, & suarum ditionum possessionem solenni ritu ab eo publice accepit Octavo Calend. Maji, numeratis (ut quidam prodidere mulctæ nomine) triginta aureûm nummûm millibus. Sigismundus verò accepta pecunia promissi fidem se liberasse affirmabat, si operam daret, ut Friderico eæ civitates reddantur, quæ in sua potestate etiamnum essent, neque ad ipsum redire detrectarent, neque inter Imperii civitates adscriptæ essent. Erat enim varia civitatum fortuna, & diversa aliarum ab aliis conditio, quarum nonnullas Cæsar aliis oppignoraverat, in quibus erant Veltkirchia, Frauenfeldia, Heilgenbergum, & pleraque Ergoviæ oppida, quibusdam verò diplomata dederat, quibus cavebatur, ne unquam ab Imperio, cui se tradiderant, dissociarentur, eæ erant Schafhusium, Rheinfelda, Disenhovium & Cella. Igitur Fridericus, summam in recuperandis iis locis difficultatem esse videns, hoc negotio in aliud tempus dilato, ad componendas Tirolensium res & compescendam nobilium quorundam contumaciam animum intendit.

TOMI II. PARS XV.

THEODORICI DE NIEM,

De Vita ac fatis Constantiensibus JOHANNIS Papæ XXIII. usque ad fugam & carcerem ejus.

Una cum aliis rebus in Constantiensi Concilio ab exordio usque ad diem 3. Junii A. 1416. gestis:

LIBER I.
De Vita, facinoribus & fatis BALTHASARIS,
postea Papæ JOHANNIS XXIII. usque ad Concilium Constantiense.
CAP. I.
De juvenili & Academica Vita Balthasaris flagitiosa, quæ ad senectutem propagata ipsi tandem fuit exitio.

Nunc restat, contexere aliqua *de vita & moribus*, ut sic dicam, *Balthasaris*, olim *Joannis Papæ XXIII.* De quo *mala multa* valde, sed admodum *pauca virtuosa* potero recitare. Cui optime, ut multiplici experientia didicit, congruit illud Salomonis in Ecclesiastico: *Avarus non implebitur pecunia, & qui amat divitias, fructus non capiet.*

Avarus inedeq, infelix Joannes 23.

Igitur *periculosissimum est, avarum præesse Reipublicæ*, Ecclesiæ præsertim, vel alicui præminenti dignitati. Quia *Reipublicæ & Ecclesiæ, præsertim*, acquirat, aurum quoque auro cumulet: Quod *sine peccato & injuria*, nec non depauperatione atque direptione multorum sic *fieri nequit.*

Periculū esse Reipublicæ

Non enim consideravit *avarus* contemptum divitiarum & bonorum terrenorum, quem præ oculis habere deberet. Quia *suos non ditant possessores*, & quia *non semper transferuntur ad posteros*, sed frequenter *devolvuntur ad extraneos.* Detestanda igitur hominis avaritia: Qua divitiæ, quæ appetuntur, non adjuvant, nec ditant eorum possessores, & avaro non sufficiunt. Juxta illud *Ecclesiastici 14. Insatiabilis est oculus cupidi-*

Opes avarorum inopes reddunt ipsos & posteros.

Insatiabilis est oculus cupidi. Unde Publius Syr. Avaro deest tam quod habet, quam quod non habet. Et *Seneca* dicit: *Si vis divitias facere, non est (auro) addendi, sed cupiditati detrahendum.* Et *Ecclesiastes* & dicitur: *Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic animam suam venalem habet.* Et *ita nihil* prosunt *avaro divitiæ.* Quia *animam suam* dat pro pecunia, ut in Evangelio *Matthæi XXVI.* dicitur. Quid profici*t homini*, si universum mundum lucr*etur*, animæ autem suæ detrimentum pa*tiatur*? quasi dicat, *nihil.* Et ex *hoc* infert vanitatem inamando eas; juxta illud: *Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum.* Et etiam quod non prosint possidenti eas, dicitur *Ecclesiastic V.* videlicet: *Ibi sunt multæ opes, multi sunt qui comedunt eas.* Et quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias ante oculos suos? *& nihil plus habet dominus servo.* Et sic *omnia consumuntur.* Quia tantum comedit servus, ut dominus. Et facit illud Senecæ: Mel *muscæ, apes mel sequuntur, prædam non hominem hæc sequitur.*

Avarus, indeque immoriens, ceris Balthasar.

Omnia ista concurrere vidimus in ipso *Balthasare.* Quo *avarior*, & ad decipiendum quoscunque, ut qualitercunque divitias cumularet, acutior, nec non ad compatiendum indigentiæ pauperum durior aut inflexibilior nemo repertus est.

Opes impotem fecerunt Balthasarē.

Et tantum *in suo salutari defecit*, ita quod eum pecuniæ multæ non poterant ab illis, quæ circum dederunt ipsum, tribulationibus liberare. Cui congruit illud: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

Inexplebilis libidini Balthasaris.

Et vere *jumentis* iste *Balthasar* meritò *comparatur.* Non enim recolo, me audivisse tot detestabilia de alicujus *incontinentia, intestus, adulteriis, sacrilegiis & etiam* illo gravi *peccato*, propter quod in Dei venit in diffidentiæ filios, sicut fama de ipso *vir. Romæ & Bononiæ* laboravit. Nec diminuit, quin *uxorem sui fratris Germani haberet Romæ in concubinam*, quæ fuit Soror carnalis quondam Cardinalis Mopolitani.

Concubina Balthasaris uxor fratris.

Sed ita famosus *Simoniacus* & deceptor *in vendendo ecclesias & Ecclesiastica beneficia*, nec non *officia* etiam Romanensis *Curiæ*, exstitit, quod parem sibi non repe-

Simoniacus in vendendo ecclesias & Ecclesiastica beneficia.

Digitized by Google

reperit, sed nemo ei secundus habeatur.

Et ad minus 38. vel circiter, *Secretarios* de omni patria sibi *creavit*, non edoctos in arte illa sed prorsus *ignaros*. Putans, quod illi qualitercunque acquirerent à curialibus & accedentibus ad Ro-

Secretarios rudes cur amaverit?

manam curiam, in *venditione gratiarum* ubi possent: Sicque ipsi etiam Balthasari *de acquisita praeda* per ipsos simoniace *partem darent*, quotiescunque illud fieri vellet.

Ut ex impudentia Secretariorum colligeretur praedam. Ingenuos Secretarios avertatus. Grandia promissor.

Eos vero ex ipsis, qui taliter nolebant seu *nesciebant acquirere*, non curavit: Existimando, eos *insanire* aut *desidia esse*.

Grandia etiam plerisque *se factorum* de levi *promisit*. Sed nisi exinde spe-

In adolescentia piraticâ exercuit.

ciem *promissa* ipsa *complevit*.

Dum autem *simpliciter clericus*, ac *in adolescentia* constitutus existeret, cum quibusdam fratribus suis *piraticam* in mari Neapolitano, ut fertur, *exercuit*. Quia tunc inter quondam Ladislaum Regem Siciliæ, defunctum novitet, & Dn. Ludovicum, ducem Andegavensem, qui etiam se Regem Siciliæ tunc nominavit, periculosa guerra, seu divisio magna in regno Siciliæ ubique vigebat, cujus unam Ladislaus, & alteram partem Ludovicus, prædicti, tunc tenebant. Sicque *prædonibus* in terra, & *piratis* in mari, major tunc temporis dabatur per aliquos annos illic *occasio spoliandi*.

Sed cum postea, fortuna svadente, dictus Ladislaus Rex regnum ipsum, expulsis inde dicto Domino Ludovico, ejusque in magna parte auxiliatoribus, & subactis ibidem aliis hostibus suis, qualitercunque obtinuisset, & propterea raptoribus & piratis, ne deinceps illic violentias & damna aliquibus inferre libere possent, licentia subtracta fuisset: Ipse *Balthasar Bononiam se transtulit*.

In Academiam Bononiensem migravit. Non libris sed somno interdiu.

Ubi licet multis annis *sub studentis figura* stetisset: Tamen modicum, vel *nihil*, in aliqva facultate *profecit*. Nimirum, dum piraticam, ut præmittitur, exerceret, pro ejus suorumve sodalium tutiore custodia *noctes plerasq; transegit insomnes*: sed *mane sedebat, & hora nona*, vel circa, solitus erat *dormitare*. Prout insignes piratæ faciunt, noctu no tempore mare sulcantes, ut incautas eis tunc obviantes naves intercipere possint. Hanc enim *consuetudine vigilandi de nocte*, & tam diu *dormiendi de mane*, adeo firmiter attraxit, quod postea etiam *illam* in Cardinalatu & successive in Papatu *dimittere non valebat*, nisi faciens de necessitate virtutem, magis hominum qvàm Dei timore excitatus.

Dedittus, ex piratica ea ita assuetus.

Consuetudinem mutare non valebat.

Papa forsan *in præcipuis festis aliquando surgebat tempestive*, quibus, juxta ecclesiæ Romanæ consvetudinem, missæ & alia divina officia pro Papa in ejus capella majori dicebantur.

In papatu, A teneris assuescere multum.

Et aliqvando etiam publice dicebatur *Bononiæ*, anno primo Pontificatus dicti Balthasaris tunc Papæ, postquam Bononienses sibi rebellarunt, quod ipse *ducentas maritatas, viduas & virgines*, ac etiam quam plures *moniales*, illic *corrupetat*, ejus ibidem dominio perduran-

Femina ab ipso corrupta.

te. Et aliquæ istarum *dominarum* per maritos, quædam vero per amicos, seu parentes earum propterea interfectæ fuerunt. Quod *ipse ac suorum nonnulli* non tangebat, *dissimulavit*.

Exitium matronarum ex more Balthasaris.

Mirum est quomodo audebat *tanta facinora* committere, præsertim in tam gloriosa civitate & plena populo: Etiam *non curando infamiam*, qvam propterea contraxerat, & *pericula*, qvæ ob hoc imminebant sibi, qvod finaliter vix evadere potuisset. Qvia, ut dicit *Albertus, inter multa quæ respiciunt conjugium & judicitiam, nec non honestatem conjugatorum, scilicet tantus est amor viri ad uxorem, ut ipsius causa qualibet pericula subeat, amorem ejus amori matris præferat, & ut pro ejus cohabitatione patrem & matrem & patriam deserat. Hanc sociam mensæ & thori statuit: dominam suæ pecuniæ & familiæ facit: non minus uxoris suæ, qvam sui ipsius causam vel curam gerit: ex amore & zelo ipsam corrigit & custodit: gestus & affatus pariter & aspectus illius considerat: ingressus & egressus truti-*

Adulterii pericula contemsit.

nat atque pensat. Viro autem bonam mulierem habenti nemo felicior: & econtra, nullus est infelicior. &c.

Et sic utique Balthasar habuisset formidare, quod illi, *quibus injuriabatur in eorum uxoribus & aliis dominabat*, ipsis sanguinis identitate conjuncti, *quas corruperat*, ut præfertur, *si viri cordati fuissent* eum male perderent, aut merito trucidarent.

CAP. II.

Quomodo ad honores summos in Academia Bononiensi per Bonifacium IX. fuerit evectus.

Studiosi larvam in Academia gerit.

DUmautem peraliquot annos *sub figura Studentis* ibidem Bononiæ habitavisset: Supradictus *Bonifacius nonus*, tunc Papa, residens in urbe, quoniam *habentibus symbolum facilis est transitus*, audiens, quod dictus Balthasar studeret tunc Bononiæ, ut præfertur, disposuit, quod cum vellet honorare, necnon, casu se offerente, *consulte illi* tunc *Archidiaconatum Bononiensem*; Qui est magna & honorabilis dignitas in *Dignitas* ecclesia Bononiensi, & est etiam *caput coetus Bo-* *nonien-* *sis.* *Archidiaconus Bononiensis* ratione archidiaconatus hujusmodi, multa in occurrentibus *Caput Academia.* negotiis scholaribus Bononiæ studentibus pro tempore ordinare. Et sic *Balthasar* in majorem notitiam civium & Bononiensium *tali* tunc *redimitus honore* devenit.

Grandi honoris falsa Ar-

CAP. III.

Quomodo in curiam Romanam penetraverit, Cubicularius Bonifacii IX. factus. Deque pecuniariis ejus artibus quas ibi exercuit.

Honoris cupiditas indita in eo crevit.

UNde sicut erat *honoris cupidus*, etiam tunc mente concepit, quod magis ad *ecclesiasticos honores* seu dignitates qualitercunque ascendere vellet.

Honoratæ ex Romana curia captavit.

Videbat tamen illud apte fieri non posse, nisi *ad Romanam curiam* personaliter *accederet*, & quo pervento, quæ sibi proficua esse conspiceret, commodius ordinaret.

Romam petiit.

Veniens igitur *Romam* non post multos dies dictus Balthasar, præfatus Bonifacius ipsum in *Cubicularium* ejus accepit.

Cubicularium Bonifacii IX. factus.

Qui ita repente *in* ipsa *curia honoratus*, incœpit, juxta morem protunc Romanæ curiæ, cum aliis, qui ab ipso Bonifacio provisiones ecclesiasticorum Prælatorum & aliorum *Simoniace procurabant*, in una & eadem voluntate concurrere, & tales provisiones etiam pro magis sibi offerentibus *mediante pecunia* ab eodem Bonifacio procurare, nihil de contingentibus omittendo.

Simoniâ exercuit sedulo.

Et interim etiam, causa *majoris lucri captandi*, suos personatos seu nuncios ad quosdam prælatos certorum negotiorum extra eandem curiam destinavit, intimando eis, tamen mendaciter, *ut sic aurum à barbaris subtiliter exquireret*, qualiter dictus Bonifacius, de illis per quosdam ipsorum æmulos sinistre *subtiliter* informatus, omnino dispositus erat, de *extorquendis* suis ecclesiis & dignitatibus ad alias *dum* ecclesias & provincias ipsis incognitas *decavit*, aut intimas ultra mare, quas occupant Saracenii, transferre; Quod quidem sic contigisset, nisi hoc ipse *Balthasar*, tunc *Cubicularius* dicti Bonifacii, cautius impedisset. Sicque illi *boni Prælati* per eundem Balthasarem *decepti*, ei miserunt munera & encænia multa, quæ ipse minime reculavit.

Artes seminaca.

Aurum à barbaris

CAP. IV.

De Indulgentiarum venundatione à Balthasaro adornata.

NEc istis lucris contentus, sed amplius *ditari satagens*, quosdam eloquentes & audaces *apostatas*, de Spoleto in vicinis partibus oriundos, quos Italici *Exiretani* appellant, & *nuncios Indulgentiarum* dicti Bonifacii, *ad prædicandas in Almania*, *præconia*

Digitized by Google

nitudine potestatis, id idē ipsi possent, & etiam aliqvid amplius si expediret.

In Germaniam & vicina regna abiegavit.

nia, Dacia, Suecia, & Norvegia & adjacentibus provinciis, *indulgentias & peccatorum remissiones de omni peccato largissimas* fieri procuravit. Qui, *me sæpe audiente*, publice prædicarunt, quod etiam sanctus Petrus, si viveret, majorem remissione peccaminum potestatem non haberet, quam ipsi ab eodem Bonifacio, ad salutem animarum illorum quibus illi eadem remissionem communicarent: Et qvod omnia, quæ in ipsis darentur ratione indulgentiarum hujusmodi, in succursum Imperatoris Constantinopolitani, qui & sui subditi Christiani per Turcos tunc essent oppressi gravissime, mitterentur.

Pretextu Indulgentiarum Balthasaris,

Qui quidem *questores cum magna copia ad Gerovniams pervenientes*, & primo *in Suevia, in diœcesi Constantiensi*, notabiliora hospitia in locis & oppidis insignibus pro se receperunt: Et *banderium Romana ecclesiæ* cum clavibus sancti Petri, depictum, die immediate seqventi post jucundum illic eorum adventum *extra fenestras extenderunt.*

Pompa questorii Indulgentiarum Balthasaris.

Intrantes autem *cum magno apparatu* illic *majorem ecclesiam* aut principalem: Major eorum, in ipsa ecclesia in altiori loco prope altare *sedile cum tapetis pulchris* per suos ministros ad id deputatos sibi fecit apparari, cum panno nobili de serico etiam superius extenso, ne musca, vel aliqvod aliud forsan desursum cadens illum dominum Papæ nuncium nobilem offendere posset.

Jactantia illorum de sua potestate.

Qui, presbyterorum illorum loco rum metu aut simplicitatē causante, admissi: *Solennem benedictionem* ille major nuncius populo *dedit*. Et per aliquos *Episcopos titulares* illud *mel sequentis sermonis* ibidem in publico fieri fecit. Intimando *simplicibus*, ibidem tunc congregatis, ut eos levius decipere, nec non pecunias reportare possent, *indulgentias* & remissiones peccaminum ante dictas.

Et semper in eisdem sermonibus *publice dicebatur*, qvod ipse major nuncius *super omni* irregularitate ac *peccato posset dispensare*, ac ipsa peccata remittere, ac *etiam parentes suos animas* eorundem offerentium ipsis *de purgatorio liberare*. Et ultra hoc, quicquid posset Papa de ple-

Et *si aliquos* eis in hoc forsan *contradixit*, illum *hæreticum* aut *schismaticum*, nec non Apostolicæ sedi *rebellem* nominabant: Et modis omnibus persequebantur: Et, qvod infra paucos dies in præfata curia coram prædicto Bonifacio pro meritis digna recepturus per-sonaliter comparet, ignominiose *citabatur.*

Contradictentes illi terribiliter excommunicabant.

Et per hoc plures prælatos ecclesiasticos & alios *terruerunt*, quodistis contradictis nunciis, & ita manifeste Christianum populum decipientibus, timore Bonifacii & Balthasaris prædictorum se opponere non audebant: Paucis exceptis in diversis locis, qui vix prece & precio ab iisdem nunciis obtinuerunt, ut a *compartitione* in prædicta *curia* & ulteriori vexatione remanerent injunctum.

Deterriti fictis nunciis, & impugnare ausi.

Ecclesiastici.

Et dicti importuni nuncii paulatim ad Misnam & Turingiam & quasdam *alias vicinas provincias*, & demum ad *Quæstores Saxoniam*, in quibus tunc vigebat pestilentia grandis, Pontificis dicti Boni. facii anno XIII. pervenientes, *maximas pecuniarum summas*, scilicet aliqvanto & ibi in civitate vel loco insigni V. l. vel VIII. millia florenorum vel circiter, *per illas avaras & conscitas indulgentias a simplicibus exhauserunt.*

Indulgentiarum Balthasaris.

Thuringia.

Postremo vero ad *Daciam* venerunt, de civitate *Lubecensi* iter agentes. Ubi *ultra XX. millia florenorum* a simplicibus illorum regnorum & partium reportarunt ex benedictione indulgentiarum prædictarum. Sicq; *ultra centum millia florenorum auri* ipsi nuncii infra biennii per illos modos in eisdem partibus collegerunt. Post autem detecta fuit eorum *improbitas* in partibus illis. Et post longam moram illic factam *sarcinati* taliter acquisitis per eos dictis *pecuniis*, ad Italiam redierunt, ad *Romam* accedentes.

In Dania auri modum corraserunt.

Detecta improbitate, omnibus Romæ reversis.

Ubi *principalis nuncius*, qui se nominavit *Antonium de Roma, ordinis S. Benedicti*, quasi per XVI. dies ibidem in domo cujusdam *mercatoris Bonemiensis* cum ipso Balthasare rationem fecit.

Antonius de Roma Benedictinus, præcipuus Indulgentiarius Balthasaris.

Sed idem *Balthasar*, creatus *Cardinalis* per ipsum Bonifacium, & postea *lega-*

Digitized by Google

tus ad Bononiam destinatus, dictum *mercatorem* cum illuc sequentem *decollari fecit*. Ipsumque fratrem *Antonium*, qui adhuc habebat de anathemate seu recollectis eisdem plura millia florenorum, *capi & incarcerari*, & per plures dies in arctis carceribus detineri fecit: *Auferens* ipsi etiam *pondus auri*, quod habebat reliduum, ut præfertur, & cum quo sperabat se emturum aliqvam pinguem cathedralem ecclesiam, vel abbatiam à Bonifacio sæpe dicto. Videns autem se hujusmodi spe frauda-

tum, tanquam desperans, in carceribus ipsis mortem sibi conscivit, *seipsum quadam chorda*, qua cingebatur, quadam nocte *jugulando*.

Qvibus quidem *mercatori* & *Antonio* dictus Balthasar imposuit, quod ipsi contra ejus statum seditionem ibidem Cives Bononiæ procurassent. Sub quo venientes lumine multos etiam *alios* de omni sta- *multos*, tu illic capitaliter puniri fecit. Et plerasque *cives Bononienses* de quibus dubi- *xtu detinebat* ne contra eum insurgerent, de- *Eli relegavit*. cit. ipsa Bononia *relegavit*.

CAP. V.

De arte usuraria ac fœneratoria Balthasarii.

PRæfatusque Balthasar tot lucris *ditatus*, propterea, quin magis lucrari vellet, *non quievit*. *Depositi* enim *magnas pecuniarum summas* apud quosdam mercatores sive potius pessimos fœneratores, eandem curiam sequentes.

Cum quibus quidem pecuniis dictus Balthasar valde *multa lucra* astute & valde subtiliter deportavit in hunc modum: Qvia, dum aliquis nobilis Prælatus, vel per se, vel per cives suos, quod alicui cathedrali ecclesiæ, vel monasterio vacanti præficeretur, in ipsa curia laboraret, & forsan in necessariis expensis deficeret, per eum in prædicta curia faciendis, & ille promovendus per se vel alios super hoc dictis *Artas usus, varias* fœnerationibus loqueretur, ipsi demonstrarunt se in hoc quodammodo duros, & aliquas dilationes mutuum petentibus ab ipsis dederunt, ut ad ipsos tum redirent, asserentes, quod interim deliberare vellent, si eis in hoc, quod peterent, possent complacere. Redeuntibus vero illis statuto termino ad eosdem fœneratores, ac ipsorum auxilium for eius efflagitantibus, ipsis *fœneratora*, ut communiter, responderunt: Si habeat is *pignora aurea vel argentea* sufficientia, parati sumus vobis complacere: Sin autem, detis *fidejussores* sufficientes, ipsa m curiam sequentes, nobis notos, à quibus nostras pecunias, quas vobis concedimus, absque litis dispendio termino statuendo recuperare possimus: Et *pro* nostro *interesse*, volumus *pro quadringentis florenis*, per qvatuor menses mutuandis, qvod pro *Obligati-quingentis florenis* vos *obligare* debeatis, *suo infido* sub pœnis & censuris ecclesiasticis, quas *a ac fraus* in se illi, qvi postulabant ipsas pecuni- *des*. as eis mutuari, antequam ipsis dictæ pecuniæ traderentur, à Dn. Auditore Cameræ ut communiter recuperunt.

Et sic in ipsa Curia fuit *longo tempore* observatum. Qvamobrem etiam ipsi fœneratores vehementissime ditabantur.

Et isti *obligati*, quia aliquando ex aliquo casu superveniente in statutis terminis non solvebant, *ducebantur ad carcres*, ac includebantur, nec non detinebantur in illis. Et cum hoc quoque publicè denunciabantur *excommunicati* in curia eadem. Et miris modis, ad instantiam eorundem fœneratorum, gravabantur principales debitores, si reperiebantur in eadem curia constituti: Si autem non, tunc in eosdem *fidejussores*, in eadem curia tunc præsentes, pœnæ hujusmodi per officiales ad hoc deputatos exercebantur, nulla juris vel æqvitatis *reos* exceptione valente juvare.

Qvidam vero ipsorum, etiam *nobiles curiales*, ne ita viliter incarcerarentur, quandoque in alienis domibus *latitabant*, quousque vel seipsos à fidejussoribus hujusmodi liberarent, seu per illos, pro quibus fidejusserant, redimerentur. *Ex Simoniacis arribus usu-*

Et super illis *usurariis* & etiam *simoniacis tractatibus*, super impetrationibus ecclesiarum & ecclesiasticorum beneficiorum in eadem curia factis, inter *rariis, lium suborta,*

Digitized by Google

diversas personas, ipsam Romanam curiam tunc sequentes, in curia prædicti Auditoris Cameræ *lites* continuæ & publicæ acsi licite hoc fieret vertebantur.

Numm. Lariis locupletat. Et tunc primum mercatores, *nummulariis* & *fœneratores*, dictam curiam sequentes, *incœperunt portare velles pretiosas*, vario & lerico ad instar vestium togarum & egregiarum personarum subductas & subtioderatas. Plures etiam eorum, qui prius erant aliorum famuli & egentes, *per talia villia lucra*, vehementer & subitò *ditabantur*.

Fœneratores ante Et quamvis *ante Papatum* dicti *Bonifacii* tales *fœneratores*, qui *in* eadem *curia Romana*, quantumlibet tunc pauci numero, reperiebantur, valde curiosi alibus essent *exosi*, & hominum exterminatione lœdati: Tamen propter *mercantiat*, quas *fecit* dictus Bonifacius, etiam apparenter & frequenter in *ditionibus* cathedralium ecclesiarum & monasteriorum, nec non aliarum ecclesiarum & riorum dignitatum, & quorumlibet ecclesiasticorum titulorum, & aliarum infe*rores* præ aliis honestis mercatoribus *fœnera*tunc *in* ipsa *curia honorabantur*. Quia ipsi *ne* ipsis tales mercantiæ fieri non poterant ita plene, sicut dictus Bonifacius allectabat.

CAP. VI.

De fomite odii inter Balthasarem & Regem Ladislaum.

ET dum hæc taliter currerent fierent que, dicto Bonifacio occasionem dante: Contigit, quod ipse rex *Ladislaus* duos fratres dicti Balthasaris, tunc etiam in partibus Neapolitanis *peraticam exercentes*, apprehendit, ipsosque capitali sententia condemnaret, sibi etiam bonis eorum omnibus confiscatis. Quod cum dictus Balthasar, tunc etiam existens in curia prædicta, in obsequio Bonifacii sæpe dicti, sentiret, permaxime contristatus extiterat. Et cum eodem Bonifacio, licet admodum difficulter ipsum juvante, modum reperit, quod tandem Rex præfatus ob preces ejusdem Bonifacii dictam capitalem sententiam immutando vitam ipsis fratribus condonavit.

Balthasaris fratres capitis damnati à Rege Sicilia.

Et ex hoc dictus *Balthasar contra* eo. *Hinc odium* eundem *regem* rancorem & odium quamvis *Balitercunque* concipere videbatur: Tamen illa *dissimulando*, sed ex tunc fervent*ius* cogitando, qualiter altiorem Sicilæ *in Regem* statum pertingere, & se posset contra præfatum regem *vindicare*.

CAP. VII.

Quomodo ad Cardinalitiam dignitatem evectus Balthasar.

Cardinalitiæ apex ornatus. UNde infra paucatempora in *Diaconatus Cardinalem S. Eustachii* per eundem Bonifacium creatus extitit *Interveniente*, ut communis fama in prædicta curia laborabat, *non modica pecunia quantitate*.

CAP. VIII.

Legatus Papalis qui factus ad Bononienses.

Legatus Papæ ad Bononienses confistit. ET successive per aliquot annorum intervalla *Legatus* factus est per dictum Bonifacium in eis dem civitate & comitatu Bononiensi, prout superius dictum est. Quod contigit duplici de causa.

Cur illam legationem Una, ut sic cessaret *infamia*, quam, detinendo in *concubinam* dictam *Catha-Bononien-rinam*, in Curia præfata contraxit, ipsa*sem ambierit.* fama ambi- maritum suum, tunc morantem Neapoli, sequeretur.

Alia causa fuit, quia tunc temporis filii & hæredes quondam *Joannis Galeatii*, *Ducis Mediolanensis* tunc defuncti, porenter tenebant ipsam Bononiam. Quam ipse Dux infra pauca tempora ante ejus obitum, per longam obsidionem, cum adjutorio Dni Caroli de Malatestis & *favore* quondam civium Bononiensium, acquisivit, ut quondam Fastinus Comes, tunc magnus capitaneus, potenter manu armata pro eidem

dem filiis illa tempestate gubernabat. Ipsique Bonifacius conabatur eandem civitatem recuperare, & sibi subdere qualitercunque. Sed defecit quodammodo in expensis ad hoc necessariis, ut etiam *in vire habili & potenti*, qui, ut *legatus* dicti *Bonifacii*, tam periculosum & grande onus vellet acceptare. Ipse vero *Balthasar*, sentiens se *pecuniis necessariis* ad opus hujusmodi peragendum bene fulcitum: Et interim quod Bononiæ morabatur, prout superius tactum est, *mores Bononiensis didicit*, sperando, quod illos propter divisiones & æmulationes, quæ inter ipsos ab antiquo viguerunt & vigent, per intermedias personas ad se de facili convertere posset: Dictam *legationem* acceptavit. Et etiam eundem *D. Carolum de Malatestis*, nec non Florentinum seu Florentem regentes officiales per grandia promissa, etiam effectu postea subsecuto, sibi attraxit.

CAP. IX.

Quo pacto Bononiam suæ potestati subjecerit.

QVo facto, *cum exercitu* de Roma versus *Bononiam accessit*. Quam hic, occupatam tunc etiam per juvante ipsum magnopere & instanter dicto Dn. Carolo, post periculosam & quodammodo diuturnam obsidionem ejusdem civitatis, de manibus ipsorum occupantium, rerum domina fortuna favente, quomodolibet acquisivit ac *recuperavit*.

Bononia obsedit & occupavit.

CAP. X.

De feroci imperio illius Bononiensi.

EX tunc *Dominus Bononiæ* vocatus est. Et fuit revera per plures annos postea in effectu. Nam *Bononienses*, & postea *Comitatenses*, seu habitantes in comitatu Bononiensi, ex tunc in *virga ferrea rexit*, & ibidem quæcunque voluit fecit. Nec aliquis cur sic faceret, dicere præsumsit.

Dominus Bononiæ dictus. Durum imperium ejus in Bononienses.

Interim autem tot *homines utriusq; sexus*, tam Bononienses, quam alios, quibus etiam *proditionis*, aut seditionis, vel aliorum *malefitiorum* culpas imposuit, de die in diem *mactari fecit*, prout adhuc est fama *Bononiæ*. Quod si omnes illi viverent, vix in aliquo parvo municipio seu oppido possent commode habitare.

Cives ab illo cæsi.

Et pluribus *mandavit licitoribus* seu *nigoldis*, qui executionem sanguinis in condemnatos capitaliter illic debebant facere, quod se subito expedirent, nullam habendo humanitatem vel misericordiam in perditione multorum.

Licitoribus crudeli. tas imperata.

Et ubicunque sciret aliquem *divitem probyterum*, vel *civem*, vel *judæum*, Bononiæ commorantem, illum exquisitis causis *nullatenus*.

Divites quocunq; pretextu mulctati.

Et si causas non invenit contra illos, tunc rogavit, ubi sibi tantam pecuniam *mutuarent*. Sed hæc *rogamina* fuere omnibus illis *periculosa præcepta*. Quia si illi rogati allegabant impotentiam, seu paupertatem, in hac etiam nullatenus profecerunt, sed opus erat facto, ut sibi traderent efficaciter, quicquid ab ipsis habere volebat. Et male pro illo, qui sibi in talibus resistebat.

Petitiones ejus, periculosa mandata.

Multas etiam *gabellas* illic redinvenit, quas addidit antiquis oneribus & gabellis, quæ illic per præfectos solvi consueverunt: Nihil, unde sibi lucrorum resultarent commoda, omittendo.

Onera reipublicæ pecuniaria auxit.

Hic etiam Balthasar, dum aliquis *forensis* transitum faceret per Bononiam, & aliquod emenium aut jocale portaret, quantumcunque modicum, si illud forte gabelliatoribus Bononiensibus, quia ab antiquo sunt, & sunt *valde importuni exactores*, statim non ostenderet: Permisit, ut bonis omnibus, quæ deferebat ille, propter ea spoliaretur. Et ablata per hujusmodi spolium fecit sibi adferri; Eaque, acsi lucra essent licita, usurpavit: Ad justitiam & Deum aut qualitates personarum, non habens respectum.

Exactiones iniquæ in peregrinos.

Pau-

Pauperes Burgenſes ad ſervitia compulit.

Pauperes verò, communitatem, ſeu *villanos*, ad incidendum & apportandum in eorum curribus & vehiculis propriis ſumptibus arbores magnas vel ligna, pro reformatione caſtrorum vel viarum, crebrius *angariavit*. Qvibus tamen unum hauſtum vini vel aqvæ propter hoc minime porrexiſſet. Et eis murmurantibus aliquando, dum hoc ſentiret, quod eos torqueri faceret aut deſtrueret comminabatur aperte.

Abiit, omni præmio.

Additis minis.

Et licet *Bononia* ſit civitas valde *magna*, egregia, & admodum populoſa: Scivit tamen ſubtiliter tenere modum,

Cenſus ex pane,

quod niſi in uno vel duobus locis *panis* vendebatur in illa, & coquebatur de grano, quod nomine *gabellarum* de frumento & grano *molentium in molendinis* Bononienſibus dietim recolligi fecit.

ex molis,

Nullus etiam civis Bononienſis, vel alius, auſus fuit aliquod *vinum* etiam *in groſſo* vendere, niſi ſuper hoc prius *licentiam* ab eodem Balthaſare, vel alio, qvem ſuper hoc deputaverat, *ſoluta* etiam ſibi *gabella*, exinde haberet.

ex vino, Licent.

Et *ab illis, qui molebant in molendinis*, extorſit *promptas pecunias*, & etiam tantum *de grano* vel frumento illuc apportato, quod ad minus tertiam partem de illo pro ſuo commodo reportavit.

Cenſus geminus ex molis.

Nec patiebatur, quod aliquis forenſis *in publicis hoſpitiis* Bononiæ alium *panem* comederet, niſi quem emerat illic, aut vinum aliud, quam de taberna illic emptum, ſub magna pœna bibere poſſet.

Hoſpitiorum publicorum vincula pro cenſu.

Cujus qvidem *vini*, qvod in tabernis Bononiæ vendebatur, *medietatem pro gabella ſibi vendicabat*, nec aliter potuit venundari.

Neque permiſiſſet inferri in Bononiam aliqua *victualia*, etiam *fructus, herbas, olera, ligna, fœnum & ſtramina*, de *victualibus* qvibus *in portis civitatis* ejusdem ante *hos* omnia *gabellam* non modicam non reciperet.

Cenſus ex victualibus, lignis, fœno & ſtramine.

Et certè *à ſcortis* etiam & *baratoribus, ſtramine*, ſcilicet, *luſoribus taxillorum*, nec non *fœneratoribus* Bononiæ, atqve de turpi eorum lucro *gabellas* extorſit.

Cenſus ex ſcortis, luſoribus.

Et adeo *ſolicitus & arguus*, puto, ne *fœneratoribus* in *talibus* repertus eſt, ſicut ipſe Balthaſar. Qvanto plus recollegit, tanto plus ſitivit ad habendas recentes pecunias. Nec aliquando *ſatiari potuit*.

fœneratoribus. Cupiditas Balthaſaris in exigendo.

Et ſemper *quod pauper eſſet*, cum aliquibus ſibi ſpecialibus loquendo, *querebatur*, niſi *poſtquam bene potabat*. Et *ſimulabat* tunc aliquando, calore vini impellente, quod eſſet auro valde dives, aut abundaret, permaxime ſe jactabat.

torqueâa pecunia labatur. vit ſobrie pauperitatem.

Sed antequam dictus Balthaſar Bononiam & ejus comitatum regeret, ut præfertur, *de Germania* & aliis partibus ad Bononiam venientibus, & *literas ſalvi conductus* alicujus principis ſecum deferentibus, de rebus, quas ſecum detulerunt, pro *gabella* Bononiæ qvicqvam *ſuſtulit*, exigi & recipi non conſuevit. Qvod, eo illic regente, ceſſavit. Sicut & *Verona* poſtquam illam Veneti occuparunt.

Immunitas conductus manorum

CAP. XI.

Unde ſimultates inter Balthaſarem Cardinalem, Bononiæ Dominum, ac Innocentium VII. Pontificem.

ETdum hæc agerentur, contigit dictum Bonifacium Papam decedere, ſibiqve *Innocentium VII.* ſuccedere. Qui quidem *Innocentius* poſtpoſtquam de *Roma* fugit ad Viterbium, *prout ſuperius tactum eſt, (VII. De ſchism. l. 2. cap. 36.) Quidam potentes cives Bononienſes*, ſecrete affectantes à jugo dicti Balthaſaris exonerari, inter ſe clanculo inceperunt pertractare, qualiter illud, quod mutuo in ea parte conceperant, ad effectum perducere poſſent.

Bononienſes ſolliciti de jugo Balthaſaris abjiciendo.

Et demum concluſerunt, qvod ad eundem *Innocentium* mitterent aliquos ex ipſis fide dignos, prout fecerunt, promittentes ei libere aſſignare dominium ejusdem civitatis: Et ultra hoc magnam pecuniæ quantitatem, ſi illic accederet, ibiqve ſibi curiam ſtabiliret, eveſtigio ipſi tradere vellent.

Innocentii Papæ opem implorarunt.

Et qvandoqvidem oblationem & promiſſionem dictus Innocentius libenter audivit, ſed negotiis ſuis in illa tempeſtate inordinate procedentibus, eam ita cito exequi non potuit, ut

Desertum Balthasaris consilium Bononiense.

volebat: Nec potuit *res illa* ita subinde tractari, quin dicto *Balthasari* detecta foret: Unde *indignatione & ira valde commotus*, illos, quos in ea parte suspectos habuit, in ipsorum personis & ære, nec non aliàs horrende nimium molestabat, atque mulctabat: Etiam contra ipsum *Innocentium*, quamdiu vixit, ex tunc gravem animum habendo, quem *parum curare videbatur*. Imo quod ipsi vellet opponere in omnibus, aliquandiu in curia ejusdem Innocentii fama fuit.

Simultas hinc orta contra Innocentium Papam.

CAP. XII.

Unde odium Balthasaris in Gregorium XII. Papam.

CUm autem dicto Innocentio, qui infra breve tempus postea decesserat, vir venerabilis *Angelus*, nunc *Episcopus Portuensis*, in illa obedientia successisset, *nec illi* etiam prælatus *Balthasar* effectualiter *obedire curaret*: Contigit, dictum Dn. *Angelum*, tunc Papam, quendam nepotem suum, nunc S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, ecclesiæ Bononiensis *Episcopum constituere. Quem Balthasar* admittere noluit, asserens, se *Gregorio fautibus Episcopatu motus* fuisse *Bononiensi* pro dictæ civitatis custodia indigere, quos per plures annos ante & post solicite recolligens, sibi totaliter usurpavit; postea Gregorio supra dictis, aut alteri cuicunque.

Balthasar Episcopum Portuensis, nec illi obedire curaret: Gregorio XII. Papam. *Episcopi Balthasar constituti rejecit Balthasar.*

CAP. XIII.

Quo studio & fine Balthasar Concilium Pisanum promoverit.

SEd dum postea dictus Dn. *Angelus* cum sua curia accessisset ad civitatem *Lucanam*, illa intentione, ut dicebatur, quod cum prædicto *Petro de Luna* juxta vota & promissa eorum, per cessionem mutuam, unionem facerent in ecclesia universali; prout etiam *in suis locis superius est declaratum*: Et in eadem civitate Lucana aliquandiu resedisset: Dictus *Balthasar* volens aliud pro alio forsan ostendere, videlicet, quod ipse ut dicta fieret unio, cordialiter affectaret, etiam *suos ambaxiatores*, ea de causa; prout fecerunt tunc multi potentes Italiæ, ad eandem civitatem Lucanam, *ipsi Angelo tunc Papæ destinavit*, exhortando ipsum scriptis & magnis promissis, ut omnino vota & promissa sua in ea parte efficaciter attendere vellet.

Colloquia inter Gregorium XII. & Benedictum XIII. in urbe Lucana instituenda. *Balthasar missi Legatos ad Gregorium XII. Cessantem à Papatu suasit Gregorio Papæ. Legatos Balthasaris rejudavit.*

Ipse autem Angelus tunc modicam fidem præstati Balthasaris exhortationibus, scriptis & promissis hujusmodi exhibuit; Existimans forte, quod non procederent puro corde. Quod cum ipsi *Ambaxiatores* ejusdem *Balthasaris* qualiterunque sentirent, valedicto Pontifice recesserunt.

Propter quod etiam dictus *Balthasar* contra prætatum Dn. Angelum, tunc Gregorium, *in iracundiam magis accensus*, extunc ipsum incæpit animosius, ubi potuit, impedire: Cæterosque dominos Cardinales, tunc existentes Lucæ, cum prædicto Angelo, tunc Gregorio, ut, eo dimisso, ad civitatem Pisanam accederent, etiam dictis & promissis grandibus, per intermedias personas solicitare.

Gregorio infensum. Balth. *Concilii Pisanum ursit.*

Et cum prædicti Dn. Cardinales, paucis exceptis, ad eandem civitatem *Pisanam*, dicto Domino Angelo per eos dimisso, postea declinassent, ad habendum tractatus super unione ipsa, qualiter facturi essent, ut res tanta, si Deo placeret, sperarum sortiretur effectum: Cum plerisq; ex Dominis Cardinalibus Petri de Luna, prælatus *Balthasar* medio tempore *tractavit cum Florentinis*: Qui tunc habuerunt etiam, non tamen absque consilio & auxilio dicti Balthasaris, prout adhuc habent & *tenent*, eandem *civitatem Pisanam*, cum municipiis & castris ejusdem: Durantibus tractatibus ipsis, dictos tractatus, & alia omnia, quæ sequentur exinde, tuto & absque impedimento aliquo in eadem civitate perficere possent.

Cum Florentinis egit pro Pisis Concilio celebrando, cedendi.

Donan-

Digitized by Google

Cardinales corrumpendo abſtraxit à Gregorio.

Donando etiam, in odium dicti Domini Angeli, tunc Gregorii, *certas pecuniarum ſummulas*, in ſubſidium expenſarum aliquibus ex *Cardinalibus* ipſis, quos magis conſpexerat talibus indigere. Per quos allecti fuere etiam reliqui antiqui domini Cardinales, qui usq; tunc Lucæ cum præfato Domino Angelo, tunc Gregorio, remanſerunt: Quod, ipſo ſimiliter dimiſſo, ad eandem *civitatem Piſanam*, ad eorum confines, unanimiter acceſſerunt.

Concilii Piſis indictum.

Et demum *ibi generale Concilium* convocarunt illudque ſucceſſive celebrarunt, & alia multa fecerunt, *prout ſuis locis ſuperius* (in lib. de Schiſmate) *credo eſſe traditum copioſe.*

Eſt enim dictus *Balthaſar* ſatis *aſtutus*, & juxta curſum temporis ſciens ſe habere, ſive proſpera ſint vel adverſa.

CAP. XIV.

Qua arte munita caſtra & arces occupaverit.

Ubi hac cautela uſus eſt. Fecit enim illuc adduci panes, carnes, nec non vinum in copia, cum quibus illo ſero dicto exercitum bene pavit. Et interim quod coquebantur carnes, ille circum circa dictum caſtrum excubias fieri juſſit, ne quis dictum caſtrum exire, vel illud ingredi poſſet, quin ſtatim per ſuos, illic ad cuſtodiam poſitos, caperetur.

Poſtquam autem ipſe & dictus exercitus avide comederunt, eis inebriatis, ad impugnandum dictum caſtrum in diverſis locis illico acceſſerunt. Cum quibus ipſe Balthaſar exiſtens perſonaliter, *unum foſſatum* dicti caſtri, quorum duo habebat in circumferentia, aqua repleta, invitis prædicti caſtri cuſtodibus, intrinſecus, & contra iſtos extra id lapides projicientibus, & ſagittantibus, & deinde *ſecundum* violenter ſuperarunt. Sicque factum extitit, quod dictum *caſtrum* illo ſero dictus *Balthaſar* taliter *acquiſivit*. Et ſui illud, appoſitis ſcutis ad mœnia, vehementer incurrunt. Ubi tamen aliqui eorum ictibus lapidum de alto contra eos miſſorum morte præcipitati in terram corruerunt.

Dictusque *Balthaſar etiam aliqualiter ibi tactus* cum quodam *lapide* in pede fuit. De quo tamen, exultando de tanto per eum habito lucro, non curavit. Et mane facto etiam *ax* ſeu *Rocka* prædicti caſtri, quæ erat bene fortis, expacto ad manus ipſius Balthaſaris pervenit. Et ſic lætus ab inde receſſit.

Ex quibus patet, quod idem Balthaſar audebat *aggredi terribilia*, ut præmittitur, in minoribus conſtitutus.

CAP. XV.

Quod in Pisano Concilio spes ad Papatum illi adspiraverit. Et quomodo electionem Alexandri V. promoverit.

Postquam autem ad hoc deventum *in* eodem *Pisano Concilio* fuerat, quod dicti *Angelus* & *Petrus* à Papatu, quem quilibet eorum se habere prætendebat, hinaliter amoverentur, & immineret novi summi Pontificis secundum determinationem dicti Concilii

In Concilio Pisano fit assultBalthasari ad Papatum. Declinavit tunc Papatū. Commendavit ad Papatum Petrum de Candia Cardinal.

electio facienda, *tangeretur* quoque per aliquos multis rationibus, *ut dictus Balthasar tunc eligeretur in Papam.* Quod cum sibi constaret, respondit, quod illud non expediret, sed sibi videretur esse magis utile ac conveniens ea vice, quod dictus *Petrus de Candia, presbyter Cardinalis*, eligeretur in Papam, Quia esset vir apprime literatus, & ætate grandævus ac bonæ famæ, & de Græcia oriundus. Ita quod non haberet aliquos, sibi carnis identitate conjunctos, per quos Romana ecclesia gravaretur. Quem si eligerent, vellet fi- *Promissa* deliter omnibusque modis, quibus pos- *Balthasar* set, dirigere atque juvare, ut urbem *via ad pra-* & alias terras ecclesiæ Romanæ in pro- *movendū* vincia Patrimonii Beati Petri in Tuscia, *Alexan-* & etiam alia temporalia & regalia ipsi- *drum V.* us ecclesiæ, violenter & injuste occupata, recuperaret ab illicitis detentoribus eorundem.

Sicque præfatus dominus *Alexander*, mediantibus persuasionibus & promissionibus hujusmodi, ibidem *Pisa* per e- *Alexan-* lectionem Dominorum Cardinalium *der V. Pi-* in *Papam fuit assumtus.* *sis electus.*

Quæ quidem electio de ipsius *Concilii Pisani* expressa voluntate & consensu processit.

Sed ipse Dn. Alexander Papatum modico tempore possidebat.

CAP. XVI.

Qua via effecerit, ut Roma Regis Ladislai manibus eriperetur.

Ipse vero Balthasar tentando & solicitando tunc temporis *Paulum de Urs-* *sinis* supra dictum, ut *Regem Ladisla-* *vum*, etiam Tuperius notatum, qui tunc urbem ipsam tyrannice occupabat, inde vi expelleret: Eum sibi in hoc favorabilem reperit, tamen *magna pecu-* *nia mediante* data per ipsum Balthasarum manu aliter Paulo memorato.

Vid. Libr. de Schismate. Cum Paulo de Ursinis auri ape transegit de Roma recuperanda à manibus Regis Sicilie.

Expulsis igitur officialibus dicti regis Ladislai ab urbe prædicta per eundem Paulum, violenter urbem ipsam dictus Paulus ejusdem Alexandri Papæ ditioni subjecit. Tamen ipse Paulus postea, quæcunque voluit, in ipsa urbe dispposuit. Alexandro & postea Joanne vicesimo tertio prædictis præsidentibus cathedræ Piscatoris.

Romanam vēdidit Ursinus Alexandro.

CAP. XVII.

Qua arte impediverit, ne Papa Alexander Romam peteret. Et quo pacto Bononiam eum pellexerit.

Sed cum nova de hoc ad civitatem Pistoriensem, in qua tunc dictus *Alexander* cum sua curia residebat, in professo circumcisionis Domini delata fuissent: Dictus *Balthasar*, etiam existens in eadem civitate, noluit, imo pertinus dissensit, quod idem Alexander Papa dictam Curiam ad urbem ipsam ea vice transferret, illucq; accederet, prout communiter fieri consuelebant, quodque sic fieret; similiter Romani sperabant. Afferens dictus Balthasar, quod pro recuperatione urbis ejusdem & quarundam aliarum terrarum in eadem provincia patrimonii B. Petri in Tuscia magnos sustinuisset labores, & pecunias non modicas expofuisset: Adjiciens etiam, quod ipse recedens de *eum* pe- *Bononiam* Bononia, causa veniendi ad dictum *lexit.* Concilium Pisanum, Bononiensibus promisisset, quod absq; Papa illuc non rediret, nisi illum secum reduceret, & si

Romam petere dissuasit Balthasar Alexandro.

Digitized by Google

ſi contrarium fieret, timebat, quod prædicti Bononienſes ipſum impie trucidarent.

Perſuadendo eidem Alexandro, quod ageret conſultius eundo ad eandem civitatem Bononienſem, ubi poſſet tuto manere, & pro voto conſequi ea, quæ deſideraret habere.

Calida promiſſa.

Ipſeque Balthaſar promiſit dicto Dn. Alexandro Papæ, & Dn. Cardinalibus, quod etiam in augmentum expenſarum ſe vellet ipſis reddere liberalem.

Sed *qua intentione* hoc fecit incertum eſt. Veruntamen pleriſque autumant, ſe illud *dolo* feciſſe, *ut per qualitacunque media pervenirent ad Papatum*, ſicuti exitus acta probavit.

Via occulta ad Papatum quæſita.

Sicque prædicti, Alexander Papa, & domini Cardinales, qui cum eo erant in eadem civitate Piſtorienſi, *perſuaſionibus & promiſſis* hujusmodi prædicti *Balthaſaris indulſi*, in illo indiſpoſito & friſ-

Bononiam commeavit Alexander V.

gido tempore hyemali, per aſperos montes & vias terribiles inter Piſtorium & Bononiam, tunc repletos glacieibus & nivibus, de ipſa civitate Piſtorienſi ad Bononiam acceſſerunt.

Quibus quidem Dominis Cardinalibus, illuc advenientibus, ſingulis videlicet eorum dictus Balthaſar aliqua vina & ligna & ſimilia donavit, ſatis tamen exilia reſpective, & quæ modico tempore conſumi poterant per eosdem.

Exilia munera impertivit Cardinalibus Bononiæ.

Dictoque *Alexandro providit munuliter de expenſis*, ſatis tamen tenuiter & remiſſe. Et ei adjunxit quosdam cubicularios, & alios domeſticos. De quibus dictus Alexander Papa, ut dicebatur, non erat bene contentus. Sed contradicere non præſumſit, ne ipſum Balthaſarum contra ſe in iracundiam provocaret.

CAP. XVIII.

Quibus gradibus ſedem Papalem conſcenderit.

Alexander Bononiæ mox obiit.

Balthaſar diſſimulavit Papatus ambitionem.

Commendavit alium Papam.

POſtquam autem dictus *Alexander Papa* infra pauca tempora, ſcilicet in principio menſis Maji, ibidem *Bononiæ deceſſiſſet*: Dictus Balthaſar ſimulans, ſeu *fingens, ſe non curare quod eligeretur in Papam*, etſi, ex induſtria, & qua intentione hoc proceſſit, etiam incertum eſt: Unde rogabat plerosq; ex eisdem Dominis Cardinalibus, quod Romæ Dominum *Conradum*, titulo ſancti Chryſogoni *presbyterum Cardinalem*, *Meltheſem* vulgariter nominatum, natione *Neapolitanum*, in Papam eligerent.

Qui licet eſſet in ſe bonus, erat tamen quaſi omnino illiteratus, nec non valde groſſus & indiſpoſitus ad Papatum.

Et quia tunc Dominus *Ludovicus, Rex Siciliæ* nominatus, magnam paravit claſſem per mare, cauſa regnum Siciliæ ante dictum, quod tunc præfatus *rex Ladiſlaus* tenuit, acquirendi, quam per mare de Marſilia per ripariam Januen-

sem tunc temporis deſtinabat: Qui percipiens, quod dictus Alexander Papa obierat, & ſucceſſoris electio inſtanter imminebat, quendam *ambaxiatorem ad Bononiam deſtinavit recommendando* dictum *Balthaſarum* præfatis Dominis Cardinalibus, & præſertim de Gallia oriundis: Et rogando, quod illum Papam eligerent. Quia ſperabat, ſe in acquiſitione dicti regni, cum adminiculo ipſius Balthaſaris ſi efficeretur Papa, indubie proſperari.

A Ludovico Rege commendatus Balthaſar ad Papatum.

Cur hoc fecerit Ludovicus Rex.

Sicq; dictus *Balthaſar* poſtquam præfati Cardinales ad eligendum novum ſummum Pontificem, conclave, more ſolito intraverunt, paucis diſcurſis diebus tantum, pro ſe & aliis multis *infeliciter electibus fuit in Papam*, & ipſo feſto S. Urbani Papæ inſignibus Papalibus decoratus ſeu *coronatus, per Bononiam publice inceſſit*, per vicos & plateas equitando, prout moris eſt ſummorum Pontificum in die coronationis eorundem.

Balthaſar Infeliciter in Papam eligitur. Bononiæ Coronatur.

CAP. XIX.

De primis ejus in Papatu infortuniis.

Digitized by Google

ET infra paucos dies postea ingrata nova recepit idem Balthasar, qualiter galeæ & naves dicti regis Ludovici, quas versus ipsum regnum Siciliæ destinavit, cum hominibus tunc existentibus in eisdem, usque ad numerum octo millium, vel circiter, in prædicta riparia, prope portum Veneris, seu in illa plaga maris, per nautas & auxiliatores dicti Ladislai expugnatæ, & quædam ad Januam, reliquæ vero ad Neapolim abductæ fuissent.

Ludovici Regis, Promotoris Balthasaris fractus navalis.

Urbes Romandiolæ

Et etiam illa tempestate civitates *Faventia* & *Forolivienses*, & quædam alia loca insignia & fortia, quæ in *Romandiola* usque tunc dictus Balthasar occupabat, per quosdam hostes & æmulos suos recenter & violenter occupata fuerunt, in hoc domino *Carolo de Malatestis cooperante.*

defectus a Balthasare.

Propter quod dictus Balthasar valde dolebat, ex tunc parum in stipendiariis, qui commissa recuperarent, confidendo. Quia frequentius eorum segnitiem & infidelitatem, dum cum eis ante Papatum suum existeret, expertus.

CAP. XX.

Quod pacem inter regem Poloniæ & Magistrum Teutonicorum conciliare detrectaverit, multisque cædibus insecutis campum apertum reliquerit.

ET illa tempestate dictus Balthasar, quam plurimis scriptis & dictis quorundam magnæ auctoritatis virorum, ad pacem *& concordiam inter Dominum Wladislaum regem Poloniæ*, nec non majorem Principem Lithoviæ ac dominum Prussiæ *ex una parte*, & pro tunc *Magistrum atque Fratres hospitalis sanctæ Mariæ Theutonicorum Hierosolymitanorum*, qui Domini Prussiæ & Livoniæ nominantur, *ex altera parte*, caritative admonitus, ut se interponere dignaretur, ne ad conflictus & guerras, nec non alia mala & sæva, quæ bella parturiunt, pervenirent.

fratres ordinis Teutonicorum.

Mediator belli quæsitus Balthasar Papa.

Mediatoris officium neglexit.

Et quia dictus *Balthasar se non interposuit pro hujusmodi concordia* tempestive inter easdem partes, tunc inimul discceptantes: Contigit eodem anno die decimo quinto mensis Julii, scilicet in festo divisionis Apostolorum, quod *Rex Polonia* prædictus, prope terras ipsorum magistri & fratrum castrametatus, cum valde potenti exercitu ipsam *Prussiam*, ad comprimendam, si posset viole inter ipsorum Magistri & fratrum audaciam, vellet intrare.

Arrogantia ordinis Teutonicorum.

Poloni Prussiam invaserunt.

Cui occurrentes illic prædicti Magister & fratres, etiam valido stipati exercitu, circa horam tertiam ipsa die præliari fortiter cœperunt. Ubi fortis impegit in fortem.

Cæs. Magister & fratres.

Sed *Magister & Fratres* prædicti infelici omine pugnantes subito *devicti* fuerunt, fugientibus ab ipsis multis militibus de ipsorum exercitu memoratis. Ubi prædictus Magister & multi alii ex fratribus prædictis in bello hujusmodi mortui ceciderunt.

Quod contigit eorum *causante superbia.* Misit enim eadem die de mane prædictus Magister, in grandi multitudine dicti sui exercitus confisus, & quasi de victoria certus, *minendo illi duos ensis evaginatos*, in signum, quod utique cum eo pugnare vellet, quos rex ipse animose recepit, plus ad bellandum cum ipsis fratribus accensus.

Ubi tunc & infra paucos dies postea, ut fama erat, propter hujusmodi guerram ultra sexaginta millia hominum ceciderunt.

Sed quot castra, oppida, villæ campestres, per ipsos *victores Polonos*, in eadem Prussia, illa tempestate durante, ignis incendio & aliis devastatæ fuere, & quod alia terribilia mala ex illis guerris tunc temporis prodierunt, esset longum seu tædiosum calamo exarare.

Sed tandem partes ipsæ, mediante bonæ memoriæ *Joanne Episcopo Herbipolense*, viro venerabili, qui in succursum eorundem fratrum cum competenti exercitu illo tempore transivit ad Prussiam, *amicabilis compositio* facta fuit, vel saltem treugæ ad tempus aliquot firmatæ. Ita quod per illas omnes

Episcopus Herbipolensis mediator.

Digitized by Google

innes captivi de exercitu Prutenorum à captivitate hujusmodi liberati fuerunt: *Promiſſa* quoad fratres ſuperſtites dicti hospitalis domino regi Poloniæ prædicto *magna pecuniæ quantitate*, pro redemtione ipſorum captivorum, nec non recompenſatione expenſarum & damnorum, per ipſum Dominum regem præmiſſorum occaſione paſſorum.

Quibus ſic geſtis, & ad notitiam dicti Balthaſaris deductis, tunc primum illic ad ipſos Dominos, Regem & fratres, quendam ſuum *oratorem deſtinavit*, licet tarde, exhortando illos ſuis literis, ut pacem inter ſe ſtabilire & inviolabiliter obſervare curarent.

Novum bellum inter Polonos & ordinem Teutonicorum.

Cumque poſtea dicti fratres etiam præfatam *compoſitionem amicabilem*, ut fama publica divulgabat, nollent obſervare, imo dictum Dominum Regem Poloniæ contra ipſum multifarie molestarent: Dictus Dominus Poloniæ ex hoc indignatus, grandem iterum collegit exercitum. Cum quo contra eosdem modernum Magiſtrum & fratres ad Pruſſiam transitum fecit anno M. CCCC XIII, in æſtate, plura illic caſtra, oppida & villas tunc etiam deſtruendo.

Pacis per

Tandem mediantibus quibusdam magnæ auctoritatis viris, partes ipſæ ſuper quæſtionibus omnibus, inter eas tunc pendentibus, ad ſereniſſimum Principem Dominum *Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem*, in alto & basso *compromittere* curaverunt. Qui dicto accepto compromiſſo, æquum dicitur tuliſſe *arbitrium* inter partes. Quod, ut etiam fama eſt, ipſi moderni Magiſter & fratres, obſervare non curant. De quo niſi magnum inconveniens ſequi poterit, ut timetur.

rem Sigismundum compoſita.

Et quod noviſſima compoſitio ſeu concordia fieret, ipſe Balthaſar, tunc Papa, exiſtens Bononiæ, per alias ſuas literas, *paulo ante, quam iter arripuit verſus Conſtantiam*, per venerabilem patrem Epiſcopum Gnetznenſem, & poſtquam multa & grandia damna partes ipſæ hinc inde ſuſtinuerunt occaſione guerræ hujusmodi, cœpit exhortari. Quarum vigore treugæ, quæ adhuc durant inter partes, factæ ſunt.

Sero hanc *tionem ad* *ſuſcepit Pa-* *Balthaſ-* *me ante* *iter ad* *Conſt.* *Concilii.*

Merito etiam, communi judicio referentium, prædicti fratres ad verſitates & damna hujusmodi ſuſtinuerunt: Quia confidentes in multitudine divitiarum ſuarum, & fortitudine terrarum, & plebis ſibi ſubjectarum, regem ipſum Poloniæ, quem, rebus ordinarie procedentibus, tanquam bonum vicinum eorum & devotum Chriſticolum honore omnique favore proſequi debuerant, econtra ipſum ſuosque fideles & ſubditos in perſonis & bonis eorum deſtruere, inconſultis motibus, ſeu malo ducti conſilio, attentarunt.

CAP. XXI.

De tractatu inter Balthaſarem Papam novum & Carolum de Maleteſtis Gregorii XII. nomine, de ceſſione à Papatu.

Carolo de Malateſtis effectum arrhavivit Papa Balth.

Quæſivit etiam idem *Balthaſar* ſummopere, qualiter Dn. *Carolum de Malateſtis* ſibi attrahere poſſet; Promittendo eidem, quod, ſi ipſum *Balthaſarum pro Papa tenere* ſibique fideliter adhærere vellet, ipſe ei ſuisque mitanda faceret.

Sed fruſtra.

Ad quod dictus *Carolus flecti non potuit*: Aſſerens, quod, licet ipſum Balthaſarum, in minoribus conſtitutum, ſcilicet dum eſſet Cubicularius dicti Bonifacii & Legatus Bononiæ, dilexiſſet, eum etiam tunc juvando pro poſſe: Verumtamen *ipſum pro Papa non tenere*, nec ſal- va conſcientia pro tali tenere poſſet. Sciens, ipſum omnino fuiſſe & eſſe indiſpoſitum ad Papatum.

Carolus de *ſtis Baldthaſarum*

Nihilominus rogando ipſum Baltha- ſarum frequentius, per intermedios nuncios, quod ejus tali quali *Papatui conderet*, cum poſſet, ad hoc, quod vera unionem in ipſa univerſali eccleſia, ſi datum à *Papatu* eſſet deſuper, ipſo *Balthaſare* mediante, ſequeretur: Aſſerens, quod ſi dictus *Balthaſar* hoc faceret cum effectu, ex hoc ſibi gloria & honores magni accreſcerent.

pro Papa *noluit* *agnoſcere* *Conſonum*

serent: Et tunc etiam dictus Dn. Carolus cum favore, quo posset, ipsum prosequi, & juvare contra quoslibet æmulos ejus, vellet,

Quod aliquando idem *Balthasar se Finxisse affirmavit*, & quandoq; negavit, diversis scriptis suis, quæ legebam. *thasaru.*

CAP. XXII.

De bello Balthasaris Papæ contra Ladislaum Siciliæ Regem Gregorii XII. fautorem.

TAndem dictus Balthasar videns quod in his tempus redimeret inutiliter cum Dn. Carolo memorato, *ira commotus*, disposuit in mente sua ad eandem urbem accedere & bellum sive guerram contra eundem *Ladislaum regem, qui dictum Dn. Carolum fovebat*, assumere. Sperabat enim, se, juxta qvosdam tractatus secretos, quos habebat in eodem regno Siciliæ, ipsum regem Ladislaum abinde repellere, nec non præfatum Dn. Ludovicum regno infra paucà tempora deputare.

Bellù susceptum contra Ladislaum Siciliæ Regem Gregorii fautorem,

Et super hoc magnum exercitum armigerorum secum duxit ad eandem urbem. Et illum ad fines Campaniæ, juxta introitum ipsius regni, versus Capuam seu prope Cepanum destinavit.

Sed præfatus *rex Ladislaus* econverso non minorem exercitum ad obviandum hostibus recollegit. Qvem prope castrum, *Arx* nuncupatum, in quodam loco distante forsan per qvinqve vel sex milliaria Italica ab illo exercitu prædicto, collocavit. Sed istos exercitus mediavit qvidam fluvius seu amnis, qui semper satis impetuose aquis vehementibus fluit.

Cumqve ibi per aliquot dies, tempore vernali, dicti exercitus, unus ab isto & alius ab alio latere dicti fluminis permansissent, Capitanei exercitus eorum, Balthasaris & Ludovici Regis, qvadam die *Mensis Maji*, circa vesperam, improvisis hostibus, prædictum flumen transiverunt, ipsos hostes, dum cœnare vellent alacriter invadendo. Et resistentes eis hostes hujusmodi, quosdam ceperunt, qvosdam vi repulerunt seu fugarunt, pedestres & equestres, in magna copia. Inter qvos erant aliqvi magni capitanei, & etiam quam plures comites & barones, nec non aliqui alii proceres, ad ipsum Balthasarem captivi posita deducti.

Prima victoria Balthasaris.

Et dum hæc agerentur, prædictus Ladislaus rex, videns suos in illo conflictu deficere, abinde consulendo sibi ipsi ad castrum, *Roccasicla* nominatum, consistens in quadam rupe altissima & non multum distante ab eodem loco conflictus, cum paucis de ipso ejus exercitu aufugit, timens, qvod dictus exercitus eorum, Balthasaris & regis Ludovici, eum continuè sequerentur, nec non, qvocunqve deveniret, obsiderent.

Fuga Ladislai Regis Siciliæ.

Dicti autem Capitanei, & eorum socii de prædicto exercitu eorundem, Balthasaris & Regis Ludovici, videntes, in dicto loco conflictus, quam plura *vasa aurea & argentea posita in mensis*, ubi rex ipse Ladislaus cœnare debebat, *ne illa prædicta amitterent*, præfatum regem Ladislaum, & alios, de exercitu suo *fugientes, tunc ulterius prosequi non curabant. Sed vasa* ipsa *aurea*, banderia dicti regis Ladislai, & cujusdam legati dicti Domini Angeli, tunc Gregorii, existentis cum eodem rege Ladislao in illo conflictu, nec non plures equos, & devictorum hostium arma ceperunt, inter se hujusmodi spolia dividendo.

Auri fulva fore capti milites Balthasaris, in castrum ciuitatem quam fugientes involarunt.

Sicq; dictus Ladislaus, nemine ipsum ulterius persequente, illud grande imminens sibi periculum tunc evasit.

Et interim quod illa fiebant, Rex Ludovicus præfatus & Dominus Cardinalis S. Angeli, natione Romanus, qui eis aderat legatus ejusd. Balthasaris in eodem loco, ubi prius dictus exercitus præiatorum Balthasari & Regis Ludovici, ab alio latere dicti fluminis collocatus exiterat, ut præfertur, permanserunt. Sed nescio quare. Nisi forsan tle contequenda victoria contra eorum hostes hujusmodi dubitabant. Tamen finaliter

ter ipſa victoria contra eundem Ladislaum regem ipſius Balthaſaro & Ludovico parata erat, ſi eorundem, Balthaſaris & Ludovici regis capitanei & exercitus præfatos adverſarios acriter perculſiſſent, & non *ad prædandum* ita repente *avidi & intenti* fuiſſent. Nec habet ibi locum: *Quam bene pugnatur, & quam bene ſternitur hoſtis.*

Amor prædæ perdidit alteram victoriam.

Spolia Roderia in ſignum victoriæ ad *Romam transmiſſa* fuerunt. Quæ ipſe Balthaſar de turri Baſilicæ principis Apoſtolorum de urbe prædicta, in altum publice poni fecerat, ut ab omnibus dictam Baſilicam intrantibus & exeuntibus viderentur.

portavit Balthaſar Papa.

Et demum *proceſſione ſolemni facta* in ipſa urbe per eundem Balthaſarum cum Dn. Cardinalibus & aliis prælatis multis, idem Balthaſar ad majorem confuſionem regis Ladislai & Dn. Angeli, tunc Gregorii, præfatorum, ipſa *banderia in luto*, in contemptum, retro dicta proceſſione *publice trahi fecit.* Quod tamen diſplicuit multis Curialibus, & aliis, magis mature res illas fortuitas videntibus, & aſſerentibus, *quod tales deſtellus nil facerent ad propoſitum*, niſi quod eorundem, Ladislai regis ſuorumque auxiliatorum animos, ad reſiſtendum adverſariis magis viriliter, & ad offendendum eos vehementius provocarent.

Ignominioſus ſtolorum uſus.

Arrogantia victorii, principium ſtragis.

Poſtea vero, eodem rege Ludovico ad Gallias redeunte, & in ejuſdem anni revolutione, quaſi illo tempore ſicut fuit ille conflictus prædictus, *rex Ladislaus dolo cepit quendam potentem Capitaneum dicti Balthaſarus*, & ſibi ſatis infeſtum, habentem aliqua fortalitia contigua terris Ladislai prædicti, quem incarceravit, & donec ipſe Ladislaus rex cum eodem Balthaſare concordavit, continuo detinuit captivatum.

Melior belli fortuna aſſiſtit Ladislao Regi.

Et poſt hoc quendam potentem Capitaneum ipſius Balthaſaris, nominatum *Fortza*, pecunia circumvenit, illumque ſibi attraxit. Et tunc præfatus Balthaſar cœpit de potentia ſua diffidere, quod eundem Ladislaum Regem deinceps vincere aut debellare non poſſet, *propter inconſtantiam & avaritiam Capitaneorum* ipſius Balthaſaris, in quibus tractu temporis defecit.

Quod conſiderans dictus Ladislaus rex, *in principio moſis* miſit exercitum prope Romam, ſatis tamen inutilem & imbellem, qui monaſterium moniallium S. Agnetis, extra muros urbis, intravit. Et poſtquam ibi pernoctavit, mane facto de ipſo monaſterio usq; ad portam præfatæ urbis, quæ reſpicit prædictum monaſterium, ac ſi illam violenter ingredi vellent hoſtes, ipſi unanimiter acceſſerunt, & quaſi nullam reſiſtentiam illic invenerunt, niſi quod quidam parvus capitaneus Theutonicus, qui ad ſtipendia dicti Balthaſaris militabat, dum præfatus exercitus ad ipſum monaſterium eadem die rediret, inſequendo eosdem hoſtes, aliquos equos violenter cepit ipſorum, & abduxit ad urbem.

Ladislaus oppugnavit Romam.

Prædictus autem *Paulus de Urſinis*, qui tunc etiam erat magnus *capitaneus* ejusdem *Balthaſaris*, in eadem urbe tunc exiſtens, quia ſocios ſuos illa vice non habuit, ſecum forſan omnes, & de quibus poſſet confidere, contra hoſtes ipſos pugnare non audebat. Sed tamen, quocunq; iverant in diſtrictu Romano, eos ſequebatur à longe, forſan illa intentione, quod ſi oportunitatem invenisſet, cum ipſis bellum iniſſet.

Qvibus taliter actis, ipſe Balthaſar qualitercunq; ad vindicandum ſe contra prædictum Dn. *Carolum de Malate. In odium ſtii*, Dn. *Cardinalem de Urſinis crevit lega- Caroli de tum ſuum in Marchia Anconitana & in Malate- Romandiola.* Et cum illo deſtinavit *ſtii ſanto-* competentem exercitum, cujus capita- *rii Gregoneus* generalis erat dictus Paulus de *rii XII.* Urſinis. Qvi ad illas partes venientes, *Urſinum* & forſan credentes, contra ipſum Ca- *crevavit* rolum ſe pro dicto Balthaſare multa *Cardina-* facere poſſe, tamen in illis etiam ſpe *lem Bal-* ſua fraudati fuerunt. Dictus enim Dn. *thaſar.* *Carolus* adeo *prudenter & potenter eis reſiſtebat*, quod vix manus ſuas domum cum rebus & perſonis eorum evaſerunt.

Digitized by Google

CAP. XXIII.

De novis Cardinalibus à Balthasare creatis, ut se in Papatu muniret.

NEc etiam juvit eundem Balthasarum, quod eo tempore, quo prospere contra eundem Ladislaum regem sibi succesſit in guerris ante dictis, *multos Cardinales*, quosdam scilicet *proceres, & alios magnæ literaturæ, de novo creavit*: Asserens, quod per hoc se *armos & scientia* vellet peramplius com-*re pro suo* munire: Ipsamque urbem & ejus distri-

Nova præsidia à Balthasare pro suo Papatu quæsita ex doctrina novorũ Cardinalium.

ctum potenter tunc teneret. Quoniam per ipsum Ladislaum regem ejusque auxiliatores, subditi & fideles dicti Balthasaris, & præsertim in ipsa Romandiola, Campania, nec non Tuderto, Æmilia, & quibusdam aliis terris ejusdem Romanæ Ecclesiæ habitantes, plurimum vexati, in personis & bonis eorum,

CAP. XXIV.

De Sophistica pecuniaria Balthasaris, magna auri summâ Regem Siciliæ Ladulaum à partibus Gregorii abstrahendi sibique devinciendi.

PRopter quæ dictus *Balthasar, mente consternatus*, reperit modum *cum* dicto *Ladulao rege concordandi, medi antibus pecuniis*, & quibusdam magnis promissionibus, per ipsum Balthasarem præfato regi Ladislao per aliqvos mediatores factis,

Insidiis aureis victus Ladislaus Rex Siciliæ, & à partibus Gregorii abstractus.

Sed qvantæ fuerunt illæ pecuniæ, & qvales erant ipsæ promissiones, pauci noverunt: Sed diversi de hoc diversa loqvebantur. Audivi tamen de qvodam tunc obedientiæ dicti Dn. Angeli tunc Grégorii, qvod idem *Balthasar* dictum *Ladislaum regem*, ut ab ipso Angelo tunc Gregorio recederet dictumq; Balthasarum pro Papa deinceps haberet, cum *summa centum millium florenorum*, sibi per qvendam Florentinum per ipsum Balthasarem *transmissorum sophisticasset*. O misera pecunia, etiam qvales & qvantos in illis partibus corrumpere aut decipere consvevit, ut sæpe de fide ad perfidiam declinarent.

Et qvando pax seu *concordia illa* sic *sub nive facta* seu cooperta fiebat, adhuc Dn. Angelus tunc Gregorius cum suis Cardinalibus & curialibus in civitate *Cajeta* maritima, non remote ab ipsa Campania, sub protectione ipsius Ladislai regis residebat, tamen hujusmodi *tractatum concordiæ in principio penitus ignorabat*.

Et dictus rex Ladislaus illa tempestate ad eundem Dn. Angelum tunc Gregorium, quadam vice veniens, depositò caputio seu pileo de capite, ipsum dominum Angelum, tunc Gregorium, more solito honorabat: Dictus vero Dn. Angelus, tunc *Gregorius, de praedicta concordia secrete informatus*, cidem regi publice dixit: *Carissime Dn. Rex, quare cum adversario meo concordastis, me inscio penitus & exclusò?*

Insidias illas sensit Gregorius. Objecit illas Regi.

Qvi qvidem rex constanter negabat dictam concordiam se fecisse. Attamen die seqventi, per qvendam de suis, ipsi Dn. Angelo, tunc Gregorio, intimari fecit, qvod infra certum tempus tunc expressum, etiam nimis arctum, cum suis se ab eodem regno *Sicilia* absentaret.

Dissimulavit rex. Mox decrevit, ut Gregorium solum vertere juss it.

Et tunc primum ipse Dn. Angelus tunc *Gregorius, cognovit dictam concordiam* processisse, sibiqve atqve suis si diutius illic remanerent, qvoad personas & res ipsorum maxima pericula imminere,

Et convenientes illico, insimul ipse Dn Angelus & sui Curiales valde timebant, ac titubantes nesciverunt, qvam viam pro eorum salvatione, in tanta perplexitate positi eligere possent. Et dum sic parumper hæsitassent, applicuerunt illic duæ magnæ *naves*, mercibus oneratæ, una videlicet de Oriente & alia de occidente.

Fugit Gregorius, secum assumit undique mari.

Cives autem *Cajetani* audientes, qvod rex ipse taliter fecerat, erant male contenti, qvia dictum Dn. Angelum tunc *Gregorium* suosqve curiales *dilexerunt*. Merces hujusmodi emerunt subito, ad illum strutle.

Cajetani dissimulerunt hæc facta. Insidia Gregorio

Fugam Gregorii promoverunt pio affectu.

illum finem, quod ſic naves illæ, mercibus exoneratæ, ab eisdem Dn. Angelo, tunc Gregorio, ſuisque curialibus conducerentur. Sicuti factum fuit inſtanter. In qvibus præfati Dn. Angelus tunc Gregorius, & ſui curiales, velis in ſublimi protenſis, per altum pelagus navigarunt per multas dietas, quousq; ad eandem *Marchiam Antonitanam, ſub lum de proſelliane dicti Dn. Caroli de Malateſtis*, ad *Malate-* quædam ejus loca maritima, cum ven- *ſtis* ſe reto proſpero, & absque omni periculo *cepit Gregorium.* pervenerunt. *Ad Caro-*

CAP. XXV.

Quam duriter emunxerit Curiales ſuos & Romanos ære & auro Balthaſar.

Ditiores Curiales & cives Romanos ſingulari arte emunxit.

Interim autem qvod hæc fiebant, prædictus Balthaſar, continue *in eadem urbe* cum ſua curia reſidens, infra aliquot menſes valde ſolicite perquiſivit, *quibus modis & viis ditiores curiales ſuos nec non etiam quam plures cives Romanos poſſet exaillionare*, prout fecit.

Vocavit igitur ad ſe aliquos notabiles hujusmodi curialium, ſcilicet *protonotarios, referendarios, ſcriptores & abbreviatores literarum Apoſtolicarum.* Qui, credentes, quod aliqva ſecreta cum eis haberet pertractare, ad eundem intrepide acceſſerunt.

Venientibus autem ad Palatium Papale, & inveſtigantibus, ad qvid vocati eſſent, reſpondebatur eis ulterius, qvod irent & invenirent certos Dn. Cardinales ad hoc deputatos, qui ipſis intentionem dicti Dn. Papæ manifeſtare deberent. Quos ipſi Cardinales, ad ſe venientes, ſalutabant dicendo: Qvod dictus Balthaſar magnas pecunias haberet pro utilitate eccleſiæ tunc exponere, & in hoc ipſorum ſuffragio indigeret.

Et, ſive illi affirmarent, vel negarent, *neceſſe fuit ut ſolverent.* Et qvousq; ſolverent, eis abinde recedere non licebat.

Et ſic fecit de omni partium ſtatu curialium prædictorum: Sicqve *multas pecuniarum ſummulas reportavit.*

Et qvamplures *cives Romanos* præſertim *ditiores*, per Senatorem urbis paulatim acceſſit. A qvibus etiam, ad ſe venientibus, Senator ipſe ex parte prædicti Balthaſaris pecuniarum ſummas quamplurimas, etiam per detentionem plurimorum ex ipſis civibus donec ſolverent, exigebat.

Cenſus Papales

Et fuerunt tunc *horrenda gabella* in urbe prædicta, potiſſime *de vino.* Et granum tam care vendebatur, ita, qvod pro pecunia etiam rubrum pro novem florenis Romanis, absque partium importunitate vix reperiebatur venale. Qvalem *menſuram* vidi *pro uno floreno* in eadem urbe diverſis temporibus venundari. Ita quod propterea multi ſexus utriusqve homines, tam cives Romani, qvam curiales, nec non peregrini, tunc in ipſa urbe exiſtentes, victualium cariſtiam ſeu inediam non modicam ſuſtinebant. *Nihil* enim dictus Balthaſar *dimiſit intactum* in calibus, unde lucrari non vellet. *ex vino Roma.*

Nec dimiſit etiam quærere ſeu exigere *de fabris & mareſcallis eqvorum* in *officiis*, eadem urbe, nec non de illis, *qui faciunt cochlearia & ollas & lebetes*, nec non *lampadas*, gabellas de operibus eorundem. *Cenſus ex arte fabrill.*

Et *immutare antiqvam monetam urbis* prædictæ: Et alia multa ſimilia attentavit, qvæ per præſens in urbe ipſa inſolita & inaudita fuere. *Monetam Romanã mutavit.*

Per quæ Romanos & Curiales ipſos ad iracundiam concitavit. Et in illis minime conſeqvebatur effectum. Qvi, a ipſi fabri eqvos ferrare, & alii artifices & mechanici in eorum artibus laborare nolebant, donec *retractaretur per ipſum Balthaſarum* illud *mandatum Edicta* ſeu edictum *de ſolvendis ei per* ipſos *mechanicos gabellis* de operibus eorundem. *Infelix ſucceſſus.*

Nec *venditores victualium* in eadem urbe volebant eandem monetam novam accipere: Et *apothecæ* clauſerunt eorundem: Qvousque dictus Balthaſar etiam illud edictum ſuum de illa moneta publice, per vicos & plateas dictæ urbis, per vocem præconis publice retractaret.

Digitized by Google

CAP. XXVI.

De novis indulgentiis Balthasaris venalibus.

MUltas etiam tunc temporis in diversis regnis & provinciis suæ obedientiæ indulgentias & *peccatorum remissiones venales*, per aliqvos *avidos* suos *quæstuarios*, clericos & laicos, pro exigendis pecuniis fecerat publicari.

Quæstores indulgentiarum novi.

Unde contra ipsum una voce valde multi dicebant, *qvod sanam conscientiam non haberet.*

Quære male audiit Papa.

CAP. XXVII.

De occulto transitu Balthasaris ex palatio Romano in castrum vicinum.

AC *muros antiqui burgi S. Petri*, de ipso ejus palatio, usque ad castrum S. Angeli, ut de eodem palatio ad prædictum castrum qvando vellet per eundem murum intrinsecus, per quendam meatum transire, ipsumqve *transeuntem nemo videre posset*, non paucis sumptibus, etiam illa tempestate fecerat reparari.

In illo muro seu meatu consueverunt *olim* ad perpetuam pœnitentiam agendam *includi adultera* & aliæ publicæ peccatrices, aliqvæ ipsarum videlicet invitæ, ac aliæ *voluntariæ*; multæqve de fidelium eleemosynis sustentabantur toto tempore vitæ suæ.

Et aliqvando quosdam venientes ad dictum palatium sibi suspectos ad dictum castrum per prætatum murum adduci, & illo castro detineri fecit invitos.

CAP. XXIIX.

De lite Balthasaris cum Præfecto urbis Romæ, Ladislai assecla.

HAbuit etiam tunc temporis *publicam guerram cum Præfecto urbis*, qui adhærebat ipsi regi Ladislao: Forsan aliud facere non præsumens, quam ut se suosqj securius conservaret, quos gentes armigeræ dicti Balthasaris valde prius infestabant & damnificabant in personis & rebus eorundem.

Fortunâ semel ab-

Ex præmissis advertendum est, qvod, *quæ fortuna sibi favente in aliqvo confidens abutitur aut illam negligit*, (V. supr. cap. 22.) *raro ad votum sibi posita cedit.*

usus, ab eadem plerumq; deseritur.

CAP. XXIX.

De regno Siciliæ in obedientiam Balthasaris publice reducto.

POstquam autem dictus rex Ladislaus forsan ad promissas sibi ab ipso Balthasare pecunias, ut præfertur, habebat intentum, Rex ipse in regno suo & aliis terris sibi subjectis in omni statu & gente, *ad sonum tubæ* secerat publicari, qualiter ipse *cum* prædicto *Balthasare amicabiliter concordasset*, ipsum haberet Papam & dominum singularem. Mandans omnibus, tam clero, qvam populo, sibi subjectis, in omni statu & gradu, sub formidabilibus pœnis, ipsi Balthasaro, ut vero & unico Papæ, reverenter & humiliter obedirent.

Fœdus inter Regem Siciliæ & Papam publicatū in regno Ladislai.

Sufficio de arte Balthasarii sub illo latente.

De quo clerici & *laici* communiter illarum partium *mirabantur*. Credebatur aliter, & dicebatur etiam à multis; qvod in capitulis seu articulis pacis & concordiæ hujusmodi, inter Balthasarem & regem Ladislaum prædictos conceptis, conductum erat, quod dictus Balthasar plures ecclesiasticos Prælatos ejusdem regni Siciliæ, per ipsum regem prætatum Balthasari nominandos, ipsorum *prælaturis privaret*, eisqve alios, qvos vellet rex, ipse surrogare deberet.

fœdere

CAP.

CAP. XXX.

De novis exactionibus Balthaſarianis.

SPerabantque dicti curiales, quod per *reductionem prædicti regni Siciliæ ad obedientiam* prædicti *Balthaſaris* multa ex eis lucra reſultarent, *ſufficiens boni vini* & aliarum rerum delicialium *copia* ad eandem urbem de extero ducereturque: Et etiam aliorum *villualium*, propter hujusmodi concordiam inter Balthaſarum & regem præfatos initam etiam in ipſa urbe infra longa tempora non deeſſet: Ipſeque Balthaſar pace illa firmata, deinceps ab *importuna* earundem *gabellarum exactione* quiesceret in urbe prædicta, cum tunc guerras cum non oporteret habere; Sed ſi vellet poſſet omnimoda quiete gaudere.

Spes lucri apud Curiales Romanos ex Sicilia reconciliata.

Sed fruſtra. Concepit enim intrinſecus, & aliqvando quibusdam ſuis caris dicebat, quod *gabellam vini* duntaxat annuatim in urbe prædicta pro ejus utilitate *usq. ad ſummam centum millium florenorum auri* augere ſeu extendere vellet. Qvamvis usqve ad meditatem illius ſummæ florenorum *gabella vini* in ipſa urbe ſingulis annis non aſcenderet, ipſiusqve *gabellæ augmentum* præfatis Romanis & curialibus nimis eſſet exoſum.

Onera Romanis imposita, non levata.

Quin antea.

CAP. XXXI.

De quæſita nova arte Balthaſaris, aurum ex regno Siciliæ expiſcandi.

SPerabant etiam Ladislaus rex præfatus, ſuiqve officiales in eodem regno, qvod ſubditi dicti regis, præſertim in terris maritimis conſtituti, mitterent in manibus ſuis vina & victualia, qvorum ingens copia ſeu ubertas in iplo regno præcipue fuit & eſt, ut freqventer ad eandem urbem multum bene pro hoc lucrari poſſent dicti ſubditi, ſicque ipſi, ad ſolvendum impoſitiones & tallias eidem regi, deinceps eſſent proniores.

Ab alia verò parte præfatus *Balthaſar credidit* ſe poſſe mutare aut privare archiepiſcopos, epiſcopos, nec non Abbates monaſteriorum, & etiam inferiores prælatos ac beneficiatos, ſeculares & regulares, dicti regni Siciliæ, eisqve alios ſurrogare, pro ſuo libitu voluntatis, *ut ſic recentes pecunias ſemper acquirerent* ab eisdem.

Spes novi lucri ex clero Siciliano.

Fuit etiam pactum inter eosdem Balthaſarem & regem, ut fama erat, qvod omnes illi prælati & ceteri beneficiati, qui *proviſiones beneficiales* ab eodem Dn. Angelo tunc Gregorio, in ipſius regno Siciliæ & terris ſubjectis dicto Ladislao regi, receperant, *novas proviſiones* ſuper illis ab eodem Balthaſare infra trimeſtre tempus, à tempore dictæ publicationis factæ, ut præfertur, petere aut reportare deberent. *Et per hoc etiam ipſe Balthaſar magnas pecuniarum ſummulas credidit reportare.*

Unde poſtqvam ipſa concordia fuerat inchoata & in eodem regno Siciliæ præſentata, ut præfertur, præfatus *Balthaſar ſua avaritia conſulens*, incepit petentibus concedere privationes contra plerosqve conſiſtentes in regno, & terris nominatis, dicto Ladislao tunc ſubjectis.

CAP. XXXII.

De nova occulta diſcordia inter Balthaſarem Papam & Ladislaum Siciliæ Regem.

PAucis autem, aut nullis prælatis & aliis clericis infra dictum trimeſtre tempus ad eandem urbem mittentibus, aut venientibus, pro eisdem *novis* obtinendis *proviſionibus, qvas gratis ſe reportare poſſe nullatenus confidebant:* Præfatus Balthaſar cœpit iraſci, qvaſi per ipſum Regem Ladislaum per hoc in eisdem pactis exiſteret detraudatus. Qvia non venerunt etiam tunc reges ſtratim.

Spe fraudatus.

Digitized by Google

Aurum ad præsepe non apportatum ex Sicilia.

& principes aut ecclesiastici prælati vel clerici, de illis insulis *aurum ad præsepe Dominini referentes.*

Et nesciens dictus Balthasar qualiter *causæ* contra eundem regem *se* posset propterea *vindicare*, aliquibus etiam Romanis stimulantibus ipsum, inconsultis motibus statuit, quod *ultra gabellas, de vino forensi*, quod ad urbē ipsam pro tempore vehebatur, in portu dictæ urbis ab antiqvo solvi consuetas, *de qualibet vegete vini pro gabella deinceps duo ducati*, antequam vinum illud veneretur in urbe, persolvi deberent.

Novum tensus Romanum ex vino Siciliano.

Unde *mercatores & nantæ*, qvi vina forensia illic apportarunt, adeo *gravati* fuerunt, quod de cætero aliqua vina illuc deferre noluerunt: Asserentes, quod vina sua utilius pro eis in partibus ipsorum vendere possent.

Qvod cum dictus Ladislaus rex audiret, valde ex hoc fuit *ira commotus*, mandans suis subditis sub formidabili pœna, quod nullus eorum vina seu victualia duceret, aut duci faceret, ad urbem sæpe dictam, & qui contrarium faceret, de qualibet vegete, etiam ultra solitam gabellam efficaciter solveret suis gabellatoribus *duos ducatos* auri, quamvis una illic veges vini communis duobus ducatis auri vendi consueverit, aliquoties me vidente.

Ægre tulit Rex Siciliæ hunc censum Papalem ex vino regni sui.

Fadus inter Balthasarum & Ladislaum citò ruptum.

Et sic inter ipsos duos Balthasarem & Ladislaum regem modicum perduravit dicta concordia, utriusqve ipsorum *avaritia stimulante.*

Latuit simultas.

Attamen *non fuit dissidia*, quæ inter eos latitabat, quousque dictus Ladislaus rex urbem ipsam taliter qualiter cepit, ut inferius deducetur.

CAP. XXXIII.

Infausta omina impendentis Balthasaro ruinæ.

Omina infausta.

Hæc autem inconvenientia *aliqua indicia* figurabant. Qvia, dum quadam vice, *in festo Pentecostes*, dictus Balthasar vesperas solemnes in capella majori sui palatii, prope Basilicam S. Petri, ut moris est, celebraret, dum inciperetur hymnus, *Veni creator Spiritus, illico adfuit* & volavit illic in alto *bubo* seu noctua.

Bubo in sacris Balthasaris compa-rens.

Hujus rei novitatem multi curiales ibidem existentes mirabantur.

Et iisdem temporibus, dum ipse Balthasar, in porta ecclesiæ S. Joannis Laterannensis *arma sua* in medio armorum seu insignium quorundam aliorum depingi fecisset, *fulgure* infra paucos dies *destructa* fuerunt, eisdem aliis armis seu insignibus remanentibus salvis.

Insignia Balthasaris fulgure prostrata.

CAP. XXXIV.

Balthasar quæsitus Mediator inter Imperatorem & Venetos bello implicitos, sed absque fructu.

Jodocus Imperator moritur. Papa Balthasar electus.

In primo anno Pontificatus dicti Balthasaris moriebatur *Jodocus, Marchio Moraviæ, frater nelis Dn. Sigismundi, modernirex Romanorum*, in Romanorum Regem pauco elapso tempore prius electus.

Et ejus loco, consentiente Dn. Wenceslao rege Bohemiæ & fratre dicti Sigismundi, per Dominos Principes Electores Imperii, in Francofordia, dictus Dn. SIGISMUNDUS, tunc & nunc etiam REX HUNGARIÆ, in REGEM ROMANORUM fuit electus.

Sigismundus.

Balthasar Papa factus.

Qui postquam cum Venetis super quibusdam arduis causis tunc discrepabat:

Litis in-

In eundem Balthasarem tunc Papam, tanquam arbitratorem, & amicabilem compositorem concordarunt: Missis per eos ipsorum procuratoribus & oratoribus ad urbem, in qua dictus Balthasar tunc residebat. Qvi, licet illic dictum negotium solicitassent, ipse tamen Balthasar finaliter illud dimisit intactum.

ter Imperatorem & Venetos per Joannem componendæ: sed frustra.

Videns autem ipse *Rex Romanorum*, qvod nihil proficeret in hoc apud eundem Balthasarem, misit eodem anno tempore hyemali, ad partes *Foro Julii* in Italiam aliquos capitaneos cum certo exercitu. Qvi stipendiatios eorundem Venetorum in magno numero valde, circa qvoddam fossatum novum,

Papa nequid proficeret officium.

Imperator bello invasit Venetos.

qvod

qvod ipſi Veneti in præſidium ejus fieri fecerunt, tunc laborantes qvadam die atrociter invaſerunt, & plures eorum interfecerunt, & aliqvos captivarunt, qvibus manus dexteras amputarunt, ſicqve alios ad ferendam iram abire permiſerunt, reliqva multitudine fugæ ſubſidio evadente.

Per qvod ipſos Venetos, ſuosq; ſubditos vicinos, adeo timor & tremor invaſit, qvod ſi dictus exercitus, habita ipſa victoria, repente ad *Paduam & Terviſium* tranſitum feciſſet, juxta multorum judicia de illis etiam victoriam ſubito reportaſſent. Qvod tamen neglectum fuit pro eo. Qvia exercitu ipſo præfati Dn. regis in qvorundam caſtrorum expugnatione tunc in partibus illis laborante, interim prælati Veneti Paduam & Tervisium gentibus armorum & aliis ad reſiſtendum hoſtibus neceſſariis munierant.

Victoriâ Cæſaream non proſecutis militum.

Poſtea vero aliquot menſibus elapſis ipſe *rex Romanor.* perſonaliter illas partes intravit. Et licet etiam tentaſſet *Veronam* eripere de manibus Venetorum: In hoc tamen finaliter non profecit.

Imperator cum exercitu venit in Italiam.

Ac demum anno tertio Pontificatus dicti Balthaſaris, mediantibus qvibusdam viris, ipſe *Rex & Veneti treugas*, ex tunc usqve ad qvinqvennium duraturas, *invicem fecerunt*, ſub eadem conditione, qvod, qvæ utraqve pars, ſive jure belli, ſive alias, de juribus alterius occuparet, interim qviete per ſe retinere deberet.

Inducias fecit cum Venetis.

Qvo facto, dicti *Veneti terras Romani Imperii*, qvas detinuerant tunc, & adhuc detinent, valde fortificarunt.

Sed ante adventum dicti Regis ad partes illas, eis, qvos præmiſerat, ut præfertur, bene ſucceſſit, ac plures civitates & fortalitia Venetorum impugnantes ea viriliter infra breve tempus receperunt.

CAP. XXXV.

De Roma per Ladiſlaum Siciliæ Regem occupata, Papa Johanne ſeu Balthaſare cum Cardinalibus in fugam acto.

IN revolutione vero ipſius anni, quo dicta *concordia inter* eosdem *Balthaſarum & Ladiſlaum regem* facta fuit, circa feſtum Paſchæ, plures ex Curialibus & Romanis *inceperunt de hujusmodi concordia dubitare.* Ipſeqve Balthaſar multos de die in diem *ſtipendiarios, peditos* potiſſime, fecit conſcribi in urbe prædicta, & præſertim pro majore parte de ipſo regno Siciliæ oriundos. Qvi, *nec Deum nec homines pra oculis habentes*, multa facinora perpetrarunt. Et mirabantur ipſi Curiales, qvod tantam fidem adhibuit ipſis ſtipendiariis, prout fecit.

Ladiſlaus Italiam ingreſſus cum exercitu.

In principio vero menſis Maji, eodem anno prædictus *Ladiſlaus rex* cum grandi exercitu ad ipſam Romanam Campaniam caſtra metatus eſt. Ubi Friſolonis & alia nobilia caſtra, qvæ prius dicto Balthaſari obediebant, etiam taliter qvaliter ſuæ ditioni ſubjecit.

Nec his contentus, ſed etiam contra *Comitem de Tolicotis* de domo *Urſinorum* de Roma, qvi noviter qvandam neptem dicti Balthaſaris duxit uxorem, prædictum duxit exercitum. Cujus etiam plura caſtra obtinuit, aliqva per pacta, aliqva violenter.

Qvibus peractis, dictum duxit exercitum ad diſtrictum Romanum. Qvod ſentientes prædicti Curiales & Romani pro majori parte inceperunt peramplius dubitare, ſeu nutare. Nonnullis eorum aſſerentibus, qvod illa de ſcitu & voluntate prædicti Balthaſaris fierent.

Qvod cum ipſe Balthaſar ſentiret, oſtendens, qvod Curiales & Romanos ipſos contra impetum Regis & ejus exercitus prædictorum bene defendere vellet, elegit aliqvos ex eisdem *curialibus*, ut exiſtimo, *ad aliqua alia miniſteria magis aptos*, qvàm ad illud, ad qvod deputavit eosdem. Qvibus commiſit cuſtodiam qvarundam terrarum urbis ejusdem, longe ab hominum habitatione dictæ urbis diſtantium, & certa illa loca, ubi putabatur, qvod prædicti, Ladiſlaus rex & ejus exercitus eandem urbem qvalitercunqve vellent intrare.

Sed illa cuſtodia non fuit proficua in tem-

Digitized by Google

tempore opportuno. Qvia ipsi deputati, & alii vigiles sive custodes murorum dictæ urbis, ut videbatur, non erant bene solliciti ad custodiendum ita turres hujusmodi. Qvoniam pauci hostes respective de ipso exercitu regis sæpe dicti, facientes magnum foramen, per quod urbem ipsam, nostris non vidientibus, nocturno tempore in matutino crepusculo intravetunt, juxta ecclesiam, quæ S. Crucis in Jerusalem appellatur. Et ibi, usque ad clarum diem, seu orto jam sole, usqve post horam tertiarum, vel circiter, inter se, an ulterius progredi, vel ad eorum exercitum redire vellent, deliberantes.

Et quia dictus Balthasar non dedit ordinem, neqve deputavit aliqvem certum Capitaneum qvi hostibus ipsis resisteret manu forti: Tam *Curiales* quam *Romani*, qui illic occurrebant ad videndum hostes ipsos, & iis, si possent resistendum, *territi*, & se non opponendo hostibus, ipsis viriliter, ut debebant, catervatim ad lares proprios redierunt.

Unde hostes ipsi in se confortati, & non videntes ullam vel modicam resistentiam, qvam timerent forsan, quin-

Fuga Cardinalium, Romæ expugnatæ.

genti eorum *fugientes ipsos Cardinales insecuti sunt*, & infra tres horas vel quatuor, *Romam occuparunt*, valde multas *domos Curialium* hujusmodi *spoliando*.

Et hoc contigit potissime, qvia Romani prætati ut communiter dictum Balthasarem habebant exosum, pro-

Balthasar pter infestas gabellas & onera, qvibus *Papa Romanis ex-* continue afflixit eosdem. Et qvia etiam dubitabant, si prædicti hostes de ipsius *osus pro-* Balthasaris voluntate ad urbem ipsam *pter exa-* sic venissent. Aliqui etiam eorundem *ctiones.* Romanorum secrete partem dicti Regis tenuerunt, stipendiati per ipsum more veteri Romanorum.

Qvot autem ibi tunc, & diu post ea, sæva & mala fiebant, maxime in eosdem curiales, scilicet personas & bona ipsorum, qvæ omnia prædæ diripiebantur, nimis esset tædiosum horrendumqve calamo exarare.

Prædictus vero Balthasar, certificatus post eandem horam primarum de introitu hostium prætatorum ad eandem urbem, ut præfertur, non confisus de palatio suo, & muris dicti Burgi, quos, ut præmittitur, multum sumtuose reformari fecit, neqve de castro S. Angeli, quamvis illud reputetur qvasi inexpugnabile & fortissimum, qvod in illis posset se ab hostibus præservare: Sed eqvum velociter ascendens *fugit* Fuga versus Sutrium. Quem ipsi *Curiales* pro *Papæ.* majori parte etiam eadem hora subito *Fuga Cu-* *sequebantur.* Qvorum tamen *plerique, rialium.* qvia tunc tempus erat calidum, qvo segetes recolligi debebant, terendo viam siti labore & æstu defecerunt, seu per itinera mortui ceciderunt. Aliqui etiam eorum, per hostes insequentes nos per novem milliaria, vel circiter, ab eadem urbe, *panel* tamen, *interfecti*. Sed pro magna parte rebus & equis eorum, quæ apud eos tunc reperiebantur, *spoliati*, & alias male tractati fuerunt.

Tunc etiam *spoliabantur plures* eorun- *Curiales* dem *Curialium per stipendiarios dicti Bal-* *Papæ per* thasaris, hinc inde per itinera, quæ *ipsi Papa* transierunt, quum tamen eis auxilio po- *militis* tius esse debebant. *spoliati.*

Ita, quod in illa fuga admodum pauca erat eisdem curialibus securitas, nisi quod, ut imminentia tunc pericula evaderent, fortuna juvabat. Et nisi Deus ipsos curiales superlites misericorditer conservasset illa die ipsa itinera gradientes, visibiliter in ore gladii eotundem hostium periissent. Nullus enim ipsorum Curialium & aliorum fugientium, etiam armatorum, nobiscum videbatur habere animum se defendendi, licet in decuplo plures essemus numero, quam insequentes hostes sæpe dicti.

Et secunda hora noctis, dictus *Balthasar*, timens, ut videbatur, quod dicti hostes eum in Sutrio, si illic remaneret diutius, obsiderent, *fugit ulterius ver-* *sus Viterbium* illa nocte. Quem multa turba dictorum curiallum associabat. Tamen majori parte ipsorum Curialium illa nocte in Sutrio remanente. Erant enim lassati seu fatigati nimis ipsa die in itinere, tam ipsi, qvam eqvi eorum, & absque ipsorum gravi dispendio illa nocte non potuissent ulterius eqvitasse. Sed illi qui extra portas Sutrii excluſi remanserunt, spoliabantur rebus

bus eorum. Nec in hoc erat reſpectus ad aliquem. Sed indifferenter dives & pauper à ſpoliatoribus vexabatur.

Vidi illa die currere pedeſtres aliquos ſenes & debiles per iter hujusmodi, qui prius tunc in eadem urbe quiete viventes adeo delicati fuerunt, quod vix pro ſolatio eqvitaſſent.

Poſtqvam autem ipſe Balthaſar cum magna caterva corundem curialium ad *Viterbium* die ſequente immediate perveneràt, usque ad tertium diem remanſit ibidem. Et tunc ulterius, usq; ad *civitatem Montisfiascenenſem*, accesſit.

Continuata fuga Papæ. Inter curiales & Theodoricus à Nieheim, fugæ fata expertus. Curialium miſeria in fuga.

Et interim cæteri curiales, inter qvos *eram*, ipſum de die in diem ſeqvebantur. Qvos ſuis capitaneis & gentibus armorum recommendare non curabat, ſcilicet ne eos ſpoliarent, aut permitterent ab aliis male tractari.

Et dum *eſſemus* ultra caſtrum Crepalica verſus Viterbium, vidimus qvendam cuneum armigerorum prædicti præfecti, non multum remote à nobis congregatum, acſi nos invadere vellent. Unde timor & tremor cecciderunt ſuper nos. Et ambulavimus in illo timore ulterius per plura milliaria. Sed videntes demum, quod ipſi armigeri de illo loco, ubi ſtabant, nullatenus ſe moverent, reſumtis viribus alacriter usque ad Viterbium peregimus iter noſtrum.

Et dum intramus portas *Viterbii*, multas illic reperimus matronas honeſtas, triſtes & plangentes, nobisqve tunc in tot adverſitatibus conſtitutis compatientes. Ubi etiam intellexi-mus, quod quamvis præfectus ipſe nobis potuiſſet per iter hujusmodi nocuiſſe, hoc tamen noluit, mandans omnibus ſuis Capitaneis & ſtipendiariis, & ejus ſubditis, ne injurias aut damna nobis inferrent. Eſt enim *præfectus* ipſe, ut dicitur, *vir Deicola, pacificus & honeſtus.*

Milus pius.

Et ſucceſſive dum adhuc ipſe Balthaſar in Monteflascone ſtaret, prædictus Ladislaus rex ſcripſit illis de Surrio, nec non Viterbienſibus, ac etiam Montisfiascenenſibus, & quibusdam aliis ſubditis eccleſiæ Romanæ, qui partem dicti Balthaſaris tunc fovebant in illa regione, quod ſe ſubjicerent eidem Regi, ſi perſonarum & rerum ſuarum periçula vellent evitare; Ac ſuper hoc ei ſubito reſponderent.

Ipſique *Balthaſari* etiam tunc *ſcripſit*, quod intenderet ſibi ſuos nuncios ſeu oratores eveſtigio mittere ſpeciales, deſiderans, qvod eorum adventum ad ſe illic vellet præſtolari.

Unde maxima perplexitas apud illos quibus taliter ſcripſerat, orta fuit. Et quid facerent in illo principio penitus ignorabant. Erat enim tunc tempus meſſium, ut prædictum eſt, de quibus parum habitatores illarum partium usque tunc collegerant. Timentes autem, quod, ſi dicto regi ſubito ſe non darent, gentes ſeu armigeri ipſas ſegetes & eorum vineas penitus devaſtarent.

Ulterius protenſa fuga, Senas.

Qvod conſiderans Balthaſar præſentatus, & de illis partibus recedens iter ſuſum verſus civitatem *Senarum* continuavit. Ubi etiam per aliqvot dies repaſſando, & coram ſe dictis curialibus convocatis ſeu accerſitis oſtendit, ſe illis compati: Et *ſtendo*, quod eis, qui ſpoliati erant, *gratias* dare vellet, quas peterent, ſponte promiſit. Unde dicti *Curiales* fuerunt pro magna parte, poſt tot tribulationes, *de tam magnifica promiſſione gaviſi.*

Larga promiſſio Papæ erga Curiales afflictos.

Poſtquam autem ibidem *Senis* per dies aliqvot ſteterat, ulterius iter ſuum verſus *Florentiam* egit.

Fugit Florentiam.

Et interim Ladislaus rex pene omnes terras illarum partium, ſcilicet provincias patrimonii B. Petri in Tuſcia, nec non etiam prædictam Campaniam ac Barones urbis, circumcirca ipſam urbem, nec non in vicinis caſtris & terris, ſuorum rectorum præſidio deſtinatis, habitantes, etiam ſibi ſubjecit. Nec non *novam monetam in eadem urbe cudi fecit: monetam* Ac Senatorem & alios officiarios ſuos pro ipſius urbis regimine deputavit. Nec non omnia, quæ ſibi placuerunt, diſpoſuit in eadem.

Ladislaus Romæ mutavit.

Ac etiam demum, interfecto caſualiter ex ictu bombardæ ſeu pixidis Capitaneo prædicti caſtri S. Angeli, qui illud

pro ipſo Balthaſaro tunc gubernabat, & quodam alio per illos, qui in dicto caſtro erant, ex ſe novo Capitaneo creato: is, de novo creatus, indeliter agens, quia pecuniis & promiſſis per ipſum Ladislaum regem per internuncios corruptus, infra pauca tempora dictum caſtrum regi præfato traditione aſſignavit: Adjecta illâ conditione, quod omnia bona curialium, quæ in ipſorum fuga ab urbe prædicta pro ſalva cuſtodia ad fidas manus prædicti capitanei defuncti depoſuerant, ſibi remanerent. Quod etiam rex ipſe illi conceſſit valde libenter.

Caſtrum S. Angeli Romæ à Ladislao proditione occupatum.

Ipſe autem *proditor*, cum eiſdem bonis, quæ erant multa & preciosa valde, cum aliquibus navibus oneratis verſus *Neapolim* transfretando mare, dum ad provinciam dicti regis perveniret, ipſum præfatus rex alacri vultu recipiens, ei quandam terram in eodem regno Siciliæ dedit. Cujus ipſum Comitem fecit, illa tamen intentione, ut cito apparuit, quod eam non diu poſſideret: Quodque rex ipſe, qui erat valde avidus ſeu avarus, poſtea hujuſmodi bona, quæ illuc ſecum ipſe *infelix proditor* attulerat, ſibi poſſet auferre, prout fecit. Ordinavit enim rex ipſe, quod dictus proditor, poſtquam per aliquot menſes tanquam ſecurus de omnibus remanſerat, ignominioſe interficiebatur, & ſub illo prætextu amiſit vitam, & ipſa bona, male quæſita; Quæ extunc ſibi rex ipſe cupidus in omnibus vendicabat.

Proditor à Rege bogonio exuit.

CAP. XXXVI.

De Balthaſaris & Curialium artibus aurum recuperandi.

Balthaſar Florentia ſedi fixit.

PRæfatus autem *Balthaſar*, dum hæc taliter agerentur, *ſuam curiam in Florentia firmavit.* Ipſe vero prope Florentiam, in quodam hoſpitio Dn. Epiſcopi Florentini, extunc, uſque ad principium menſis Novembris Anno M CCCC XIII. remanſit.

Bononiæ dein A. 1413. *concuſit. Simonia curialiu.*

Et deinde ad *Bononiam* receſſit, quam XII. dicti menſis intravit.

Et interim *ipſe*, & ſui *ſecretarii*, tot *expectlantiæ* & alias gratias, qualeſcunq; petebantur ab ipſis, indifferenter omnibus *vendiderunt*, quod extunc, *qui fuerunt primi expectlantes, remanſerunt imis*, ſcilicet in eorum expectativis gratiis ac earum effectibus poſtergati. Et qui per hoc gravabatur, non reperit relevantem.

Igitur Balthaſar & ejus Secretarii prædicti multis ditati pecuniis, ex venditionibus ipſis, ad *Bononiam* tranſiverunt cum magna ſequela, & frequentia curialium prædictorum.

CAP. XXXVII.

De Colloquio Laudenſi inter Sigismundum Imperatorem & Papam, de Concilio univerſali Conſtantiæ congregando.

Bononia Laudam conceſſit Papa, cū Imperatore colloquuturus de Concilio.

POſtquam autem idem Balthaſar illic ſteterat cum ſua curia aliquantdiu: *Circa finem* dicti *menſis Novembris* ivit cum Dn. Cardinalibus, nec non Secretariis, & quibuſdam aliis Curialibus, paucis tamen, ad partes *Lombardiæ*, ad habendum *colloquia cum Dn. Rege Romanorum*, qui tunc erat in partibus ipſis. Cum quo in *Lauda* & *Cremona* per aliqua tempora remanſit.

Et ibi dicto *rege Romanor. inſtante*, quod *generale Concilium celebrandum Conſtantiæ* convocaret, annuit.

In Concilium conſ.

Et quod ſic fieret, *Balthaſar*, nec non *Rex Romanorum* & *Cardinales* prædicti concluſerunt.

Et infra paucos dies poſtea illic ſcribebantur *epiſtolæ Balthaſaris & regis Romanorum*, præfatorum, quæ ad diverſa regna & provincias Chriſtianorum prope & longe poſitas, *ſuper illa materia* mittebantur.

Commendat. Concilio conſenſum.

CAP.

CAP. XXXIIX.

De variis Italorum legatis, ad Imperatorem & Papam colloquio junctos miſſis.

Papa Bononiam rediit.

QUibus peractis dictus Balthaſar ad *Bononiam rediit* circa feſtum Paſchæ, præfato Rege extunc etiam aliquandiu in eiſdem Lombardiæ partibus remanente.

Sed cum prædictus *Ladislaus Rex* ſentiret, quod ipſi Balthaſar & Rex Romanorum in eiſdem partibus Lombardiæ eſſent inſimul congregati, causâ explorandi, qvidnam illic inſimul agerent, quendam ſuum oratorem illuc deſtinavit, mihi notum. Per qvem etiam ſcripſit tunc aliquando Duci Mediolanenſi moderno, qui tunc erat in aliquali differentia cum Rege Romanorum memorato.

Legatio Venetorã & Florentinorum ad Imperatorem & Papam in Italia præſentia.

Et illuc etiam miſerunt *Veneti & Florentini* ſuos nuncios ſeu oratores, ſcilicet ad Balthaſarum & Dn. Regem Romanorum prædictos, ad tractandum & concludendum, mediante dicto Balthaſare, plurima pro ipſis *Venetis & Florentinis* cum eodem rege Romanorum. Qui tamen poſtea ſine fine abierunt.

Venetorã & Florentinorum timorum.

CAP. XXXIX.

De novis ac ultimis periculis, Balthaſari à Rege Ladislao impendentibus.

PRæfatus autem *Ladislaus Rex*, ex conventione hujuſmodi Balthaſaris & ſuorum Cardinalium & regis Romanorum prædictorum fortiter dedignatus, diſpoſuit in mente ſua, ipſum *Balthaſarum ejusque curiales*, prout *Rex Papã* fecit in Roma, etiam *Bononiæ perſequi, verò perſequi conſpoliare.* Habuit enim ad hoc dictus *ſtituerat.* Rex Ladislaus tunc temporis quosdam *potentes auxiliatores*, ſcilicet eundem *Dn. Carolum de Malateſtis* & plerosque alios, non longe à Bononia habitantes.

Ladislaus

Et quia etiam ipſe Balthaſar multos cives de ipſa Bononia, ne moverent ſeditiones in populo ſibi ſuſpectos, & propter alias diverſas cauſas, extra Bononiam relegavit, nec non ad confinia poſuit, & alia loca, de quibus ſibi videbatur: Et propterea intus & extra Bononiam, multos ſibi æmulos ſuſcitavit, quos habebat merito formidare: Et ne rumor in ipſa civitate Bononienſi contra eundem Balthaſarem propterea inſurgeret popularis, ſtatumque Bononienſem etiam tunc mutaret, prout fecerunt, infra unum menſem, vel circiter, poſtquam abinde dictus Balthaſar ad urbem tranſtulit ejus curiam, & prout ſuperius tactum eſt, illuc ivit.

Congregavit igitur dictus *Ladislaus rex* circa principium menſis Junii ejusdem anni valde magnum exercitum equitum & peditum: Cum quo, ut dicebat, vellet dictum *Balthaſarem in eadem Bononia obſidere*, & ſi forſan idem Balthaſar inde diverteret, eum quousque eſſet in Italia, perſequi non ceſſaret.

Conſtituta à Ladislao obſidio Bononiæ.

Unde *Cardinales* qui cum ipſo Balthaſare tunc erant, *valde timebant*, ignorantes quid facerent, ut ſe resque ſuas conſervare tute poſſent. Dubitabant enim, Bononiæ & in aliis locis contiguis remanere, ne male tractarentur, ſi hoſtes illi feroces, & valde multi, Bononiæ appropinquarent. Qvamobrem multi eorundem Curialium, compoſitis eorum farcinulis, pretioſiores illas verſus *Ferrariam*, & nonnulli *Venetias* transmiſerunt, Et aliqui etiam receſſerunt, tam Curiales, quam ſtudentes Bononiæ tunc ſcholares. Omnes enim nutabant & timebant dicti Ladiſlai regis adventum. Et per plures dies fama tunc publica erat Bononiæ, quod jam aliquot cohortes hujusmodi exercitus, de mandato præfati Ladiſlai regis comitatum Bononienſem potenter intraſſent, & ultra XXX. milliaria Italica à Bononia non diſtarent.

Metus Cardinalium.

Ipſe autem Balthaſar interim continue conſcripſit ſtipendiarios equites & pedites in magno numero, cum quibus cre-

credebat ſe & curiales ſecum exeuntes è Bononia hujusmodi poſſe contra eorundem hoſtium impetus conſervare.

Verum prædicti Curiales, non immemores, quàm male ſtipendiarii dicti Balthaſaris in fuga eorum ab urbe prædicta, ut ſuperius dictum, ipſos curiales pertractarunt, & timentes, quod ſimiliter tractarentur per illos, qui ad ſtipendia dicti Balthaſaris Bononiæ militabant, magis timuerunt.

Dumque ſic omnes apud *nos* nutarent, timerentque valde multis diebus ipſi curiales, ecce gratum novum recepimus, ſcilicet, quod ipſe rex *Ladiſlaus* exiſtens tunc in eodem exercitu *gravi & incurabili infirmitate* tactus, retrocedere propterea, & ad urbem ipſam redire diſpoſuiſſet, prout & fecit: Prope urbem intrans navim, nec non ſecum ducens *captivum Paulum de Ursinis*, quem habebat valde exoſum, & interficere nitebatur, per mare verſus Neapolim.

Ladiſlaus morbo ab obſidione retentus. Romam reverſus.

Neapolim repetiit.

Ubi, poſtquam cum vehementibus doloribus, quibus *torquebatur* in corpore, & præcipue *igne ſacro in membro virili*, juſto Dei judicio, perveneratque, infeliciter *obiit* antequam dimidiaret dies ſuos.

Morbus Ladiſlai. Obitus.

Poſtquam autem de hoc *nos curiales* crebris nunciis & literis certificati fuéramus, revixit in *nobis* ſpiritus noſter, & benedicimus domino uniſormiter, qui nos ab hoſte & viro maligno taliter liberavit. Et tunc primum ſecimus abductas *res noſtras* ad ipſam Bononiam reportare.

Mors Ladiſlai vitata curialium Balthaſarii.

Poſtea vero dictus *Balthaſar Bononiæ remanens*, Eccleſiæ Colonienſi, quæ tunc vacabat, de novo paſtore, in menſe Auguſto providit.

Balthaſar Bononiæ ſæc manſit.

Cujus proviſionis occaſione *non modica emolumenta* recepit.

CAP. XL.

De apparatu & itinere Balthaſaris ad Conſtantienſe Concilium, in quo ſpe ſua prorſus ceciderit.

QVo facto & negotiis pro velle ſuo *Bononiæ* diſpoſitis, equis, veſtibus, nec non jocalibus, & alio ornatu pretioſo, *ut ſplendidiores dives in ipſo Concilio appareret*, ibidem Bononiæ ſe fulcivit.

Splendidè Papa apparatus ad Conſtantienſe Concilii.

Et poſt hoc *iter egit verſus Conſtantiam ad celebrandum dictum generale Concilium.* Quod incepit agere *prima die menſis Octobr.*

Ad iter ſe compoſuit Papa verſus Conſtantiam A. 1414.

Et XXVIII. die ejusdem menſis *intravit Conſtantiam*, anno Domini M. CCCC. XIV.

Credidit tamen Conſtantiæ per aliquot menſes remanere, & ibidem rebus pro velle ſuo diſpoſitis, ſubito ad Bononiam redire & illic more ſolito dominari.

In quo tamen eum fefellit opinio. Sed ſperabat permaxime in *pecuniis & theſauris, quibus dicebatur abundare*, credens, per illos & per alios modos ſuos ſubtiles, ſatis mundo cognitos, *quos vellet in Germania corrumpere* ſeu ad conſentiendum ſibi in omnibus & per omnia inducere poſſet.

Opinium ſuâ fefſa. Opibus & artibus ſuis tentare conſſ. Vid. ſeq. Part. 9. c. 12.

Sed, Domino diſponente, dum firmius ſtare absque impedimento crederet, *cecidit* in ærumnam & inextricabilem laborem.

Cecidit.

Prout *hac aliàs ſcripſi*, & abbreviando huic hiſtoriæ reddere volui in hæc verba.

Vid. ſeq. Part. 14.

LIBER II.

De fatis Balthaſaris, Johannis 23. in Concilio Conſtantienſi, & in fuga, donec ſede motus & in carcerem conjectus.

CAP.

Digitized by Google

CAP. I.

De Conciliorum Generalium fine ac uſu. Magnúque rebus in Conſtantienſi Concilio confectis.

Finis Concilii Reformatio Eccleſiæ.

QVare celebrentur generalia Concilia, aliquantulum in ſequentibus patet. Et potiſſime, *ut corrigantur in illis eccleſiaſtici exceſſus enormes quorumcunque Chriſtianorum, ſint etiam illi quantumcunque potentes.* Ad quod certe faciendum unus ſolus, quantumcunque ſtatu ſublimis, vix aut nunquam ſufficere poſſet.

Balthaſarum ſine Concilio ſéde non potuiſſe moveri. Friderici Auſtriæ Ducem, Balthaſaris Proteſtorem, ſi-

Qvis enim *à Papatu* in Italia dictum *Balthaſarem* papam actualiter *depoſuiſſet*, executione ſubito ſubſecuta, attentis etiam potentiis, divitiis & aſtutia, quibus cæteros excellebat? Quis etiam *Friderici Ducis Auſtriæ*, Principis ita potentis in divitiis & terris, ita etiam, quod potenti regi æquiparari videretur, pro eo quod ipſum *Balthaſarem*, in gravem contumeliam & offenſam *concilii generalis*, quod tunc celebrabatur, & adhuc celebratur *Conſtantiæ*, ne Concilio non poſſet à Johanne abſtrahi.

Conſ. ſuper. Parte 14. c. 30.

Et ſereniſſimi Principis, Dn. Sigismundi Romanorum & Ungariæ Regis, & multorum Principum & forenſium aliorum, quorum non erat numerus, eis in conſultis & inſciis, clanculo & nocturno tempore *præſumſit abducere pro certa pecuniæ quantitate*, ſibi per eundem Balthaſarum, tum Papam, in caſtro Schafhauſen poſtea ex conventione mutua perſoluta, audaciam tam repente *refrenaſſet?* Sicuti contigit in utroqve iſtorum: Niſi dictum Conſtantienſe *concilium*, Domino cooperante, hoc feciſſet.

Ut ſit memorabile omnibus nunc & ſemper, ne in eorum potentia, aſtutia & divitiis confiſi ſimilia forſan attentare præſumant, & ne cadant à ſtatu eorum, & quaſi ad nihilum, etiam opprobrioſe, ſuis tamen culpis exigentibus, reducantur.

CAP. II.

De artibus Balthaſaris, arcana Concilii per proditores expiſcandi.

Mala cõſcientia indiciain ſibi ipſi male conſcius, exordio Concilii.

DUm celebraretur dictum *Concilium Conſtantienſe*, in principio *antefugam* dicti *Balthaſaris* tunc Papæ *de Conſtantia*, idem *Balthaſar* tanquam ante ſe in magno numero ſuos proxenetas & mediatores, cum quibus *conſvevit Simoniam exercere*, à qua usque ad ultimum terminum ſuæ depoſitionis non ceſſavit: Quosdam *Epiſcopos & alios magnæ auctoritatis viros*, de ipſo concilio, ſecrete per diverſas gratias & proviſiones ſophiſticavit & *corrupit*, adeo *quod nihil ita ſecretum in ipſo concilio fieret aut diceretur, quin illud*, & per quos hoc dictum aut factum eſſet, *ſingulis diebus revelaretur eidem.*

Corrupit magnates in Concilio, ut ſecreta Concilii ſibi aperirent.

Silentii immemor.

Nec *ſilvit obtinere*, quin & illud ſibi ſecretum revelatum aliis cito pandere, de quibus confidebat.

Lites in exordio Concilii

Et valde etiam ipſe *Balthaſar* per medias perſonas *impedivit, quod nationes*, qvæ ad ipſum concilium convenerant, *inſimul diu concordare* & combinari *non poterant* aut volebant. Sicqve dictum *concilium hoc fruſtra interim erat.*

ſevit inter nationes.

Et quia, quæ ita generaliter fiunt, diu occulta remanere non poſſunt: Præmiſſa ad notitiam multorum de concilio ipſo producta fuerunt.

Arte Papæ Concilii finem carnit.

De quibus admodum mirabantur tum omnes illi, *qui tractatibus dicti concilii pro tempore intererant*, priusque ſolenniter eidem concilio *juraſſent, quod ea quæ tractarentur & fierent in ipſo concilio, ſecrete tenerent.*

Proditorum ſecretorum Concilii nocturna prolatione.

Et ut ipſe Balthaſar ſuum deſiderium in hac parte absque ſuſpicione ſecundum ſe atque commodius adimpleret: Sæpe *nocturno tempore* pro illis ſuis, *qui ſibi ſecreta* hujusmodi *revelabant*, media nocte & quandoque poſtea per aliquot horas mittere, eosqve ad ſe *accerſiri fecit, abſolvendo eos à perjurio, & inveſtigando* ab ipſis *ſecreta* hujusmodi, quæ die præcedenti immediate in ipſo concilio eruperant.

Palatinæ Papæ.

Qvi dum pro majori parte de hoc

Prodi-tora

à Concilio damnum abſolvi.

per ipſum concilium vocati fuiſſent, ipſi valedicto pontifici, & obtenta licentia, ab eodem concilio ad propria redierunt.

CAP. III.

De propoſita in Concilio inquiſitione contra Papam Balthaſarum: Eaque re proditorie illi detecta.

Grandia Balthaſaris ſcelera confignata in Concilio.

QVibus ſic ſtantibus, quidam, ut præſumitur *Italicus*, multos articulos valde famoſos, & omnia peccata mortalia nec non infinita quodammodo abominabilia continentes, *contra* eundem *Balthaſarem* in eodem concilio exhibuit in ſcriptis, tamen ſecrete, quod ſuper illis contra eundem *Balthaſarem* fieret *inquiſitio*, & provideretur inſtanter per concilium memoratum.

Inquiſitio in illum deſiderata.

Quibus quidem articulis per aliquot *majores nationum Germaniæ, Angliæ & Polonia* perlectis, ipſi *nullatenus conſentire* volebant, quod dicti articuli publicarentur, aut contra ipſum Balthaſarum inquiſitio fieret hujusmodi ſuper illis. Et hoc *propter honeſtatem.* Et ſi contrarium fieret, ut aſſerebant, per hoc maculareturque ſedes Apoſtolica, & confunderentur enormiter etiam omnes de obedientia dicti Balthaſaris, & ponerentur in dubio promotiones & proviſiones, per ipſum factæ, & multa ſcandala exinde ſubſequi poſſent.

Declinata illa inquiſitio, propter ſcandalū.

Brevior inquiſitio admiſſa.

Plerisque etiam aliis nobilibus viris aſſentientibus & conſulentibus, quod illa *via inquiſitionis* fieret, quæ *compendioſa* foret, & ipſi articuli & contenta in eis, ſaltem pro majori parte eſſent notoria ſeu manifeſta, & propterea modica vel nulla probatione indigerēt.

Proditum Papæ hoc concilii negotium.

Quibus etiam interim *clanculo* & proditorie *ad notitiam dicti Balthaſaris deducti*, illico mente conſternatus eſt, & cœpit valde tremere & timere, ac etiam quosdam ſibi ſecretos *Cardinales*, & de quibus fiduciam habuit, *donis & promiſſis allicere* atque conſulere, quid eſſet in ea parte pro ejus honore & conſervatione facturus: Aſſerens, quod *Corrumpere Cardinales allaboraverit*, quædam, in ipſis articulis deſcripta, tanquam homo peccando commiſiſſet, & aliqua non.

Conſilium Papæ de cedere.

Et propoſuit tunc in mente ſua, prout & ore propalavit, quod ipſemet dictum concilium vellet perſonaliter accedere, & quæ de contentis in eiſdem articulis perpetraſſet, coram ipſo concilio in publico fateri: *Fundans ſe in hoc, deliberavit quod Papa propter quodcunque delictum, ut ſuorum dicebat, niſi propter hæreſin deponi non poſſet.*

Confuſio publica cilio in publico fateri: Fundans ſe in hoc, deliberavit quod Papa propter quodcunque delictum, ut ſuorum dicebat, niſi propter hæreſin deponi non poſſet.

Et habito ſuper hoc *conſilio* cum quibuſdam aliis, etiam ſibi ſecretis, per ipſum, quid facturus eſſet in illa perplexitate, ſibi conſulerent, reſponderunt: Quod bonum eſſet, quod ipſe ſuper hoc inter ſe *per dies aliquos melius deliberaret*, & tunc, quid ſibi videretur conſultius, in Dei nomine adimpleret.

CAP. IV.

Spontanea ceſſio à Papatu Balthaſari commendata, & ab illo, etſi difficulter, tandem admiſſa.

Vid. ſupr. Parte 8. c. 19. ſeqq.

COncilium autem, ſeu *majores deputati* in eodem, ignorantes, quod ipſe Balthaſar prædictos articulos ſciret, & ea, quæ pro ſua excuſatione

Inquiſitio miſſa.

tractabat, *dimiſſa* eadem *inquiſitionis via*, accederunt ad eum, rogantes unanimiter, ut *viam ceſſionis* ſui papatus eligeret, ad hoc, quod alii contendentes de papatu, illam ſimiliter acceptarent, quia alias non viderent modum aptum, quod præfata unio fieret in univerſali eccleſia pro hac vice.

Ceſſio papatus Papæ commendata in Concilio.

Ad quod ipſe læto animo, obſervata tamen, ex induſtria, quadam gravitate, reſpondit: *ſe facturum quod peterent*, dum tamen ipſi alii duo contendentes idem facere vellent.

Quam amplexus inbens.

Maluit enim illam viam per ſe, ut exiſtimo, amplecti, quam prædicti articuli ad ejus dejectionem à Papatu admiſſi & probati fuiſſent.

Quia ex duobus malis minus eligendum videbat.

Et dum prædictum concilium illam oblationem ab eodem Balthaſare reportas-

Digitized by Google

V. ſupr. part. 8. c. 27.

portaſſet, facta fuit hic magna lætitia in clero & populo.

Cuſionem publice promiſit.

Et *ſolemni ſeſſione* ſubſecuta, idem Dn. Balthaſar adimpleturus, quæ prius promiſerat, ut præfertur, *ſolemniter vovit & juravit*. De quo etiam prima facie exiſtentes in concilio valde gaviſi fuerunt.

Et quia poſtea, hujuſmodi negotio inter ipſos melius & clarius digeſto, eis viſum fuit, quod hujuſmodi *promiſſo*, quamvis grandis & bona eſſe videretur, foret tamen ad effectum dictæ unionis *incerta*, cum eſſet poſſibile aut contingens, quod forſitan alii duo contendentes de Papatu cedere nollent, vel alter eorum cedere nollet, & ſic hujusmodi concilium in ea parte ſupervacue laboraret, & tempus protraheretur in expenſis: Unde iterum, poſt plures tractatus, ſuper hoc per concilium & illos præſidentes hujuſmodi habitos, in hoc concordabant, quod omnino ab ipſo Balthaſare *magis certam* & pinguiorem *promiſſionem ſuper cuſione ſua* prædicta vellent habere. Ipſumque extunc plures adiere, rogantes reverenter & humiliter, quod eos in hoc benigne velſet audire, & ipſam *oblationem facere in publico ubiorum*, nec non etiam certiorem & *ſub teſtimonialibus literis ſuis*, juxta formam, quam in ſcriptis ſibi ſuper hoc tradiderunt.

Publicis confirmare literis, detrectavit.

Sed in hoc eum invenerunt *contradicentem*, & de die in diem *duriorem*.

Cæterum, pere magnatus ſtuduit.

Scivit etiam medio tempore multos *principes*, & alios potentes, nec non *eccleſiaſticos prælatos*, tunc hic exiſtentes, *ſibi allicere*, concedendo eis quæcunque petebant ab ipſo, non habendo reſpectum ad Deum, vel quemcunque hominem, aut, ſi ea, quæ petebantur ab ipſo, juſta forent, vel injuſta, aut rationabilia, vel concedi conſueta: *Speranſ, per hoc diviſionem facere in ipſo concilio*, ne procederet, aut per illud contra ipſum nil poſſet attentari.

Ut antecedentium Conciliarium dispungeret.

Quibus tamen non obſtantibus, deventum eſt ad hoc, quod dictam *oblationem, prius factam* per eum, ut præfertur, juxta vota petentium, præter ſpem hominum, ſimiliter *in alia publica ſuſione* aliqualiter efficaciorem *certioremque* fecit. De quo tantum gaudium factum fuit in eiſdem, clero & populo, extunc pluribus diebus durante, quod difficulter poſſet calamo exarari.

Confirmavit tandem dē publica cuſionem.

Sed ipſas *literas teſtimoniales* ſuper hoc diu *diſſulit* & recuſavit eidem concilio tradere per ambages.

Literas teſtimonialem datum lit.

Tunc ipſum concilium inſtanter requiſivit dictum Regem, quod ipſas *literas* à præfato Balthaſare, nomine dicti concilii ſibi tradi peteret. Quod contigit ea de cauſa, quia plures egregios prælatos de ipſo concilio, prædictus Balthaſar, dum ab eis talia peterentur, etiam in publico verbis injuriosis & opprobrio vehementer affixit: Incutiendo eis & aliis per hoc timorem, quod *niſi ſibi placita* de cetero coram eo loquerentur, aut peterent ab ipſo. Quamobrem multi eorum *territi*, quantumcunque eſſent etiam *viri eminentes*, coram ipſo loqui de cetero non audebant niſi ea, quæ ſibi ejusque aſſiſtentibus hic & adhærentibus placuerunt. Aliàs enim omnes, qui dictam unionem, ut fieret, puro corde hic laborabant, per ipſos, Balthaſarum & ei adhærentes, proditores nominabantur, & pro eorum hoſtibus habebantur.

Per Imperatorem literæ illo à Papa quæſita.

CAP. V.

Definitum in Concilio iter Sigismundi Cæſaris in Hiſpaniam ad debellandum Petrum de Luna.

ROgabat etiam obnixe, & obtinuit tandem ab ipſo *Rege*, præfatum concilium, quod promiſit & juravit ſponte, quod, habitis literis teſtimonialibus & procuratorio ſufficienti ab eisdem, Balthaſare & concilio, *perſonaliter accedere* vellet *regem Arragonia & Petrum de Luna*, qui propterea per mare usque ad civitatem Nicienſem vel Villam Francam, quæ eſt portus dictæ civitatis in Provincia, per totum menſem julii tunc currentem vellet in ſimul convenire, ad tractandum finaliter cum ipſo Rege Romanorum de concordia unionis ejusdem.

Quod

Ars Balthaſaris de elinandè illud iter Caſaris acinſe devolvendi.

Quod ſentiens dictus *Balthaſar*, allegavit, quod hoc eſſet, niſi inutiliter perdere tempus. *Ipſe* enim *vellet illuc ire*, vel prope ad aliquam civitatem, perſonaliter, ad tractandum cum eorum Petro per medias perſonas, quaſiliter compendioſius dicta concordia fieret: Et ſic non expediret hujusmodi tempus in longum differre. Et quod ſic fieret, ipſe Balthaſar fortiter inſtabat.

Rejectum callidum conſilium Balthaſaris.

Concilium vero hujusmodi, & multi *præſtantiores* ex illis, hic tunc pro magna parte exiſtentes, *conſiderantes*, quod *ſi ſic fieret per hoc hujusmodi concilium diſſolveretur.* Quia non eſſent diſpoſiti illi, qui hic tunc erant, ire remote ad partes Galliæ, & ſub incerto. Timebant enim, ſi id procederet, quod tunc fieret, ſicut factum fuit in caſu ſimili, quando *Gregorius ad Lucam*, & *ipſe Petrus ad caſtrum Portus Veneris in Riparia Jannenſi*, ad faciendam tunc eandem concordiam, prout diu ante ſolenniter jurarunt & voverunt, cum ſuis curiis & curialibus acceſſerunt, & tandem, nihil quoad dictam unionem inſimul concludentes, ſine fine receſſerunt, totam Chriſti unitatem per hoc nequiter defraudando. Exiſtimabant enim concilium & ei præſidentes prædicti, quod ſimilia etiam nunc fierent per ipſos Balthaſarum & Petrum, ſi ad contigua inſimul venirent.

eſſet periculo diſſolvendi Concilii.

CAP. VI.

De parata Balthaſaris fuga è Concilio, eoque conſilio detecto ac improbato.

Friderici, Ducis Auſtriæ Dux in Concilium venit.

PEndentibus vero *iſtis* taliter *indiſcuſſis*, venit ad Conſtantiam prædictus *Fridericus Dux Auſtriæ*, ſingens ſe longius ire, nec cum Balthaſare habere aliquod commercium ſinguläre, aut propter eum huc veniſſe.

Suspicio de Balthaſare ope Friderici elapſuro. Friderico Duci hoc negotium diſſuaſit.

Tamen plures de ipſo concilio *incepernnt aſſerere, quod eundem Balthaſarem abducere vellet.*

Et quia de hoc timor & murmur *inter nos* erat, quidam potens & nobilis forenſis, ſimiliter tunc hic exiſtens, notus eidem Duci, ei dicebat: *Domine Dux, de vobis dicitur, quod certos habetis tractatus cum Papa, ita quod cum pro pecunia, per ipſum vobis promiſſa, velitis abducere. Cavete vobis, conſulo, ne falſa perpetretis.* Cui reſpondiſſe fertur Dux ipſe: Quod *prædictum Balthaſarem non adverteret, ſi ſimiliter pecunias penitus nō curaret.*

Rumor ea de re antè illu.

Sed nihilominus *rumor* de contrario inter nos magis *ſuccrevit*. Et in tantum, quod ſorte die immediate præcedenti diem fugæ prædicti Balthaſaris de Conſtantia, præfatus *Rex Romanorum, humilians ſe more ſuo*, ad eundem Balthaſarem reverenter accedit. Quem reperit paulo poſt horam veſperarum, ſuper lectum repauſantem. Cui dictus Rex ait: *Sanctepater, quomodo ſtat perſona veſtra.* Ille autem occaſionem quærens dicebat: *Quod aliqua-*

liter diuturnatus foret, quia aer hic eſſet ſibi contrarius, & eum patinon poſſet. Quidem Rex reſpondit: *Quod erant circumcirca ipſam civitatem Conſtantienſem multa loca fortia & amœna, pro perſona ipſius Balthaſaris ſatis idonea & tuta, quorum pro ſua manſione quemcunque, & quamdiu vellet, recipere & retinere poſſet. Rogando eum quantum potuit, ne ab eadem civitate Conſtantienſi, niſi prædicto concilio finito, recederet: & ſi utiq, abinde recedere vellet, illud non faceret ſecrete, aut minus honeſte. Quia rex ipſe omnino paratus erat ſibi & omnibus ſecum exiſtentibus ſalvum conductum firmiter obſervare: Imo ipſum Balthaſarem, quocunq, ire vellet, in partibus iſtis, & etiam alibi, ſi & in quantum illud ab ipſo rege peteretur, promte & fideliter aſſociare.* Et ad hoc dictus Balthaſar reſpondit: *Quod nullatenus, niſi prædicto concilio diſſoluto, ab hinc recedere vellet*: credens forte, quod eo recedente abhinc, illud diſſolveretur omnino.

Papa prædicto Balthaſare ſæpe ſecum fugituro.

Imperatorfugam Papæ diſſuaſit.

Sed omni ſero, ut apud nos publica fama erat, & apparebant indicia multa, dictus Balthaſar coram quibusdam ſuis domeſticis ipſi Regi Romanorum obloquebatur, aſſerens, eum eſſe pauperem, aut bibulum, ſatuum & barbarum, quodque de ipſo Balthaſare quæreret per intermedias perſonas pecunias ſibi tradi, ut eum in papatu quomodolibet

Balthaſar Cæſari convitiatur.

libet conſervaret: *Quod* tamen ſalva reverentia dicentis, ſc. quod rex ab eodem Balthaſare quæreret habere pecunias, *omnino caruit & caret veritate*: Illaque etiam pene omnes Palatini & dicti Balthaſaris domeſtici, prout ab eodem Balthaſare audiverunt, multis de noſtris in ipſo concilio publice affirmabant: Etiam ipſi regi temere detrahens.

Cæſar injuriam patienter tulit.

Quem tamen *Rex* ipſe, licet ſibi ſæpe recitata forent, *patientiſſime tolerabat*, nullam proinde quærendo aut faciendo vindictam.

Sed ecce, qualiter ipſe Balthaſar ſua *promiſſa*, Regi Romanorum & concilio præfatis facta, obſervavit, in ſequentibus patet.

Et quomodo dictus Balthaſar potuit juſte querulari, quod *aer* ipſe ſibi eſſet contrarius, ut præfertur? Quia, licet *Longa commendatio civitatis Conſtantienſis* ſit parva, reſpectu aliarum civitatum Germaniæ, eſt tamen *datis cibus ſe pulcra, & in ſitu amœniſſimo collocata, vitatis ubi eſt aer ſalubris, omni nationi & etati Chriſtiane conveniens.* Ibi etiam ſunt *lacus & fluminatis. na recentia*, in quibus pro magna parte civitas collocatur, intus & extra *navigabilia. Bona politia viget in eadem civitate.* Et extra & prope ſunt *vineæ, campi, horti, prata, & nemora*, per omnia, recte ac ſi eſſet ager, cui benedixit dominus. Et difficile eſſet conſimilem locum, ubi ſingula pro vita hominum neceſſaria & ſalubria convenirent inſimul, reperire. Taceo, quod de omni provincia & regione chriſtianorum illuc veniunt, & abinde recedunt forenſes & ibi ſtant ad eorum beneplacium tute.

CAP. VII.

De fuga Papæ Johannis 23. & Cardinalium è Concilio ad vicinum oppidum Schaf huſiam.

Conf. ſupr. Parte 14. c. 18.

Auxilio Friderici Auſtria Ducis Balthaſar è Concilio aufugit.

Gloriola Balthaſaris, quaſi

Die XXI. menſis Martii, proxime præteriti, in ſeptimana de paſſione domini, dictus *Balthaſar*, *habitu mutato, ſero, in forma laici* indutus, mettertius, in crepuſculo, ordinante dicto Duce, *de Conſtantia equitando receſſit ad caſtrum Schafhuſen*, diſtans per quatuor milliaria Alamanica ab ipſa Conſtantia, ſuper fluminе Rheni.

Et medietatem itineris egit taliter equitando illa nocte, & aliam medietatem transfretavit in navi, ſic quod adhuc in ortu diei illuc pervenit, in feſto S. Benedicti confeſſoris.

Et erat tunc valde exhilaratus ex hoc, quod taliter receſſerat, publice aſſerendo & gloriando, quod tunc plena libertate gaudebat, & fingendo, *ſalvus eſſet.* quod Conſtantiæ tutus non erat; quam- *vaſiſſet.* vis nullus unquam illic ſibi aliquod impedimentum ſeu vim vel injuriam intuliſſet, aut metum incuſſiſſet.

In Dominica vero Ramis-palmarum, *Qui Carſummo* mane, duo *Cardinales, ſc. Piſanus dinalis è & Placentinus, recedentes ſecrete de Con- Concilio ſtantia* ipſum *Balthaſarem ſecuti fuerunt. aufugerе.* Et eadem die poſt prandium, etiam *de* *vinet Papæ Chalancho & de Brancacciis*, nec non *Ba- ſecuti. renſis*, & ſucceſſive *quidam alii Cardinales*, etiam de Conſtantia recedentes, dictum Balthaſarem ſequebantur. Similiter multi *officiales & Curiales* eos de Schaf huſen, pro tunc etiam de Conſtantia ſecuti fuerunt.

CAP. VIII.

De Cardinalium & aliorum Concilii Patrum publica diſſenſione de autoritate Concilii.

Reverſi Schafhuſiã ad Cõcilium aliqui Cardinales,

SEd in bona quarta feria *redierunt* huc, ſcilicet ad Conſtantiam, de Schaf huſen *quatuor Cardinales.*

Et illa die fuit *congregatio* illorum, qui erant de Concilio, & *interfuit rex ipſe.*

Et illuc acceſſerunt *ſex Cardinales*, & ample multum locuti fuerunt contra ipſum concilium, ſcilicet, quod diſſolu-

Concilio moleſti.

Et eis reſponſum fuit acriter per plures de ipſo Concilio viros magnæ autoritatis & ſcientificos, ſcilicet, *quod papa non eſſet ſupra concilium, ſed eſſet ſub concilio.*

Et facta illic *contentio* magna hinc inde,

Digitized by Google

CAP. IX.

De temerario conatu Cardinalium, Curiales omnes Papæ è Concilio avocandi, & Concilium diſſolvendi.

Cardinales ſchedulam affixa Curiales Papa avocarit Schaffuſiam.

QVibus ſic ſtantibus, reperta fuit in portis majoris eccleſiæ Conſtantienſis affixa quædam *ſcedula papyrea*, in qua *citabantur* omnes *Officiales Papæ*, ſcilicet, quod ſub pœna excommunicationis & privationis ſuorum officiorum, ipſum Papam *ad Schaffuſiam*, infra paucos dies, & in ſeptimana ſanctæ ipſa, ſequerentur.

Schedula illa avocatoria reperta, et Concilio detecta.

Sed illico dicta *ſcedula* per quoſdam de prædicto concilio perlecta & depoſita, & *ad eandem congregationem deportata* fuit, ignorantibus Cardinalibus ipſis.

Cardinales caprapter accuſati.

Qua per quendam venerabilem Epiſcopum in ipſa congregatione perlecta, idem Epiſcopus dixit eisdem *Cardinalibus*, tunc præſentibus: *Reverendi patres, nos credebamus, quod huc, pro bono pacis & concordia veniſſetis. Sed duxiſtis contra nos ſel vobiscum.* Ad quod reſpondunt: *Quod utique pro bono pacis huc rediiſſent.* At ille: *Quare igitur portaſtis citationem contra officiales Dn. Papæ, & curiales hic exiſtentes, in præjudicium hujus ſacri concilii? Et eam, nobis irrequiſitis & inſciis, publicaſtis.* Quod tamen conſtanter Cardinales ipſi negabant.

Negantibus Cardinalibus ſchedulæ oſtenſa. Se confiteri negarunt.

Et tunc idem Epiſcopus prædictam *ſcedulam protulit in medium*, eamque ibidem in publico *legit*. De quo prædicti *Cardinales* aliquantulum fuerunt *ſtupefacti*, dicentes: *Quod de ipſorum mandatu hoc non proceſſiſſet.*

Cardinales ſub clamoribus ceſſerunt.

Sed bene erat verum, quod dicta ſcedula, *die immediate ſequenti*, in eis-dem partibus affigi & publicari debebat.

Et ſuscitato majori *clamore* contra eos, *in congregatione* præfata, ipſi Dn. *Cardinales inſalutato hoſpite abierunt.*

Avocatio Curialiũ per Cardinales ad aliquot dies prorogata.

Sed ipſa die immediate ſequente, ad placandum dictum concilium, tempus ſequendi præfatum Balthaſarum in eadem ſcedula *deputatum*, dicti Dn. *Cardinales* ad aliquot dies, auctoritate ejusdem Balthaſaris, ut dicebant, *prorogarunt*: Per hoc reddentes ſe concilio hujusmodi magis ſuſpectos. Qvia ipſi Cardinales ultimo, quod ratione non potuerunt illic, tunc clamoribus defendere voluerunt.

CAP. X.

De ulteriori fuga Papæ Johannis 23. Laufenbergam.

Papa Schaffuſia fugit cælo intempeſto Laufenbergam.

DIe autem *Veneris* ſancta, his ſtantibus, circa horum meridiei, ipſe *Balthaſar deceſſit de Schaffuſia*, tempore valde pluvioſo. Nec celebrato per eum ſeu coram ipſo illa die officio divino, *tranſivit equeſter verſus caſtrum Laufenberg*, conſiſtens etiam ſuper flumen Rheni, omnibus *Cardinalibus* qui prius eum ſecuti fuerunt, *remanentibus in Schaffuſia.*

Prope Schaffuſen,

Et dum eſſet extra & *prope Schaffuſen*, accerſivit tabellionem & teſtes, & coram illis publice *proteſtabatur*, quod quicquid ipſe Conſtantiæ juravit, vovit & promiſit, illud vi & metu feciſſet, & non alias, & propterea illud efficere non teneretur. Et eandem *protestationem* poſtea pluries *repetiit* in aliis locis, ad quæ devenit.

Sam proteſtatio eſt contra cautiones Papatus à ſe factas.

Tamen *in quibuſdam* ſuis *epiſtolis*, hinc inde directis, *ſcripſit oppoſitum*, ſcilicet, quod de Conſtantia non fugiſſet ea de cauſa, ut unionem non faceret, quantum in eo eſſet, imo ipſam facere vellet.

Accepti contestatio Papæ de ſuacutum fione.

CAP. XI.

De fuga Papæ ad arcem Friburg.

Papa itinerum fugit Laufenberg.

DIe *Mercurii*, immediate poſt octavas Paſchæ, in crepuſculo matutino, idem Balthaſar, etiam mutato habitu ſolito, *recepit de illo caſtro Laufenberg* met-tertius vel quartus, & *equitavit verſus caſtrum Friburg* Conſtantienſis diœceſis.

Burgum. Commendatio Friburgi.

Qvod unum eſt de melioribus oppidis ſive caſtris, Chriſtianis inexpugnabile, pulcherrimis ædificiis, & ſtratis ſive

sive plateis amplis & bene dispositis, & aliis ita bene ornatum, quod est mirabile videre. Et per omnes vicos ejus est decursus aquarum. Et sunt in eo quatuordecim monasteria diversorum ordinum, virorum & mulierum. Et alia multa miranda, & per omnia speciosa, ampla & amœna. Ita quod ipse Dn. Balthasar & illi qui secum erant curiales, intrantes ipsum oppidum, illudque conspicientes ita esse notabile, de hoc valde commirati fuerunt. Et sunt *homines* illius oppidi valde civiles, *bene scientes vegere* seu *politicare*. Ubi etiam sunt bona victualia, & in optimo foro.

CAP. XII.

De fuga Papæ Brisacum, ut Avinionem pergeret.

Eoque consilio per Cæsareos detecto.

POstquam autem dictus Balthasar per aliquot dies mansit in Friburg, *transtulit se ad oppidum Brisacum*, etiam super dictum flumen consistens, consilius ibi *tractatus facere* per meulas personas *cum Duce Burgundiæ*, qui habet terras non multum abinde distantes, *ut eum abduceret*, seu abduci faceret *de Alamannia*, conduceretque per partes Galliæ usque ad *Avinionem*. Et super hoc jam erant *conducti plures ut fugæ, stipendiarii*, in propinquo existentes, & adventum dicti Balthasaris ad ipsos pluribus diebus & noctibus præstolantes. Sed *ea* interim *dilecta* fuit quibusdam fidelibus dicti Dn. Regis, potentibus in partibus illis.

Fuga Brisacum. Tractatus cum Duce Burgundiæ de sua securitate.

Orderic. Avinionem. Consilium Avinionem elabendi, detectum.

CAP. XIII.

De fuga Papæ Nuenburgum, ut Cæsareorum manus effugeret.

QVod cum sciret ipse Balthasar, *quia* etiam tunc habitu mutato convenerat *ad oppidum Nuenburg*, super eodem flumine consistens.

CAP. XIV.

De refrenata meta fuga Papæ, eaque Friburgum iterum conversa.

SEd illico super veniente *rumore*, talo ramen, quod prædicti fideles ejusdem Dn. Regis Romanorum prætacum Balthasarum & suos curiales, tunc secum existentes, in eodem oppido Nuenburg obsidione constringere vellent: Ipsi timore vano perculsi nullo per eos ordine observato, sicut erranter, ab invicem disperse iter agentes, *iterum ad dictum castrum Friburg*. Ad quod sic fugientes eadem reversi fuerunt.

Papa in fuga, metu perculsus.

In fugâ Friburgi redit.

CAP. XV.

De Legatione Constantiensis Concilii ad Papam Friburgi agentem, pro constituendo Procuratorio in Concilio Const.

EAdem autem die venerunt illic ad *Friburgum* Ambaxatores valde nobiles, ic. *duo Cardinales* ac *plures Episcopi*, & etiam nonnulli *abbates*, cum decem comitiva illuc *missi per* dictum *concilium, ad eundem Balthasarem, requirentes* cum, quod *constitueret procuratores in ipso concilio ad cedendum pro eo papatui*, & ipse eligeret, si vellet, aliquem alium locum, in quo staret, quous qve dictum concilium aliud de ipso, pro publica utilitate Christianitatis ordinaret: aut dictum concilium contra eum ad privationem procedere vellet.

Legati Constantiensis Concilii Friburgi Papam invocarunt.

Qvibus in crastinum, paulo post horam primarum, adhuc jacens in lecto, & scalpendo se inferius invercunde, *tamen* responditi satis aspere. Asserens tamen, quod dictum *procuratorium* post eos *ad Constantiam mitteret* vellet.

Procuratorium.

Quod antedum.

Prout postea fecit, *per Dn. Bertol. suit tandem de Ursinis* comitem. Qvod ostensum ipsi concilio fuit *insufficiens* judicatum.

CAP. XVI.

De grandibus Postulatis Johannis 23. Concilio propositis pro sua cessione.

EOdem tempore petita fuerunt *in publica congregatione Constantie*, pro parte dicti Balthasaris, tunc Papæ, ab ipso concilio multa valde anormala per certos Cardinales: Sc. quod si deberet eandem *cessionem facere*, tunc vellet quod *sibi* ante omnia *provideretur* per ipsum concilium; ita, quod toto tempore vitæ suæ esset *legatus de latere* irrevocabilis Dn. Papæ, qui esset pro tempore, per totam Italiam: Item, quod *haberet* semper sub se *Bononiam* & ejus comitatum in temporalibus, similiter *Comitatum* in ea provincia, in qva *Avinionia* prælata, & multæ aliæ civitates nobiles situantur: Et cum hoc emerent sibi annuos reditus ad ejus vitam xxx (M) ducatorum auri, sc. decem in Venetiis, 10. Florentiæ & 10. alia Januæ. Et si una civitas non solveret, seu duæ non solverent aliquando, tertia teneretur, seu duæ tenerentur non solventis seu solventium partium supplere defectus: Et quod ipse Balthasar nulli deberet esse subjectus, & nihilominus Cardinalis remanere, & cum aliis Dn. Cardinalibus de emolumento capellæ participare: Et nulli unquam teneretur reddere rationem de illis, quæ fecit huc usque, & quæ facere tenetur in futurum: Sed quod esset omnino sui juris, & à cujusliber dominio & potestate prorsus liber & immunis.

Postulata Balthasaris à Concilio si cedere Papatu deberet.

Vid. supr. Parte 1. a. 17. f. 311.

Et quædam satis *irrationabilia*, quærendo subterfugia, sibi concedi publice *postulavit*. Quæ omnia erant *impossibilia* dicto concilio, sc. quod ea posset adimplere.

CAP. XVII.

De statu & consiliis Papæ ac Curialium Friburgi.

ET sic per hæc consequentia, quoad tactum cessionis Papatus, sponte & libere faciendæ, prout juravit & vovit idem Balthasar, *præcedentia* cognosci poterant manifesto, sc. quod erant *dolosa, simulata & conficta*: Tunc, considerantes ex præmissis statim reciprocationis rationes prædictas: Quod præfatus Balthasar *nunquam habuisset animum*, quod sponte sua Papatu cedere vellet, sed quod *trufabatur*, de ipsis temporalibus inutiliter redimendo: Sperabat enim semper evadere posse, & ad partes Galliæ cum adjutorio dicti Ducis Burgundiæ pervenire: Sc. ita durum tenuit, *Concilium penitus pro tunc non curando.*

Simulata ejus promissio de cedendo.

Burgundiam semper tendit.

Et qui secum erant non aliud acclamarunt, nisi *ad Burgundiam*, illud sæpius repetentes.

Concilium sprevit.

Simoniam ibi libere exercebant, prout prius apud nos tunc existentes facere consueverunt. Et eos qui de nobis, pro aliquibus negociis expediendis accesserunt ad ipsos, verbis male tractabant, asserentes eos esse schismaticos, excommunicatos, & aliàs pro posse gravabant, nescientes quæ latebant.

Simonia exercuit.

CAP. XVIII.

De Protectoribus & assectis Balthasarii, ejusque Cardinalibus & Curialibus, ad Concilium reversis.

DIe autem *Mercurii* X. Aprilis, sex *Cardinales*, qui tunc erant *in Schaffhusia*, mandarunt huc, pro *salvo conductu* ad Dn. Regem & concilium hujusmodi. Et illud obtinuerunt in pleniori forma.

Sex Cardinales Schaffhusia ad Concilium reversi.

Die ultima dicti *mensis Aprilis*, venit præfatus *Fridericus Dux* cum paucis ad Constantiam, sub *salvo conductu* ejusdem Dn. Regis Romanorum, ad præsentandum se Regi & concilio moratis, & *impetrandum*, si posset, *ve-niam* de commissis per ipsum, *pro eo quod supplex* concilium *Oratores Dn. Joannis, archiepi-scopi Mogunt.int.* Et per concilium ad-missi fuerunt *procuratores* dicti *archiepi-scopi*

Dux Balthasarus moratis, & impetrandum, ve-Protectus, niam de commissis *pro eo quod supplex ad Concilium Balthasarem sic abduxit.*

Die tertia mensis Maji venerunt ad *dictum concilium Oratores Dn. Joannis, archiepi-scopi Mogunt.*

Google

Legati Archiepiscopi Moguntini, Balthasaris Patroni, Constantiam veniunt.

scopi. In quem Archiepiscopum ipse Balthasar plurimum confidebat, *quod ipse* cum quibusdam aliis potentibus partium Germaniæ eundem Balthasarum *deberet expelere* seu abducere violenter. Sed frustra, ut experientia docuit. Nullo enim baculo contra pertinentem virgam potuit sustentari.

Die quarta dicti mensis Maji *redierunt ad Constantiam* de Schaffhusia *de Brancatilla* prædictus, & *de Columna*, nationis Neapolitanæ, nepos dicti Balthasaris, *duales* Cardinales. Item eadem die *redierunt ad Constantiam* multi *literarum apostolicarum scriptores*, & alii *officiales & familiares* dicti, qui cum ipso Balthasare fuerunt in Friburgo, & cum eo ulterius transire ad lucra captanda se posse credebant. Sed *deficientes* illic *meliùs* missa ulterius frustra volare non curarunt.

Alii Cardinales Schaffusienses reversi.

CAP. XIX.

De bello Cæsaris adversus Ducem Austriæ Fridericum, donec sese Cæsari supplex dederet.

Friderico Austriæ Duce supplex Imperatori.

INterim prædictus *Fridericus Dux*, in publica congregatione Constantiæ, genubus flexis, diu coram ipso dicto rege Rom. assistentibus sibi quibusdam principibus, & ei gratiam per ipsum Dn. Regem impendi humiliter postulantibus, de eo quod abduxit eundem Balthasarem, ut præfertur, dedit se & omnia *sua ad manus dicti Dn. Regis.*

Nec aliquis miretur de hoc, quod Dux præfatus per eandem deportationem Papæ, quam fecit, adeo commovit eundem Dn. Regem, quod *proponebat eum omnino destruere*. Et fuerunt tunc præsentes plures Principes & magnates, qui prædictum Dn. Regem Romanorum humiliter rogaverunt, ut ab eadem ira quiesceret, ipsique ad vindicandum tantam injuriam & offensam, Deo & concilio ac regi prædictis illatam, in ea parte dimitteret. Quod rex ipse noluit facere.

Cæsar bello invasit

Sed infra paucos dies postea congregavit multitudinem maximam bellantium, equitum & peditum, forsan XL. millia, vel circiter, numero. De quibus fecit fieri *sex exercitus*, quos direxit in diversis locis dominii dicti Ducis, ad obsidendum & *capiendum terram ejusdem Ducis*. Prout fecerunt de multis. Quas infallibiliter omnes expugnassent, prout apud hos fama est, nisi subito *Dux ipse se & sua eidem Dn. regi dedisset*, prout fecit, ut præfertur.

Ditionis Ducis. *Cæsar placatus.*

Quo facto, Dn. *Rex* de præconcepta ira aliqualiter *placatus*, dictos exercitus revocavit. Eundem tamen *Ducem arrestando*, sub juramento præstito, *ne de* ipsa *Constantia recederet*, nisi cum voluntate dicti Dn. Regis, & omnia quæ sibi promiserat, efficaciter impleret.

Fridericus Dux Constantiâ abire prohibitus.

Quorum aliqua Dux adimplevit, quædam autem forsan adimplere nequivit, impediente Dn. Ernesto iratre suo: Et ea de causa adhuc hic remanet in arresto. Et sic rex ipse in hoc secutus est illud: *Sit itaque vigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate sæviens: sit pietas, sed non plus quam expediat parcens.*

CAP. XX.

Captus Balthasar Papa Friburgi & Ratolfi Cellam ductus.

Captivus Balthasar Friburgo Cellam ductus.

DIe XXI. *mensis Maji* præfati prædictus Balthasar tunc Papa, *pervenit ad oppidum Celle*, distans *a Constantia per duo milliaria Alamanica*; illuc deductus de Friburg, demandato & Ordinatione concilii prædicti.

Burgum occupavit.

Et ipse Rex Romanorum recepit in suam potestatem dictum oppidum Friburg, cum octo aliis, sibi adjacentibus oppidis sive castris, quæ erant prius Ducis sæpe dicti.

Cæsar Friburgum

Captivus Balthasar Celle detentus.

Et *in* eodem *castro Celle bene fuit custoditus* die noctuque dictus Balthasar prædicto concilio disponente.

Digitized by Google

CAP. XXI.

Accusatus Balthasar, à Papatu remotus, & carceri mancipatus.

Die XXV. dicti *mensis Maji*, quo incepit sextus annus Pontificatus ipsius Balthasaris, fuit facta *sessio solemnis Constantie*, in qua fuerunt *publicati LV articuli criminosi*, omnia peccata mortalia & inenerrabilia crimina continentes, & etiam probati contra ipsum Balthasarem, tunc Papam.

Accusatus in Concilio Balthasar de multis criminibus.

Eodem die fuerunt destinati certi *Oratores* per dictum concilium, *ad eundem Balthasarem*, certificando eum de illis, quæ ipsa die facta fuerunt in sessione prædicta: Certificantes ipsum etiam, quod *depositionis sententiam* contra eum ferre vellent.

Et immanes remotio.

Et, ut fama est, in hoc *consensit*, quod fieret. Rogavit tamen obnixe, ut, quanto honestius fieri posset, honori & statui suo prædictum concilium provideret, quod & factum fuit.

Depositus Balthasar Carceri mancipatus.

Die 29. mensis Maji prædicti fuit facta *solemnis sessio Constantiæ*, & in illa finaliter *depositus* idem *Balthasar*, nec non *carceri adjudicatus* pro pœnitentia peragenda, quousque provisum esset Romanæ ecclesiæ de summo Pontifice. Et quod ille de ipso Balthasare disponeret, prout sibi videretur, & quod interim bene tractaretur.

Et sic verificatum est illud, quod ipsum Balthasarem, *qui voluit inter vos primus esse, erit vester servus.* Et merito hæc passus est: Quia *Deum præ oculis non habuit*, & quòd tractum erat, non alligavit, & quod abjectum, non reduxit.

Quam sententiam probaverit supra visum.

Die ultima mensis Maji prædicti dicebantur apud nos, quod dictus Balthasar ipsam *sententiam approbasset.*

Scripsit enim ipsi Dn. Regi Romanorum, ei *supplicando*, & reducendo sibi ad memoriam plurima beneficia, quæ ei contulerat, quod eum *benigne tractaret.*

Verumtamen multum amaricavit mentem dicti Regis in hoc, quod dissamavit eum, prout superius continetur. Et cum hoc etiam, cum esset in prædictis castris & oppidis ubilibet *conquerebatur* de ipso Dn. Rege, *injuste* tamen, quod salvum conductum sibi infregisset, ipsumque in Constantia male pertractasset, & multa similia, per quæ conabatur ipsum regem multipliciter lædere, & apud reges & principes mundi enormiter diffamare. Et de illa materia *famosas Epistolas* ad diversa regna multis magnatibus destinavit.

Vid. supr. Part. X. c. 3. 4.

CAP. XXII.

De alio carcere Balthasaris Gotlebiensi.

Post hoc, in *principio mensis Junii*, prædictus Balthasar *ductus* fuit *ad castrum Gotleven prope Constantiam*, sub custodia prædicti concilii per aliquot dies.

Gotlebia in carcere reclusus.

Et ibi licentiati fuerunt sui *familiares* & ad *Constantiam venerunt*, ne illis cooperantibus evadere posset &c.

Occultos existentes sibi fecretos, fautores in Concilio habuit.

Quo stante, *aliquos, Constantiæ tunc e-* secretum rogabat, ut sibi aliqua conlatoria scriberent, sic afflictus. Quod tamen ipsi facere non audebant, quod

CAP. XXIII.

Denovo carcere Heidelbergensi, ubi Electoris Palatini cura liberaliter habitus.

Post hoc traditus & recommendatus fuit *custodiæ Dn. Ludovici*, Comitis Palatini Rheni, qui est *princeps probus, prudens & bonæ famæ*, & est hic apud

Digitized by Google

Electoris Palatini, Protectoris Concilii commendatio.

apud nos poſitus ad cuſtodiam prædicti concilii, in abſentia prædicti regis Romanorum per dictum Dn. Regem Romanorum. Qui eundem Balthaſarem benigne pertractat, ſibiqve providet de omnibus opportunis.

Benigne

Et habet *duos capellanos* honeſtos ſecum, dicentes officium, & coram eo celebrantes, & quosdam *honeſtos nobiles*, habitus ſibi *in menſa miniſtrantes*, in loco ſpatio- ſo & delectabili, non catenatus, non conſtrictus. Et ita de aliquibus audivi, qui bene ſciunt. *Balthaſar in carcere Palatino.*

LIBER III.

De fatis Conſtantienſibus reliquorum duorum Pontificum, GREGORII XII. & PETRI de LUNA.

Aliisque negotiis, in Concilio, remoto Balthaſare, incidentibus.

CAP. I.

Gregorius XII. ſponte in Concilio per Legatum Papatu ceſſit.

Gregorius in Concilio Papatu ſponte ceſſit.

NOviſſime autem, ſcilicet *quarta die menſis Julii*, magnificus *Dn. Carolus de Malateſtis*, *procurator* dicti *Errorii*, ad illud ſufficienter conſtitutus, pro ipſo *Errorio ceſſit*, in publica congregatione & ſeſſione ſolenniter cele- brata, omni juri, quod dicto tunc *Errorio* nunc autem reverendo patri Dn. *Malateſto*, quomodolibet competit, aut competere unquam potuit in Papatu. *ſit per Cabrolum de Epiſcopo Portuenſi*, petiit, aut competere unquam potuit in Papatu. *Errorio, teſtis.*

CAP. II.

De rogo Huſſi & carcere Hieronymi Pragenſis.

Huſſus Conſtantiæ combuſtus. Non obſtante ſal. voconduſtu Cæſaris.

HIc etiam nuper, ſcilicet *VI. die menſis Julii* prædicti, fuit per dictum concilium *condemnatus, degradatus*, & traditus curiæ ſeculari, & demum igne *combuſtus* eſt, quidam pertinaciſſimus hæreſiarcha, natione Bohemus, vocatus *Joannes Huſs, magiſter in artibus, & in ſacra Theologia: Non obſtante, quod ſub ſalvo conduſtu dicti Dn. Regis Romanorum de Boemia huc veniſſet*, & ipſo Dn. rege tunc etiam hic præſente. Quia dictum *concilium*, quod ſic ipſe Joannes Huſs condemnandus foret, convictus, nec errores ſuos volens revocare, per longum proceſſum præhabitum determinavit & *concluſit*.

Hieronymus Pragenſis in carcere detentus.

Alter vero pertinax hæreticus, etiam natione Boemus, nomine *Hieronymus*, hic captus detinetur, & quod idem judicium de ipſo fiat, ſicut factum fuit de altero, ut præfertur, præſtolatur: ut quorum communis fuiſſet exceſſus contra Deum & fidem catholicam, etiam communis ſit interitus.

Citius enim mori, etiam morte ſæviſſima, elegerunt, quam vellent à ſuis erroribus reſilire, illosqve juxta ſanctiones canonicas abjurare. Et ſic ipſa Conſtantia facta hoc tempore quodam purgatorium perverſorum.

Pragenſes moins ob incineratiouem Huſſi.

Audientes autem hæc alii hæretici *in civitate Pragenſi*, quæ eſt caput regni Boemiæ, qui errores ipſorum duorum hæreticorum ſequuntur & fovent, ut apud nos fama eſt, & ſunt valde multi & potentes, illico inſimul irruentes, domos quamplures catholicorum presbyterorum Pragæ, & opinionib' eorum contrariorum impetuoſe detruxerunt, ipſorum aliquos gladio peremerunt, & quosdam in flumen Muldæ, quod penetrat Pragam, ſubmerſerunt: *Domum archiepiſcopi Pragenſis circumvallarunt.* *Huſſ.*

Tamen dictus Archiepiſcopus manus eorum ſed vix evaſit. Et multa alia ſæva & horribilia, contra Dei miniſtros & eccleſias, temere commiſerunt.

Et ecce ſic neceſſarium eſt, quod fiat *unio* vera in *eccleſia* univerſali, temporibus iſtis, etiamſi non eſſet alia cauſa, quam multiplicatio iſtorum hæretico-

Digitized by Google

ticorum & schismaticorum in diversis provinciis atque regnis.

Multi etiam alii nobiles actus hic per concilium facti sunt, quos gratia brevitatis omisi.

CAP. III.

De itinere Sigismundi Imperatoris è Concilio ad Regem Arragoniæ, supra definito, propter Petrum de Luna.

Sigismundus Imperator è Concilio in Galliâ migravit, causam unionis perfecturus.

DIe autem *Jovis* 18. præsentis *mensis Julii*, Dn. Rex præfatus, acceptâ benedictione à Dn. Cardinalibus, hic existentibus 15. numero vel circiter, nec non à plerisque aliis venerabilibus patribus Episcopis, in ipso concilio congregatis, *recessit iter agendo versus* easdem *partes Galliæ*, stipatus quatuor millibus equitibus, causa colloquium habendi cum eisdem, *rege Arragonum* & *Petro*, ut superius tactum est. *Vid. supr. lib. 1. c. 5.*

Et tenet indubie Rex Romanorum, quod ipse *Petrum* ctiam cedat, prout fecit tunc *Errorius* præfatus, nunc *Portuensis Episcopus*, ut præfertur. Ut perfecta unio in universali ecclesia, concedente domino, evestigio subsequatur.

CAP. IV.

Decretum Concilii Constantiensis de novo Papa non eligendo sine consensu Concilii.

Sequitur quædam ordinatio facta in eodem Concilio.

SAnctissima generalis Constantiensis Synodus, ecclesiam Catholicam repræsentans, ad extirpationem præsentis schismatis ac erroris, ecclesiæque reformationem, in capite & in membris faciendam, *in spiritu sancto legitime congregata, ad facilius, liberius & utilius unionem ecclesiæ consequendum, pronunciat, decernit, statuit, & ordinat: Quod si contingat sedem Apostolicam quovis modo vacare, in prima illius vacatione ad electionem futuri summi pontificis nullo modo procedatur sine deliberatione & consensu hujus sacri concilii generalis. Et si contrarium fieret, illud sit ipso facto, auctoritate dicti sacri concilii, irritum & inane. Nulli, cuicumque contra hoc decretum in papam recipiat, nec illi, ut papæ, quoquomodo adhæreat, nec obediat, sub pœna fautoris dicti schismatis, & maledictionis æternæ: puniantur hoc casu eligentes, & electus, si consentiat, ac illi adhærentes, pœnis, per hoc sacrum concilium ordinandis. Suspendit quoque dicta sancta Synodus pro bono unionis ecclesiæ omnia jura positiva, etiam in conciliis generalibus edita, & ipsorum statuta, ordinationes, consuetudinesque, & privilegia, quibuscunque concessa, & pœnas, contra quoscunque edita, in quantum dictum decretum impedire possent quoquomodo.*

CAP. V.

Remotio Balthasaris à Papatu in Concilio publicata.

Sequitur sententia depositionis Balthasar Cossa, olim Joannis Papæ XXIII.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Sacrosancta generalis Constantiensis Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, invocato Christi nomine, solum Deum pra oculis habens, visis articulis, in hac causa contra dominum Joannem Papam XXIII. formatis & oblatis, ac probationibus eorum factis, ejusque submissione spontanea, una cum toto processu hujus causæ, habita matura deliberatione super eisdem, per hanc nostram sententiam definitivam, quam proferi in his scriptis, pronunciat, decernit & declarat, recessum, per præfatum Dn. Johannem Papam XXIII. ab hac civitate Constantiensi & dicto sacro Concilio generali, clandestine, hora suspecta, in habitu dissimulato & indecenti, factum, *fuisse & esse illicitum, ecclesiæ Dei in dicto concilio notorie scandalosum, pacis & unionis ipsius ecclesiæ turbativum & impeditivum*, schismatis invetitivum, *& nutritivum*, à voto, promissione & juramento, per ipsum Dn. Joannem Papam Deo & ecclesiæ ac huic sacro concilio præstitis, derivativum, ipsumque Dn. Joannem papam Simo-

Simoniacum notorium, bonorum & jurium nedum Romanæ, sed & aliarum ecclesiarum & plurium aliorum locorum piorum dilapidatorem notorium, malumque spiritualium & temporalium administratorem & dispensatorem fuisse & esse, Suis detestabilibus inhonestisque vitæ & moribus ecclesiam Dei & populum Christianum scandalizantem, antequam assumeretur ad Papatum, & postea, ad ipsa temporalia ipsamque per præmissa ecclesiam Dei & populum Christianum notorie scandalizare & scandalizare. Postquæ monitiones debitas & cautativas, iteratas & crebras vicibus eidem factas, in præmissis malis pertinaciter perseverasse, seque exhibuisse incorrigibilem reddidisse, ipsum propter præmissa & alia crimina, in processu dictæ causæ contra eum deducta & contenta, tanquam indignum, inutilem & damnosum, à Papatu & omni ejus administratione, spirituali & temporali, amovendum, privandum & deponendum fore. Et eum dicta sancta Synodus amoverit, privet & deponit: Universos & singulos Christifideles, cujuscunq; status, dignitatis vel conditionis existant, ab ejus obedientia fidelitate & juramento absolutos declarando. Inhibendo insuper universis Christifidelibus, ne eundem, a Papam, ut præmittitur, sic depositum, de cætero in Papam recipiant, seu eum Papam nominent, aut illi tanquam Papæ adhæreant, seu quoquomodo obediant. Et nihilominus eo certa scientia & de plenitudine potestatis, suppleat dicta sancta Synodus omnes & singulos defectus, si quis forsan in præmissis, vel aliquo præmissorum intervenerint, eumque ad stendum & morandum in aliquo loco bono & honesto, sub custodia tuta Serenissimi Principis Domini Sigismundi Romanorum & Ungariæ regis &c. universalis ecclesiæ advocati & defensoris devotissimi, nomine dicti sacri concilii generalis, quam diu dicto sacro concilio pro bono unionis ecclesiæ Dei videbitur expedire, condemnandum fore, & eadem sententia condemnat. Aliàs vero pœnas quæ prædictis criminibus & excessibus inferri deberent, juxta sacrorum canonum dictum concilium arbitrio suo reservat declarandas & infligendas, secundum quod ejusdem vel præfatorum dictæ rationi suadebit.

Item decernit, statuit & ordinat dicta sancta synodus, pro bono unionis ecclesiæ Dei, quod nulla unquam tempore, recipiatur in papam dictus Baldassar de Cossa, super Joannes Papa XXIII. nec Petrus de Luna, Benedictus XIII. nec Angelus Corarius, Gregorius XII. in suis obedientiis se nominatis, & si contrarium fieret, illud sit ipso facto irritum & inane. Nullique omnino cujuscunque dignitatis & præeminentiæ, sit imperialis, Regalis, Cardinalatus vel Pontificali dignitate præfulgeat, eis, vel eorum alteri contra hoc decretum, ullo unquam tempore obediat, seu adhæreat, sub pœna fautoriæ schismatis prædicti & maledictionis æternæ, ad quam, contra præsumtores, si qui impudentium fuerint, etiam cum invocatione brachii secularis & aliàs ipso jure procedatur.

Item decernit dicta sancta synodus, quod quatuor generales judices deputari debeant vocare, prælatos absentes ad synodum, & punire non venientes, prout de jure ac secundum Deum videbitur expedire.

CAP. VI.

Gregorius XII. cessionem Papatus, per Legatum suum in Concilio factam, solenniter approbavit.

Decimo tertio mensis Augusti venerunt nova ipsi concilio, quomodo *Angelus Corarius*, olim Gregorius Papa XII. nunc *Episcopus Portuensis*, postquam intellexit, *cessionem sui Papatus* per dictum Dn. Carolum de Malatestis, *procuratorem eius* sum ad hoc per eum solemniter constitutum, publice factam, ut superius tactum est, convocatis suis cardinalibus & Cardinalibus, nec non prælatis & clero, qui sibi ut Papæ tunc adhærebant & credebant in partibus illis, *in publico consistorio* gaudenter & sponte *approbavit*, laudavit & confirmavit omnia in ea parte gesta pro ipso per dictum Carolum.

Ceremonia Papæ depositi à Gregorio.

Quo facto illico *depositis mitra, Pontificalem*, nec non *calobium & omnia Pontificalia* seu *insignia Papalia*, etiam ibidem præsentibus omnibus, cum solemni protestatione, *quod illa nunquam de cætero resumere vellet*, imo omni modo, quo posset, procurare intenderet, quod præfata unio fieret in ecclesia universali.

CAP. VII.

De Narbonensi tractata inter Sigismundum Imperatorem & Arragoniæ Regem.

Die quarta mensis Augusti venerunt nova prædicto concilio, qualiter præfatus Rex Romanorum pervenisset cum magna reverentia & honore receptus ubique locorum, in partibus Galliæ ante, usque ad civitatem Narbonensem, quæ sita per mare Occanum in partibus Tholosanis consistit.

Et ibi ad ipsum Regem Romanorum per plures dies postea venit Rex Arragonum gerens supra dictus, ut hic fama est, cum magno apparatu per terram: Asserens, quod prædictus Patrus illic erum infra paucos dies postea per mare venire deberet. Quodsi faceret, prout sibi promiserat se facturum, etiam ipsum super suo Papatu cedere deberet, quacunque difficultate remota. Et si hoc facere nollet, ipsum Petrum captivare, ac captum Regi Romanorum vellet infallibiliter assignare.

Et hic præstolamur de hoc bonum nuntium, de eo quod ex nunc contigit, nova ut speramus grata cito referendo.

Cæsar Sigismundus venit Narbonam.

Rex Arragonum venit ibi.

Rex Arragonum venit ad Cæsarem.

Petrus de Luna, qui etiam Papatum gerebat, aut cedere, aut capi, relatus.

CAP. VIII.

Hieronymus Pragensis in Concilio recantavit.

Die XII. mensis Septembris dictus Hieronymus de Boemia, qui fuit de hæresi Johannis Huss suspectus, & propterea diu in carceribus Constantiæ detentus, hora vesperarum, coram Nationibus in ecclesia majori Constantiæ excusavit se de hæresi, & in scriptis recognovit, se credere & tenere, quicquid docuit & tenuit sancta & Romana ecclesia, & submisit se Concilio Constantiensi.

Hieronymus Pragensis fidei Hussi revocavit.

CAP. IX.

De lato nuncio Cæsaris ex Hispania quoad unionem Ecclesiæ. De variis bellis tempore Concilii suborsis, dum Sigismundus a Concilio abfuit & in Hispania pacis Ecclesiasticæ causa egit. Ut & de adventu Legatorum Samogetiorum ad Constantiense Concilium.

Die XVIII. mensis Septemb. venerunt nova de Ungaria, de interfectione Turcorum & triumpho Christianorum illic habito. Sed adhuc dubium est, si sit ita. Et de hoc postea nihil certum in effectu, sed contrarium, scilicet, quod ipsi Turci multos Christianos valde noviter in illis partibus trucidassent, & magnam catervam Christianorum captivos sub servitute miserabili abduxissent.

Eadem die venerunt nova de Rege Romanorum de Perpinano, quomodo Rex ipse erat cum Rege Arragonum & Petro de Luna ibidem in tractatibus unionis. Et quod sperabant cito venire cum bonis & certis novis. De quibus novis fuit facta lætitia magna hic inter forenses. Quia Dn. rex Arragonum tunc temporis, & diu antea valide infirmitate detentus. Et Petrus de Luna præfatus in castro fortissimo Perpiniano tunc residens, ac in sua pertinacia perseverans, quæcunque difficultate superata, ut Rex Romanorum & Hungariæ fuit Constantiæ in Concilio generali, circa festum Pascæ Turci in magna multitudine venerunt usque ad regnum Bosnæ, vocati per præfectum illius regni, quem ipse Rex ad custodiam ipsius regni deputavit, corruptus pecunia & promissis per Venetos, æmulos ejusdem. Et dein de latentes ad regnum Dalmatiæ circa mare & in Selavoniam velociter currentes, viam nocturno tempore usque ad calidas aquas Vesprimiensis diœcesis pervenerunt. Ubi multos nobiles & plebejos utriusque sexus rapientes, captivos detinuerunt, & illas terras, usque

Nova de Rege Romanorum & Rege Arragonum.

Bosniam.

Præfectus Sclavoniæ.

Venetos.

Dalmatiæ.

Sclavoniam.

usque *ad fines Alamaniæ* pervenientes, multas eccleſias & loca eccleſiaſtica, nec non villas campeſtres, quasdam ignis incendio, & reliquas aliis modis violenter detruxerunt, & valde multos Chriſtianos interfecerunt, & ultra octo millia ſecum captivos abduxerunt.

Poſtea vero, circa feſtum aſſumtionis B. Mariæ, ad dictum regnum Bosnæ redeuntibus ipſis Turcis in manu forti eis occurrebant multi nobiles de Ungaria, armati pro defenſione Ungariæ, qui erant ſex millia vel circiter.

Chriſtiani victores Turcorũ.

Ibi bellarunt cum parte ipſorum Turcorum. Et illâ victâ, ſecundario eadem die pugnarunt cum alia parte. Et illam ſimiliter vicerunt circa horam veſperarum.

Proditoris nova artes Chriſtianos ſeducendi ac perdendi.

Et fuit inter eos ille *Capitaneus, Bosna proditor & falſus Chriſtianus.* Qui dolens de iſtis victoriis Chriſtianorum ſeduxit eos, inducens, ut tertium prælium committerent etiam cum Turcis ipſa die. Qvibus reſpondentibus, quod jam laſſati erant, nec poterant ea die peramplius pugnare: Reſpondit proditor, quod pauci eſſent in vicinia eorundem Turcorum, quos de facili etiam pugnando cum eis vincere poſſent. Qvibus credentibus dictis hujusmodi proditores, & eum ſequentibus, acceſſerunt intrepide ad quendam locum, ubi maximus numerus ipſorum infidelium fuerat congregatus.

Ita quidem nulla proportio fuit inter Chriſtianos, quoad illum numerum & ipſos infideles. Qui quidem Chriſtiani ſubito per Turcos ipſos circumdati, & omnes interfecti, ac eorum valde multi nobiliores victi in captivitate detenti fuerunt.

Turci victores Chriſtianorum à proditore illo ſeductorum.

Qvo facto, ad interiora partium Dalmatiæ & Slavoniæ prædicti *Turci victores*, dantibus eis paſſum quibusdam capitaneis Chriſtianis in partibus illis, usq; ad terras comitis Ciliæ in Alamania, & hnes dioœceſis Salzburgenſis, & terrarum eccleſiæ Aquilegienſis pervenerũt, omnia loca, ſacras eccleſias, villas, terras Chriſtianorum flamma & cædibus hominum, nullis eis tunc reſiſtentibus Chriſtianis, & ipſorum *Rege tunc exiſtente in partibus Gallicanis, pro nunione in eccleſia faciendâ*, devaſtarunt.

Qvibus peractis ultra xxx. millia Chriſtianorum ſecum in perpetua & miſerabili ſervitute abduxerunt. Et transitum facientes prope terras Venetorum, illas & earum habitatores non offenderunt.

Et circa medium menſis Septembris iterum reverſi ſunt ad easdem regiones, cum majori multitudine, quam prius unquam fuiſſe dicuntur, *ad conquirendũ totum regnum Ungariæ*, quod Deus avertat. Qvibus tamen vadunt obviam multi Theutonici armigeri, de locis finitimis ſimul congregati pro defenſione terrarum Alamaniæ, ſi poterunt, â manibus hoſtium perverſorum, adhuc dicto *Rege Romanorum* agente ubi ſupra *in partibus Gallicanis.*

Die 5. menſis Septembris fuit ſcripta una litera miſſiva in *Tiburte*, prope Romam, huc ad Conſtantiam per quendam virum veracem & nobilem directa, & inter alia habetis iſta: *Scientes, quod nuper præteritis meſſibus, exilem valde habuimus fruſtuum hic recollectionem, eo quod medium in terris orio Tiburtinenſi, ſed & caſtrorum vicinorum mora maximi ſicut porcelli, maſculi illæ, ultra omnem humanam æſtimationem devaſtarunt. Audiviſtine mutationem domũ nii urbis, paucis gratam, ſed revera magni doloris, & ira Dei contra nos ſignum. Ultinam graviora non involvant. Nam plusquam centum de valentioribus exiciis, cum Brachio reginæ Neapolitanæ, & ejus conſortis Comitis Marcii, quem pridem deæxit in maritum, mediante genere Urſinorum, prætendunt de novo hanc patriam ſubjugare, niſi Deus obſiſtat. Et quia nuper Romani per vim recuperarunt pontem Molini, indignatus ad hoc comes Caſtaria, vicarius dictæ reginæ, ſpoliavit Romanos omnibus pecudibus, quas ad partes Telliacotæ & alias harum partium montes in magno numero deſtinarunt. Quid ergo, niſi miſericordia Dei nos conſoletur, quod lamentationes Jeremiæ nos repetere oporteat, formidamus.* Et hæc ſunt nova miranda, prius non viſa in partibus illis & crebeſcentibus guerris, cauſante dicta Regina & diviſione ipſorum Romanorum. (ſcilicet,

Fata urbis Romæ.

Digitized by Google

ficet, quod ibi tangit, ubi loquitur *de Urfinis*.)

Rex Portugallie Saracenos invasit.

De *mense Novembri* venerunt nova, qualiter Dn. *Joannes Rex Portugallie*, collecta magna classe galearum & navium per mare Africū navigando & credens invadere terras illius Saraceni, qui ie *Regem Granate* appellat, prope Hispaniam supra mare Oceanum: Et dum appropinquaret eisdem terris dicti Saraceni, impulsu ventorum contrariorum, nec non tempestate maris vehementi, versus *Africam*, seu partes *Tunicii*, de mense Augusto, proxime prætérito, ad portum cujusdam civitatis magnæ, fortis & potentis, quam *Ceute* illic vulgus appellat, & possessa tunc erat per Sarracenos, quæ est *magna ad instar Bononie*, ut fertur, habens etiam tria fortalitia, seu tres arces, & fuit opibus & mercantiis valde repleta: Et etiam multi Januenses mercatores, causa exercendi merces tunc morabantur in eadem. Sarraceni vero seu incolæ dictæ civitatis, videntes quod dicti Christiani applicuerunt eis, pro magna parte, ne civitatem ipsam ingredi possent, defendendo se alacriter cum conchis & sagittis aliquandiu restiterunt. Sed demum victi & pro magna parte interfecti per Christianos, reliquis illico fugientibus ad civitatem, illosque insequentibus velociter Christianis, ipsi Christiani una cum prædictis fugientibus portas dictæ civitatis potenter & viriliter ingressi sunt, & statim eam obtinuerunt cum consilio dictorum Januensium, præambulo & firmato pacto inter eos, quod ipsi Portugalenses eosdem mercatores Januenses non læderent in personis & rebus eorum. Etiam ipsa tria fortalitia infra paucos dies viriliter expugnarunt, eaq; & dictam civitatem eorum dominio subdiderunt, interficiendo Sarracenos illic repertos.

Et sic ipsi Portugalenses de spoliis Sarracenorum victorum vehementer ditati, ac illic suis navibus oneratis, ad propria de mense Septembri proxime præterito ediérunt, dimissa sufficienti custodia pro civitate & fortalitiis antedictis, quæ infra unum annum propter eorum fortitudi[illegible]em & victorum multitudinem, per potentiam, ut fama est, non vicissent, nisi ita repente, auxiliante domino, portam ipsam, ut præmittitur, ingressi fuissent, ejusdem civitatis habitatoribus & incolis improvisis. Quam subdicti Christiani potuerunt retinere, aliis Sarracenis in confinio positis possunt esse satis infesti.

Eodem tempore hic nova scivimus, quod *rex Anglie* cum maxima navium classe *intrasset Normanniam*, accepissetque violenter maris portum oppidi *Herfleu*, quod est fortissimum & tunc fuit sub ditione regis Francorum constitutum, & per ipsos Gallicos valde multis armigeris & defensoribus communitum. Qui omnes capti ad Angliam captivi perducti fuerunt, eodem opido sub ditione regis Angliæ remanente. Sed infra dies paucos, litargia exercitum ejusdem Regis Angliæ illic horribiliter invadente, ita quod exinde valde multi dietim morerentur, dimissis custodib', in eodem oppido sufficientibus, & expulsis exinde indigenis Gallicis, rex ipse Angliæ cum ix. millib' præter vectores curruū & carrucarum, qui erant numero duo millia vel circiter, per terram, & reliqui per mare in Angliam revertebantur. Sed dum rex ipse venisset prope ..., qui quidem locus distat à Colliesio per, milliaria, & interim, quod sic per terram iter egit, principes, magnates & militia Galliarum se adunarunt cum quibusdam finitimis nobilibus, & etiam habentes in eorum exercitu ultra mille Italicos, quorum capitaneus erat Burigaldus, qui dudum rexit Januam, pro eodem rege Francorum. Et idem exercitus Gallicorum continebat ut fama est, ad omne minus centum millia pugnatorum. Et commisso prælio, sicut indictum fuerat tempestive, Anglici fuere victores: Quamvis infra triduum ante, nisi panem pro cibo & aqvam proportuha buissent. Ubi fuerunt quinque millia, quingenti & ultra Gallici inter magnates nobiles & armigeros interfecti, mille & quingenti capti, & ad Angliam ipsam perducti, inter quos sunt plures Duces, comites & Barones ac milites, quorum Ducum duo, ut dicitur,

Rex Anglie infestavit bello Gallos.

tur, pro liberatione ſuarum perſonarum à captivitate exhibent quadraginta millia Francorum auri.

Ipſi enim Gallici, more ſuo alacriter bellare inceperunt, ſed invenientes Anglicorum reſpective paucorum fortem reſiſtentiam, & ipſos cum ſagittis acutis jaculantium, de bello turpiter fugerunt, nunc mille nunc plura millia, non educentium gladios vel ſagittas contra ſe pugnantes Anglicos ſæpe dictos. Unde tantum non teſtellit illud antiquum dictum, videlicet: *Gallorum multa ſunt & repentina conſilia.* Item: *Ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer & promtus eſt animus, ſed mollis & minime reſiſtens ad calamitates ferendas.*

Die 28. dicti *menſis Novembris* intraverunt *Ambaſiatores Samoytarum, de novo converſorum* ad fidem catholicam, ſexaginta vel circiter numero viri, ſatis procera ſtatura: Qui habitant inter Livoniam & Lituaniam, prope Pruſſiam. Et terra eorum, quam inhabitant, vocatur *Semigalia*, omnibus bonis refertа, excepto, quod non creſcit ibi vinum. Et ſunt ſub regimine conſtituti *Vitoldi*, aliàs, *Alexandri*, *Ducis Lituaniæ*. Et conſueverunt prius eſſe aliquandiu ſub regimine magiſtri & fratrum Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum de Pruſſia.

Legati Samojitarum venerunt Conſtantiam.

Et receſſerunt *die prima menſis Martii.*

CAP. X.

De rebus Petri de Luna in Hiſpania, ad ceſſionem compellendi.

QUarta decimo die *menſis Decembris* multæ literæ miſſivæ ad nos perductæ ſunt, aliquæ *de Perpiniano*, aliquæ de *Narbona*. In quibus continebatur, quod *Rex Romanorum voluit recedere de Narbona*, & iter ad nos redeundi arripere: Sed *Hiſpaniæ, Arragoniæ & Navarræ regni, nec non Fuxi & Armeniaci comites, & ambaxiatores regis Scotorum*, atque multorum aliorum magnatum adhuc exiſtentium in *Perpiniano*, per eorum nuncios, ipſi Dn. Regi Romanorum directos ad Narbonam, dictum Dn. Regem Romanorum ſtrictiſſime rogarunt, ne ita repente recederet ſine fine, ſed ſuos Oratores cito eis deſtinaret, cum quibus *ſperabant invenire bonum modum* ſeu ordinem, pro unione prædicta: Et quod ipſum *Petrum de Luna cedere ſuo Papatui* oporteret. Quod ſi non faceret, ſibi *obſtantiam* in regnis & partibus illis *ſubtraherent*, eumque terra marique perſequi vellent.

Sigismundus abiit Narbonã paravit. A variis regibus retentus.

Firma Hiſpanorum ſententia, Petrum de Luna Papatu cedere debere.

De quo ipſe *Rex Romanorum gravioſus miſit* è veſtigio quosdam ſuos ſolennes *Oratores ad Perpinianum.*

Quibus illuc advenientibus, & cum magno deſiderio nobilium & populariorum receptis, ordinatum & concluſum fuit, quod *daretur dilatio* 15. *dierum* præciſe ipſi *Petro*, infra quos haberet cedere, aut ut hæreticus in perſona & rebus ſuis perſequi deberet.

Ipſe vero *Petrus* hoc ſentiens, quos[dam] multos illarum partium potentes *donis & corruptis promiſſis ſophiſticavit* pro ſe, more ſuo, *Petrus de Luna.* creando quatuor eorum cares in magnos Antiſtites, & unum eorum in Cardinalem, & quibusdam ex eisdem potentibus, qui pro ſe aut ſuis nolebant habere tales eccleſiaſticos honores, dedit aliquas pecuniarum ſummas in promtu, quod eum juvarent, ut tutus abinde per mare recedere poſſet, prout fecerunt.

Et poſtquam *pervenit* cum galeis ſuis ad *caſtrum Colibræ* maritimum, inſe- *Fugientẽ* cuti ſuerunt eum *Ambaxiatores* illarum *inſecuti* civitatum, ſcilicet, *Barſalonæ, Cæſar Au-guſtæ, Valentiæ, Majoricæ, Dertuſæ, Ge-rundæ, Perpinianæ*, & quarundam aliarum magnarum civitatum, ſecus mare conſiſtentium, usque ad dictum caſtrum Colibriæ. Et ibi *obſederunt* eum. Et taliter ſpoliarunt ſeu nudarunt ipſas galeas remis & aliis inſtrumentis, inibi repertis, quod abinde ulterius recedere non poterat.

Quid autem ſubſecutum ſit, ignoramus: Niſi, quod dicti ambaxiatores earundem civitatum in hoc concluſiſſent, eſſentque concordes, quod *nol. Obedient ampliùs ſtare facẽ obedientiæ* dicti *Petri. tũ illi ab* Sive cederet, ſive non, ipſi nihilominus *Hiſpania* huic Concilio *intenderent* adhærere, *ſubtracta.*

que persequi, pro eo, quod toties sponte juraſſet & voviſſet Deo & ſanctis ejus ſolemniter, & in ſcriptis, ante perversum ejus Papatum, & in illo etiam, quod ipſe ſemper paratus eſſet, velletque sponte cedere dicto ejus papatui, quotiescunque super hoc requireretur à ſibi adhærentibus, & alter vel alii, alterius & aliarum, obedientiæ vel obedientiarũ, nominatus ſeu nominati in ejus vel eorum obedientia ſeu obedientiis, Papa vel Papæ, etiam sponte cedere vellent: Et iterum contra juramenta & vota ſua prædicta temere veniret, ea nolendo adimplere, ſubterfugia quærendo, & ne ipſa unio fieret fugiendo.

CAP. XI.

De adventu Legatorum Sigismundi è Gallia ad Concilium, cum ſpe unionis Eccleſiaſticæ: Et maguo Concilii gaudio.

Gaudium Concilii

IN feſto S. Thomæ Cantuarienſis, infra feſta natalis domini, poſt prandium, *venerunt ad Conſtantiam* aliquæ tres *literas* miſſivas & clauſas: duas ſcilicet concilio, & tertiam comiti Palatino Rheni, hic exiſtenti. Quarum *duæ* fuerunt *Regis Romanorum & tertia Oratorum* dicti *concilii*, directorum cum ipſo Dn. Rege Romanorum per præfatum concilium ad regem Arragonum & Petrum de Luna, pro unione, in univerſali eccleſia reformanda, prout ſuperius tactum eſt.

Legati Sigismundi nobiles perſonæ de Narbona, apportantes literas Conſtantiam venerunt.

Et prædictæ *literæ* fuerunt eadem die *lectæ publicè in publica congregatione nationis Germanicæ*, continentes in effectu, quod usque ad 15. diem præſentis menſis Rex Romanorum & Oratores ex una parte, & Arragonum, prædicti, nec non alii reges & magnates, qui prius fovebant partem dicti Petri, & erant de ipſius obedientia, ex alia, *veniſſent ad concluſionem ſinem unionis* prædictæ, indubie ſubſequendam: Excuſantes ſe, ſc. Rex Roman. & Oratores prædicti, quod *eſſe proſequendam*, per prius eidem concilio de illa materia certa nova non ſcripſerint, ea de cauſa, *inter Hiſpanos &* quod licet multa ſolicitè & continuè exiſtentes inſimul in partibus illis de *Cæſarem concluſa*. prædicta materia pertractaſſent, illa tamen de die in diem immutata ſuiſſent, & valde ſub dubio ſeu incerto, usq; ad ipſam diem xv. Et quod penitus inſperata & inutilia attentata fuiſſent, & quod de his punctatim, ſeu magis clare, infra paucos dies velent per quosdam exeiſdem oratoribus etiam mittendos ad Conſtantiam, prædictum concilium informare.

Difficile hoc negatium.

Et *perlectis* dictis *literis*, ſtatim fuit facta lætitia magna, præſentibus, & ipſa *ex hoc* nova grata audientibus. Et campanæ *cio.* eccleſiarum Conſtantienſium, in augmentũ lætitiæ hujuſmodi, pulſabantur.

Fuit etiam tunc magnus concurſus illico ad magnam eccleſiam per ipſam Germanicam & alias nationes, hic etiam exiſtentes in celebratione concilii memorati, quorum valde *multi pra nimio gaudio plorabant*: Cæteri vero una voce *Te Deum laudamus* devotiſſime concinebant.

Retulerunt etiam *in publico*, ſive *eorum ipſis nationibus*, bajuli earundem literarum, quod non poterant ore promere aut dicere, quam ingens & celebre *gaudium* factum fuit *in partibus Hiſpania & Aragonia*, nec non vicinis regionibus toti populo, & omnibus habitatoribus in partibus ipſis, de illa *jucunda concluſione univerſalis pacis & unionis eccleſiæ* prædictæ, ſi datum ſit deſuper, ſpt. ut ſperamus, ſubitq; ſubſequenda.

Gaudium Hiſpaniæ & Aragoniæ ex unione eccleſiæ.

Die Lunæ, infra eadem feſta natalis domini, *Conſtantiæ*, ſolita hora, facta fuit *ſolemnis proceſſio*, in qua fuerunt Dni. Cardinales, & alii etiam Prælati inferiores, illi ad generale concilium congregati. Qua peracta, fuit celebrata in majori eccleſia, cum non modica frequentia ac lætitia cleri & populi Conſtantienſis, Miſſa de Spiritu S. *Multi* etiam tunc *pra gaudio ſtemebant* illic, ac eis & aliis pro tanto bono Deum collaudantibus.

Sacra Conſtantienſis pro illa Eccleſiæ unione.

Ex quibus nobis fertilis ſpes datur à domino, quod dicta *unio* fieri debeat in *univerſali eccleſia* cito, prout in præcedentibus recitatur.

CAP.

CAP. XII.

De Hussitarum litteris ad Concilium datis, ob eadem Hussi quæsitis.

EAdem die venit huc de Boemia quidam familiaris prædicti Wenceslai Dulpini, apportans de regno Boemiæ quandam literam patentem scriptam, & sigillo quatuor Baronum Boemiæ, & 400 & 50 de Nobilibus Hussitarum & totidem Boemorum, inter quos sunt plures Baronet ac milites & militares, nec non amigeri populares & plebeji, qui omnes unanimiter erant & sunt de secta quondam Johannis Hussi etiam Boemi & ardenter zelantes pro eo, & aliis comburti.

Literæ Hussitarum Concilio missæ.

Literam hanc reprehendentes nec sacrum concilium de hoc, quod dictus Joannes auctoramento præstito concilio, & eo volente suos priores abnegare, taliter judicavit & pluribus fuit Apparentes, quod sic erat ut familiaris & fautor Hussi, nec similis sibi reperiatur in bonitate & sanctitate. Quodque per hoc dictum concilium peccavit & maleficit, & propterea non voluerint nec velint adhærere & obedire.

CAP. XIII.

De Legato Concilii ad Hussitas Boemos.

ET eadem multiplicata fuit prædicti hæretici in plerisque locis & publica fama laborat, quod etiam revolendus pater Dn. N. Episcopus Carbonensis, qui licet sit magnus, nobilis, & etiam potens opere & sermone inter quos prædicto, & alias fuerit per ipsum concilium ad dictum regnum destinatus, ad exterminandum hæreles hujusmodi de illo, & alia omnia cum literis credentialibus, nec non adhibitis per eum omni diligentia, ad exterminandum dictum regnum de hæreticis & hæreticis hujusmodi, & reducendum dominum plebem prædictam; veruntamen infra quinque proxime, non parentes, pœnas incurrimus ad omnia hæretica contra nos libros

Episcopus Carbonensis Legatus Concilii ad Hussitas missus.

adhærentes pertinaciter coadunati in eorum perfidia, quod verissime existit, & satis dubitat de persona & bona ipsius.

Et sic medicum professimus, mittendo ipsum ad procurandum salutem in natione prædicta, quæ ipsum Joannem Hussi Hus a Boemis prædicatæ concelebrat, ac quasi pro sancto habita, de sua martyre glorioso. Populus fidelium Martyre & infidelium humanum intelligentes de hoc habitare vitarra provideret.

Et ecce quantum periculum est in Christianitate, cum capita prædentium ad invicem obliquantur, vel quasi: prudenter & iste procedant singula ne supponi, non respicientes nihil gerunt.

CAP. XIV.

De legatione Concilii ad Argentinenses pro liber modo captivo Magistro Argentinensi.

IN principio mensis Januarii venerunt Nova Concilio, qualiter Dux Austriæ & Archiepiscopus Archiepiscopus Argentinensis in quorum loco Argentinensis Episcopus, Episcopus Basiliensis, de progenie Ducis Austriæ natum, qui ut Episcopus Argentinensis, ecclesiam pertinaciter & semper & ultra, & tamen male Argentinensis, se vocabat, ut Quare scientes & fidelis manu tali, & ut ad ecclesiam Argentinensem capitulum ad

Jam hæc omnia narrantur Concilio legenti, ad Argentinenses pertinent.

dueentes, ut quidam ex eis ad hoc faciendum

Quod cum dictum concilium in veritate sentiret, missis illuc solemnes Ambassatores, sc. Patriarcham Constantinopolitanum, & quosdam alios magnæ auctoritatis viros, ad videndum in eo casu de remediis opportunis, pro liberatione illius captivi à manibus Decani & Capituli prædictorum.

Quibus veritentes & super ista materia cum prædicto Decano & Capitulo plurimum

pluribus habitis colloquiis, modicum profecerunt. Imposuerunt enim prædicti, Decanus & Capitulum, eidem Dn. *Wilhelmo*, quod *ut merus laicus* dictæ ecclesiæ tamdiu præfuisset, & etiam non curasset in spiritualibus & temporalibus debite gubernare, & cum hoc tot castra & *bona immobilia* ipsius *ecclesiæ alienasset*, quod ultra 30. millia flor. auri valerent. Et plura alia sibi imposuerunt. Asserentes etiam, quod cum *non ut clericum, sed tanquam* laicum notorie carentem clericalibus, tonsurâ & habitu, cepissent, non illa intentione, quod ipsum offendere, seu injuriari sibi, sed ut ab eo rationem suæ administrationis exigere vellent.

Hi apud Argentinenses nihil effecerunt.

Quibus sic stantibus, illic supervenerunt *Dn. Joannes, Archiepiscopus Moguntinensis, & Marchio Badensis*, cum non modica equitum comitiva, laborantes etiam interim pro relaxatione prædicti captivi. Sed finaliter in hoc proficere non potuerunt.

Electus Moguntinus & Marchio Badensis iidem Argentinæ nihil effecerunt.

Sed præfati, Decanus & capitulum, hoc negotium *in dispositione concilii*, certis conditionibus adjectis, posuerunt.

Et sic ipsi nostri Oratores abinde recedentes *XII. die dicti mensis ad Constantiam reverti* fuerunt. Die immediate sequenti ea quæ peregerunt in præmissis, *coram nationibus* hic existentibus *publice retulerunt.*

CAP. XV.

De Wilhelmo de Monte, Episcopo Paderbornensi mox Archi-Episcopo Coloniensi, ejusque lite & transactione cum Theoderico de Morsa.

EOdem tempore aliud novum deductum est, quomodo *Dn. Wilhelmus de Monte*, frater Ducis Montensis, qui etiam ut *Episcopus* seu Electus *Paderbornensis*, ecclesiæ Paderbornensis per decem annos vel circa præfuit *ut purus laicus*, nunquam incedendo, interim in clericalibus, habitû & tonsura. Et tandem ad differentiam veniens cum Præposito & Capitulo ejusdem ecclesiæ, nec non etiam civibus Paderbornensibus atque universitatibus plurium oppidorum adhærentibus illis, quos ut ejus hostes in bonis & rebus diu publice persequebatur, villas & curtes campestres ecclesiæ prædictæ ignis incendio ac spoliis & rapinis totaliter devastando, ac crudeliter habitatores civitatis, oppidorum nec non villarum hujusmodi pertractando, ita quod dictam ecclesiam in suis bonis & reditibus pene destruxit.

Wilhelmus de Monte Episcopus Paderbornensis ordinibus non initiatus.

Quibus sic stantibus, ab Errorio in *Archiepiscopum Coloniensem*, quia ecclesia Coloniensis pastore carebat, quamvis *esset laicus parum literatus, ita quod vix sit a Gre. unam literam in vulgari Teutonico sciret legere*, effective obedientiæ tunc ipsius Balthasaris, tunc Papæ, *ambitione seductus* se procuravit Promoveri. Habens autem fortem Contradictorem, scilicet dominum *Theodericum de Morse*, quem prædictus Balthasar, tunc Papa, eidem ecclesiæ Coloniensi in Archiepiscopum præfecerat. Eidem Dn. Theoderico Archiepiscopo etiam diu guerram publicam & periculosam valde movit, destruendo villas & curtes, & dolose campestres ejusdem ecclesiæ Coloniensis, & ejus subditos qualitercunque potuit devastavit.

Morsa constituta Archiepiscopus Coloniensis.

Morsa bona Archiepiscopalia devastare.

Tandem cum dicto Dn. Theodorico Archiepiscopo, quibusdam viris magnæ auctoritatis mediantibus, ad compositionem amicabilem dicitur devenisse, ita quod habebit neptem dicti Dn. Theodorici archiepiscopi in uxorem, videlicet filiam *comitis de Thekenborg in Westvalia*, & sororis dicti Dn. Theodorici Archiepiscopi, conjugum. Dictusque Dn. Theodoricus Archiepiscopus sibi de dote, cum qua onera hujusmodi matrimonii poterat, si prudenter agat, supportare commode, præfato Dn. Wilhelmo, ut creditur est inter partes, liberaliter providebit.

Composita lis matrimonii conjugum.

Et ecce quales fructus producunt, & honorem impendunt *nobiles Laici*, qui *cathedralibus ecclesiis in episcopos præfiguntur*. Nimirum, quod *non sunt pastores animarum*, sed potius mercenarii, sive lupi, ea conditione præsidentes ipsis ecclesiis, illarumq; fructus & emolumenta consumendo, & *non se profuturi*,

Constitutus Archiepiscopus Coloniensis.

Theodorici de Morse, dictus

sed præsint, quousque forsan ad aliquod temporale dominium, ad quod aspirant, valeant pervenire.

CAP. XVI.

De Legatis Concilii, in Hispaniam antea missis, nunc reversis.

A.1416. Die XXIIX. *mensis Januarii* reversi fuerunt ad Constantiam *Oratores* seu nuncii, dudum per prædictum concilium cum præfato Rege Romanorum ad Regem Arragonum & Petrum de Luna prædictos, ut superius dictum est, destinati.

Et die immediate sequenti, hora consueta, *retulerunt summarie* coram multitudine quæ illic *effecerant*, & in quibus punctis negotium, pro quo illuc iverant, *pertractandum*, ipsis abinde recedentibus, *remanebat*. *Relatio brevis de rebus gestis. in Hispania*

CAP. XVII.

De aliis nunciis rerum in Hispania cum Petro de Luna gestis.

ET per paucos dies ante, plures alii diversarum nationum, etiam *de Perpiniano* huc venientes, retulerunt, qualiter ibi dicebatur, quomodo dictus *Petrus*, post adventum ejusdem Regis Romanorum ad partes illas, *cum* prælato *rege Arragonum* & magnatibus regni Arragoniæ quasi communiter & *secrete pertractasset*, quod ipsi promisissent eidem, quod cum non deserent unquam: Et sub tali vana ipse remanens ejus perverso papatui cedere noluisset.

Occulta conventio inter Regem Arragoniæ & Petrum de Luna.

Quod cum ipse Rex Romanorum sentiret, deinceps inde in præsentia omnium ibi congregatorum publice dixisset: Quod, licet ipse pro bono unionis ecclesiæ illuc venisset, ordinatione concilii, & requisitione regis Aragonum prædictorum, ad laudem Dei, regna sua in magno periculo dimittendo, attamen ibi diu frustra stetisset, per ambages & promissiones partis alterius, in elusionem catholicæ fidei ductus.

Sigismundi ardor pro abstrahendo Rege Arragonum à Petro de Luna.

Unde totus populus & oratores ac nuncii majorum civitatum regni Arragoniæ illuc missi, commoti dixerunt, quod eidem Regi Romanorum assistendum & adhærendum esset in hac parte, & sibi vellent astare seu assistere in hoc sancto negotio unionis sæpe dictæ. Et ipsi Regi Romanorum publice quasi divinos impendentes honores, acsi sanctificatus existeret, tangere vestes quibus indutus erat, permaxime confluxerunt, eo tamen, quantum potuit, renitente.

Mutata sententia Hispanorum, ex voto Sigismundi.

Videntes autem *Rex Arragoniæ* & sui magnates prædicti, quod soli contra totum populum, sic ad factum unionis ejusdem uniformiter inclinatum, timuerunt de impressione aut secitione, scilicet me populus ipse in eos & dictum Petrum insurgeret, ac male perderet: *Clanculum* eidem *Petro consuluerunt*, ut quantocyus abinde *recederet ad locum tutiorem* pro ejus mansione: Quia ipsi cum contra prædictum populum, ut timebant, tueri non possent.

Fuga Petri de Luna. Consilium fugæ dati Petro de Luna.

Quibus auditis, & cogitato etiam per ipsum Petrum, quod revera factum hujusmodi taliter se haberet, ad quoddam castrum satis forte, mare fulcando cum galeis suis *aufugit*.

In quo stando per plures dies, interim per ipsos reges, magnates ac populum, nec non ambaxiatores, *in Perpiniano* tunc præsentes, conclusum & ordinatum fuit sub juramento, & quibusdam pactis necessariis adhibitis, quod omnino dictus *Petrus ad cedendum confiringi* deberet: Alioquin *subtrahere-tur obedientia* in omnibus regnis & partibus, quarum habitatores & incolæ sibi hactenus adhæserunt.

Casus Papa infra certum terminum sibi dandum. Petro injunctus.

Et cum hæc ipsi Petro nunciata fuissent, obstinato animo dicebat, quod *cedere nollet*. Unde nunci ad eum destinati propterea, sicut in mandatis habebant, *tempus cedendi* hujusmodi sibi *abbreviarunt*. Propter quod facundia vehementius incalescens, eidem nunciis respondebat, quod si in eodem regno Arragoniæ tute stare non posset, ipse

Pertinacia Petri de Luna.

Digitized by Google

raret bene & cito venire ad locum ubi sibi contrarius non timeret. Injungens eisdem nunciis & oratoribus, ad eum missis, ut eamittentibus ipsos sui parte referrent.

Ulterior fuga a Petri ad Sardiniam.

Et infra paucos dies postea *ad Sardiniam*, per mare navigando, *fuga* subsidio declinasset. Ubi per quendam potentem illius insulæ receptus, in quodam ejus castro forti collocatus residet de præsenti.

Petri de Luna fulminatio contra Regem Arragoniæ.

Et addunt etiam aliqui, quod dominus *Petrus*, postquam accessit ad Sardiniam, ut præfertur, *fecit* quosdam *processus* valde pœnales *contra Regem Arragoniæ* & ejus regnum, hujusmodi interdicendo, & alia plura faciendo, quæ potuit, scriptis & dictis, per quæ dictam unionem, ne fieret, quomodolibet impediret.

Petrus de Luna tūc senex.

Quod si est ita, credendum est, quod dictus *Petrus*, qui est quasi *decrepitus*, diu in ipsa insula sanus remanere non poterit, ubi viget frequenter aer corruptus, infiniens forenses, ad ipsam Insulam accedentes, *sicut ego pluries fieri vidi*, quamvis insula sit fertilis & abundans victualibus, scilicet grano, vino & lacte & similibus per maxime, & etiam satis fortis & amœna.

Et sic sperandum est, quod *cito habebimus* dictam *unionem*, velit nolit Petrus, ipso domino annuente, & ipsum concilium sui gratia feliciter dirigente.

Vincentii Ferrerius, celebris admodum Hispanos Theologus, fautor alias Petri de Luna, tum impugnare cœpit.

Asserent etiam aliqui, quod quidam *Frater Vincentius, ordinis fratrum prædicatorum*, eloquens valde & sermocinator egregius nec non Theologus profundus, habens gratiam & favorem communis populi, qui libenter audit sermones ejusdem, qui per multos annos in Latinis & vulgaribus sermonibus publice prædicando, quod dictus Petrus esset verus Papa, & quod libenter, pro bono unionis prædictæ, sponte suo Papatui cedere vellet, cum ad hoc conspiceret tempus optimum, quia hic dictum fratrem & alios plerosque decepit: Sed videns noviter ipse *Vincentius*, quod dictus Petrus fidem verbis & promissis ejus hujusmodi non daret, in eodem tempore opportuno totaliter *declinavit ab ipso*, prædicando publice per dictum regnum, in diversis provinciis & locis, per quæ transitum ex tunc fecit & facit, contra eundem Petrum, quod sit vir pravus, & fallax, & fictus, decipiendo populum Dei, quodque juste persequendus sit usque ad mortem ab omnibus Christianis, & persequens autinterficiens eum mereatur (præmia.)

Et hunc sequitur in hoc *maxima turba*, quocunque vadit, de votorum Christianorum, ut audiat hujusmodi sermones, & divinis eloquiis per ipsum sedulo informentur.

Subtractio obedientiæ.

Affirmant etiam plures advenientes quod dicto *Petro*, in craslino festi Epiphaniæ proxime præteriti, *subtracta* fuit *obedientia* in *Arragonia* prædicto, nec a *Petro* non *Hispania*, *Castella*, & *Navarra* regnis, *Luna*, atque *Fuxi* & *Armeniaci* comitatibus, & aliquibus aliis vicinis locis, in quibus dicta obedientia tunc vigebat.

Et hoc etiam per literas aliquorum huc directas verificatur.

CAP. XVIII.

Plena relatio Legatorum Constantiensium, de rebus cum Hispanis & Petro de Luna per Sigismundum gestis.

Die ultima mensis Januarii iverunt in simul *congregata omnia nationes*, existentes *Constantiæ in concilio generali*, in ecclesia majori, tempestive.

Et ibi Dn. *Archiepiscopus Taroncnsis summus Oratoribus*, qui ex parte dicti concilii cum eodem Dn. Rege Romanorum missus erat ad *regem* Arragonum & Petrum de Luna? pro ipsa unione pertractanda, revertis pridie, in præsentia totius multitudinis valde pulcrum & prolixum sermonem fecit in *Concilio* Latino. Narrans in præsentia aliorum *Oratorum*, qui in illa legatione per ipsum concilium sibi conjuncti fuerunt & secum iverant, & huc noviter redierunt, per ordinem, *tenuis processum* habitum per ipsos dictum Regem Roman. & Oratores *cum rege Arragonum & Petro* prædictis a principio usque ad finem.

Plenaria relatio legatorum per Sigismundum gestorum.

Reg. Arragonum & Petro de Luna per Sigismundum gesta.

Et inter alia dicens, qvod qvamvis *multa* dicta *gesta*,

Digitized by Google

dictus Petrus eosdem, Dn. Regem Romanorum & sibi adjunctos, per frivolas & vagas dilationes dictum multorum & promissiones inanes, atque per verba generalia in suspenso diutissime detinuisset: Ipsique oratores hoc considerantes quandoque renuissent, quod res, pro qua illuc iverant pertractanda, nunquam illum finem, qui præfolabatur, habuisset, & de hoc inter se mutuo conferentes dolentes existerent: Ipse tamen Dn. *Regis Romanorum* hoc sciens eos plaeide confortabat, dicendo, quod non dubitaret quin per gratiam Dei speratum finem utique reportarent. Et quam *prudenter ac profunde* validis & efficacibus rationibus & auctoritatibus, frequentius ipse Dn. Rex Romanorum eundem Petrum etiam in publico, de tanta capitis duritie ac instabilitate mentis suæ arguendo confutabat; Et continue iter illud agendo nec non in illis partibus stando tam diu & redeundo: Nec ipse neque alter plene dicere posset. Et in effectu dictum dominum Regem Romanorum ad arbitria summis præconiis extollendo.

Dissimulanter agendo.

Sigismundi ardor pro illo prosequendo. Prudentia ipsius in hac re laudata.

Adjiciens, quod licet esset tanta multitudo equitum, diversarum nationum & linguarum qvotidie cum ipso Dn. Rege Romanorum, quod tamen domino disponente, tantus fuit *amor & reverentia & animorum concordia* inter ipsos, quod *nunquam inter se in aliquo discrepabant*, sed fuit *omnibus una voluntas*, qualiter illic fructuose transissent: nec non fine optato hujusmodi, pro quo ierant, ad concilium ipsum possent cum gaudio revenire.

Amor inter Hispanos & Sigismundum.

Quodque dominus *Rex Arragonum*, *& ejus Primogenitus*, inter alios Reges & magnates, qui tunc etiam pro ipsa unione facienda erant in simul congregati, se valde in promissis suis, & ad eundem effectum tendentibus, probe ac laudabiliter habuissent, & *capitula super hoc ibi per utramque partem facta*, nec non sigillis, signis & juramentis vallata; etiam per ipsum dominum *Archiepiscopum* coram eadem concione publice *perlecta*, dictus rex Arragonum firmiter & ab unguem obliervasset, ac etiam tempus subtractionis obedientiæ dicto Petro rationabiliter anticipasset, videns, quod nisi per ambages tempus redimendo & homines decipiendo laborabat.

Rex Arragonum sollicitus pro unione Ecclesiæ.

Capitula edita inter Hispanos & Sigismundum.

Et licet etiam ipsi nostri Oratores dicto Petro aliquandiu dixissent, & juramenta promissa & vota sua, de facienda prædicta unione, quantum in eo esset, emissa sponte, ac toties ejus literis divulgata per mundum, nunc deberet attendere, nec non efficaciter adimplere: Non tamen ex hoc verecundabatur, imo illa ejus juramenta & vota per excusationes in pactis & paralogismos palliare taliter qualiter conabatur.

De itinere Sigismundi ad Gallos, præparanda inter Gallos & Anglos, ad promovendam Eccl. unionem.

Affirmavit demum præfatus Archi-Episcopus, quod Ipse *Rex Romanorum* esset instanter *ad Regnum Franciæ* ad ordinandum, si posset, aut totaliter pacem, vel saltem longam treugam *inter Francos & Anglie reges*, cum illud *multum* esset *utile pro utraque sæpe dicta*.

CAP. XIX.

De variis causis itineris Sigismundi in Galliam, deque consilio Terram sanctam recuperandi, rebus in Occidente compositis.

Dicuntur etiam apud nos aliquæ *alie causæ* satis ponderosæ, quare dictus dominus Rex Romanorum recto tramite, huc non rediit cum eisdem Oratoribus nostris.

Contumelia illata Romanis Sigismundum.

Quarum una est: Quod multi, de Italia hic existentes, in eodem concilio murmurabant inter se, dicentes, quod ipse dominus Rex Romanorum ficte ageret, nec non *Papam ad ejus voluntatem hic eligi vellet*, ad hoc, ut sic ejus conditionem faceret meliorem. Et luper hoc scriptis eorum, & diversa loca directis, *nequiter eum diffamarunt*. Quod aliquando ipsum dominum *Regem Romanorum non latebat*. Tamen *patienter hæc & alia multa similia, contra ejus majestatem & injuste* sustinebat.

Quam patienter dissimulavit Sigismundus.

Et, ut durante dilatione data adhærentibus olim dicto Petro, quod in eodem concilio deberent saltem per nuncios idoneos comparere, ut aliquid utilitatis effici posset, nec non taliter obloquentium sibi *similtras suspiciones* evaderet: Placuit sibi *ad Franciam transitum facere*, prout fecit: Tamen hue debito tempore, ut confidimus, revertitur.

Post pacem inter Gallos & Anglos sanctitam, de refrenandis Turcis, de recuperanda terra sancta a Turcis Sigismundo in Concilio Constantiensi. De quibus & olim actum in Concilio Claromontensi. Vid. Nicolaus de Privilegiis & juribus Imperii, sub fin.

Et, si poterit, auxiliante domino, & ejus pia opera confirmante, *ad faciendam pacem* & treugam longam *inter ipsos comitendentes, reges Franciæ & Angliæ*, hoc tempore procurare: Tunc velit ex toto corde laborare apud omnes terreges occidentales & alios principes seculares, de via & modis expedientibus *pro refrenatione Sarracenorum* & infidelium, & *liberatione catholicorum a jugo* miserabili & invasionibus eorundem, & forsan etiam *terrestri liberatione e manibus infidelium* prædictorum; per *passagium generale*, hic creato novo Pontifice, si annuat divinitas, hic indicendum.

Sicut factum extitit *in civitate Claromontensi in Alvernia*, jam trecentis annis aut circiter elapsis, *in concilio generali* per Urbanum Papam secundum celebrato, etiam tempore Schismatis, quod tunc vigebat in Romana ecclesia, inter ipsum Urbanum & Widebertum, Archiepiscopum Ravennatem, prout superius tactum est: In quo fides catholica in acquisitione regni Hierosolymitani, & multarum egregiarum tunc civitatum, quas ipsi Sarraceni tunc occupabant in partibus transmarinis, tunc valde profecit, prout in gestis tunc temporis per ipsos Christianos in eisdem partibus, de hoc miranda scribuntur.

Hoc autem tempore valde multiplicati sunt & fortificati *Turci, circa partes Albaniæ & Græciæ*, nec non *Romaniæ* degentes, & in tantum, quod pene omnes illas & plures vicinas regiones Christianorum sibi per potentiam & crebras invasiones subdiderunt. Et quia quamplures Christiani, inter eos existentes, non habentes spem liberationis eorum à miserabili servitute, in qua existunt, propter hujusmodi deperationem à fide ipsa quomodolibet apostatarunt, nec non galeas & naves in adjutorium ipsorum Turcorum seu infidelium armarunt, cum quibus jam mare sulcant in magno numero valde, nec non terras & loca Christianorum, prope ipsum mare consistentia violenter invadunt & diruunt, ac solo coæquant, resistentes homines, utriusque sexus, abducunt, senes vero & debiles interficiunt, & ecclesias ac loca sancta in nihilum redigunt, & infinita alia mala contra ipsos Christianos quam penitus derelictos impotentes attentant.

De Turcorum jugo, quo premit Christianos.

Et vero, nisi eis, cito ab eisdem Christianis resistatur viriliter & potenter, valde timendum est, ne alia loca & terras, ipsorum Christianorum illic consistentium, & quæ ipsi Christiani adhuc inhabitant, prædicti Turci & apostatæ Christiani cum eis, aut sibi subjiciant, vel destruant, prout de aliis fecisse dicuntur.

Hæc autem mala contingunt propter maximas divisiones, quæ sunt inter Christianos, hodiernis temporibus: Et *ex diffidentia* quia *subditi*, præsertim *in Italia, non bene Christum recognoscunt dominos* eorundem, *nec illis non subesse curant*, & in superbiam j vehementer erecti, & quæcunque eis adjacent civitates & loca sibi subjiciunt, & *per tirannidem* illis per potentiam dominantur, nec ad *malo* Deum, nec ad hominem habendo respectum.

Jugum Turcorum Christianis, hodiernis temporibus; Et ex diffidentia subditi, Italia, Christum recognoscunt dominos, nec illis subesse curant, tirannidem.

Hæc faciunt multæ civitates in Italia, more servilium personarum, quæ, ut dicit Rabanus, contra suos dominos & dominas salem insolescere, & quando metus eas non reprimit, contra eorum imperium invido animo superbire.

CAP. XX.

De statu Bononiensium & Romanorum tempore Concilii.

A.1416. PRima die mensis *Februarii* nova successerunt apud nos, civitatis Bononiensis, *qualiter* commune *concordasset* cum *Brachio de Perusia*, capitaneo gentium armigerarum dicti Balchasaris, [illegible] custodiæ comitatum Bononiæ [illegible] tertium

terim quod esset circa generale concilium occupatus, idem Balthasar tunc existens Bononiæ, duxerat committendum. Quod dictus Brachius, receptis ab eisdem Bononiensibus *summa 80. millium ducatorum auri*, castrum & munitiones dicti comitatus, quæ dictus Brachius ex commissione prædicti Balthasaris, vel alias occuparat, ipsis Bononiensibus per totum mensem Februarium, in quo jam fumus, libere & absolute assignare deberet: Illa tamen adjectione: Quod interim Dn. *Episcopus Senensis*, gubernator hactenus civitatis & comitatus prædictorum pro ipso Balthasare & ejus absentia, nec non *Michael* nepos ejusdem Balthasaris, cui dictus Balthasar arcem Bononiensem mirandæ fortitudinis, quam de novo construxit, interim quod circa prætractum concilium occuparetur, commiserat custodiendam, nec non quidam alii fideles & *amici* dicti *Balthasaris*, cum eorum familia & bonis mobilibus omnibus, seu salvis personis & rebus omnibus ipsorum, per Bononienses ipsos representarentur eidem.

Bononia Balthasari subtrahitur.

Conditiones cum Bononiensibus pro familia Balthasaris.

Michaelis Balthasaris iniquitas.

Sic; factum existit, quod eosdem Bononienses, & sic *populus iterum incepit regere Bononiæ*. Et præscripti per ipsum Balthasarem cives Bononienses ad ipsam civitatem valde in magno numero redierunt. Sed quamdiu *regimen* illud *populare* durabit, futurus declarabit eventus.

Regimen Bononiense iterum factum democraticum.

Sed de *Roma & ejus statu miserabili*, etiam hic nova dicta die fuere. Scilicet quod sæpe dictus *Paulus de Ursinis* multum conculcaret Romanorum nec non vicinorum castrorum habitatores, crebris damnis & prædis, ita quod propterea dicti Romani pessime starent. Vaccas enim & oves, nec non alia animalia raperentur à lupendiariis: vineas autem & agros colere, de quibus ipsi Romani soliti erant prius vivere, extra ipsam urbem, & ligna de sylvis ad eandem urbem dictim adducere tute non possent: Unde cresceret in urbe ipsa victualium caristia, & aliis multis dispendiis dicti Romani hodie subdeserentur, nec spes eis esset, qualiter ab illis possent oppressionibus liberari.

Miseri status Romanorum.

His novis additum fuit, quod dictus *Paulus* sub tuitione & conniventia supra dicti Dn. *Jacobi, nimis Marchia*, cui noviter nupsit prælata Dn. Johanna, soror carnalis supra dicti regis Ladislai, faceret, ut præfatus, quod dictus Comes tanquam potens Rex, & pro ejus voluntatis libitu, Neapolitanos & alios regnicolas per se & aliquos capitaneos Gallicos regeret, in hoc modicum ad eandem dominam habendo respectum. Et propter hoc Domina & Neapolitani prædicti essent male contenti, nec non contra prætactum Dn. Jacobum inceperant murmurare. Igitur caveat sibi de ipsis, consulo, si inter eos diu deliberet conversari.

CAP. XXI.

Capitula inter Sigismundum & Regem Arragoniæ pro unione Ecclesiæ inita, per Concilium probata.

A. 1416. Die IV. *Februarii* fuit facta *sessio* hic in majori ecclesia, in qua erant *approbata* & ratificata *capitula, per regem Aragoniæ*, sibique adhærentes ecclesiasticos Prælatos & alios, prius de obedientia prædicti Petri, super eadem unione in Romana ecclesia, si Deus annuat, facienda, concepta, & *per nostros oratores* seu nuncios illinc à Dn. Rege Roman. ut præmittitur destinatos *adducta*: Et super quibus erit per hujusmodi concilium literaliter eidem regi Aragonum & sibi adhærentibus citissime & plenissime respondendum.

CAP. XXII.

De Cardinali de Fuxis, Balthasaris assecla, ad Concilium reverso.

Cardinalis de Fuxis. Die V. dicti *mensis Febr.* circa horam vesperarum *intravit Constantiam* quidam de ordine fratrum Minorum, vocatq; generaliter *de Fuxis*, natione Gasco seu

xii Minorita.

seu linguæ Occitanæ, quem supra dictus Balthasar tunc Papa reversus de Florentia ad Bononiam, in illo principio post ejus fugam de urbe prædicta, creavit in *Cardinalem*.

Et fuit per *Cardinales* & Curiales existentes Constantiæ in hujusmodi ejus introitu benigne *receptus*, & usque ad hospitium suum valde honorifice associatus.

CAP. XXIII.

De Sigismundi adventu in Galliam.

ITem *eadem 5. die* dicti *mensis Februarii*, habuimus alia nova: Quomodo supra dictus Rex Romanorum fuisset noviter *in Lugdunum*, & quod *rex Franciæ* illuc sibi misisset non modicam florenorum auri quantitatem. Et ulterius progressus ejus versus *Parisios* direxisset, associatus mediocri comitiva nobilium virorum, scil. mille equitum vel circiter, quidquæ *omnia* sibi *per iter prosperè succederent*.

Sigismundus Lugdunum ad Gallos penetravit.

Item eadem die, qua supra, immediate, alia nova dicebantur: Scilicet, qualiter *Scoti, hostes regni Anglia*, ipsum regnum nuper intrassent iterato, cum maxima multitudine armatorum per *Anglorum* mare solito more navigantes, & credentes Anglicos se posse in personis & bonis vehementer offendere.

De Scotorum illo tempore rebellione.

Ipsi autem Anglici, de eorum adventu ad se tempestive provisi, in magna fortitudine in eorum navibus etiam in mari hujusmodi Scotis occurrerunt, & durissimo bello inter partes hinc inde commisso, Scoti finaliter devicti & interfecti fuerunt.

CAP. XXIV.

De querela Ordinis Teutonici de Archi-Episcopo Rigensi Johanne à Wallenrod, quod habitum ordinis sui deposuisset.

EAdem die nova hic relata sunt, quod cum modernus *Magister & fratres* supra dicti *Hospitalis B. Mariæ Theutonicorum in Prussia & Livonia*, de quibus supra fit mentio, novissimo *falso rumore* audivissent, qualiter modernus *Archiepiscopus Rigensis*, actu *existens apud* eundem *dominum Regem Romanorum in partibus Galliæ*, exteriorem habitum eorundem fratrum, quem diu deferebat. Quia *Magister*, qui tunc erat ejusdem *Hospitalis*, & prædicti *fratres*, mediante non modica pecuniæ quantitate, à supradicto Bonifacio IX. in ejus obedientia vocato, Pontificatus sui anno V. paulo postquam de Petrusio fugit, tunc in Assisio cum sua curia residente, in illo disturbio: Quod *Archiepiscopus Rigensis*, qui ex tunc effet pro tempore, ipsum *habitum exteriorem cum crucе* in eo consuetа *publicè deferre* deberet, ut sic in capite & in membris ac spiritualiter & temporaliter dicta *metropolis perpetuo magistris & fratribus ipsi subjecta* penitus remaneret, quomodolibet impetrarunt. Ea de causa illi modernus *Magister & fratres* ita commoti sunt contra ipsum metropolitam, & ejus damnum & præjudicium per maximum perpetrarunt.

Archi Episcopus Rigensis Johannes Wallenrod, comes Sigismundi in ultimo Gallicano.

Archi Episcopus Rigensis habitu ordinis Teutonici alios ante se habuit.

Et ecce, quales in illis fratribus nutrivit & nutrit alumnos simplex & *fidelis populus Germanorum*. Qui quidem *fratres olim sub typo fervidæ sanctimoniæ & summæ devotionis*, quam ad protectionem Catholicorum & propagationem catholicæ fidei in partibus illis *contra paganos*, qui tunc potissime sub pontificatu Gregorii Papæ IX. & circa illa tempora, scil. jam CC. & L. annis elapsis, easdem & vicinas partes in maxima multitudine incolebant, & circum circa tunc agentibus continuè erant vehementer infestis, videbantur habere: Cum assistentia & adjutorio quorundam Principum & aliorum procerum dictæ Germaniæ, successivè dictas partes bellando in illo principio & ex tunc diu & strenuè contra ipsos paganos, & varia sorte demum Prussiam, Estoniam, Curiam & alias quasdam regiones propinquas ipsorum, tunc paganorum, ipsi fratres diu in hoc bella gerendo, suæ ditioni subdiderunt, & eas ex tunc tenuerunt & tenent manu forti.

De ordine Teutonico.

Livonia vero, in qua dicta metropolis

lis existit, fuit *in Episcopatibus divisa*, & successive cum adjutorio præsertim Henrici VI. Imperatoris, nec non filii ejus Friderici II. Augusti in temporalibus etiam *Archiepiscopo Rigensi*, qui tunc vocabatur *Episcopus Livoniæ & Tarbacensis*, atque illis Episcopis illius insulæ omnino subjecta. Quam extunc & potissimum *hoc schismate* in Romana ecclesia *durante* dicti *fratres* taliter qualiter guerris & aliis modis sibi subdiderunt, duas scilicet ipsas ecclesias, primo liberas & opulentas, ancillas & subditas faciendo.

Et ecce qualiter his diebus moderni *Magister* & *fratres* in arctum (statu) primum conversi, *quicquid eis est nitles licere putant*. Qui non modo, prout olim facere consueverunt, pugnant contra ipsos paganos & incredulos, sed Christianos, eis non subditos & vicinos. Et vix aliquos sinunt pacificos remanere.

De nimia ordinis Teutonici licentia.

Et quod deterius est, *quicquid ei placet sibi conantur potenter & omnino usurpare*. Nec ad libertatem ecclesiasticam aut reverentiam, seu jus vel justitiam habendo respectum.

Et quam *subtiles* sint *exactores* & per quot exquisitas vias maximas sibi cumularint, & incessanter *accumulent temporalia divitias*, puto quod vix aliquis crederet, nisi personaliter hoc vidisset.

Unum tamen *bonum* est apud ipsos, quod terras & *populos sibi subjectos solicite & bene defendunt* ab invasionibus quibuscunque. Et diu semper viguit & viget in eisdem terris, salva dissensione, quæ inter eos & prædictum Regem Poloniæ, ipsisque hinc inde adhærentes, infra 5. annos proxime lapsos, ipsis tamen fratribus, ut fama laborat, caussantibus, ut superius tactum est, nimia austere fuerat suscitata.

Commendatio eorum.

CAP. XXV.

De pertinacia Petri de Luna, novum Papam successorem à Cardinalibus se defuncto postulantis.

EOdem die ex novis supervenientibus recenter de *regno Aragoniæ* intelleximus, qualiter dictus *Petrus de Luna*, in ejus castro, ad quod de Perpiniano fugit, novissime constitutus, & convocatis in unum cardinalibus suis, atque omnibus Prælatis & ejus officialibus, qui tunc erant apud ipsum, *Cardinalibus* sub gravissimis pœnis *junxit*, ut eo decedente *alium eligerent in Papam loco sui*.

Petrus de Luna injunxit Cardinalibus, qui, se defuncto, novum Papam eligerent.

Et ecce qualis est *vir* iste mirabilis, qui adeo induratus seu obstinatus est in malo proposito, quod nec propter Deum nec salutem, aut pacem cunctorum Christianorum, ut dictum tollatur aliquando schisma de medio, inclinatur ad ipsius salvationem animæ, ad *periculum* corporis sui, propter hujusmodi schisma, *quod* etiam diu pertinaciter fovit & fovet etiam, *imminenti ei*, non habendo respectum.

Advertite igitur, quomodo scipsum is impendet pro defensione Catholicæ fidei, si hoc fieri expediret, qui est ætate quasi decrepitus, &, pro temporali dignitate retinenda, quasi sub dubio certat.

CAP. XXVI.

De Legatorum Regis Poloniæ & Fratrum ordinis Teutonici litibus coram Concilio.

A. 1416. CIrca finem mensis Februarii procuratores *Regis Poloniæ*, per organum vocis advocati sui *coram nationibus* proposuerunt excusationes dicti Regis, quare inductus fuit *ad movendum guerram magistro & Fratribus ordinis beatæ Mariæ Teutonicorum de Prussia*.

Et fuerunt multi articuli, horrenda continentes, ibi recitati contra eosdem Magistrum & Fratres.

Sed pro eo, quod advocatus alterius partis ad replicandum non fuit avisatus, ut dixit, & ei petenti statutus fuit terminus ad replicandum ad alium diem.

Quod & fecit etiam *coram nationibus* ipsis

ipsis, excusando ipsos magistrum & Fratres. Et aspera multa & terribilia contra ipsum Regem eructavit in publico. Volens innuere, quod Rex ipse illos esset permaxime injuriatus, & quod propterea foverent justam causam se defendendi in armis & invadendi terras & subditos dicti regis jure belli.

Et fuerunt ibi facti *hinc inde vehementes clamores*. Et postea ipsæ nationes recesserunt abinde.

CAP. XXVII.

De Legato Regis Arragoniæ ad Concilium pro confirmando unione studio.

Die ultima dicti *mensis Februarii* venit ad Constantiam quidam *religiosus nobilis*, cum decenti comitiva equitum *missus per Regem Aragoniæ*, & habens *literas credentiæ duplicis ad concilium*, & fuit valde honorifice receptus ibidem, & associatus etiam per multos usque ad ejus hospitium de nostris.

Qui postea *die lunæ* immediate sequenti, *coram nationibus* ipsis de mane fecit *solemnem arengam*, seu collationem in Latino, de commissis sibi referendis per eundem Regem Arragonum, in dicto concilio. Et retulit *processum pro majori parte, habitum per Reges Romanorum & Arragonum*, & alios magnates, & etiam ecclesiasticos Prælatos utriusque obedientiæ. Et quomodo ipse *Petrus multotiens induci potuit*, nec ratione, vel alias, *quod cedere vellet* suo perverso Papatui: sed continue magis induratus fuit adhoc faciendum. Et qualiter fugisset tandem ad quoddam castrum firmissimum, in ipso Regno consistens, credens evadere seu ulterius fugere posse. Sed quod industria ipsius Regis Arragonum per terram & aquam bene & solicite custodiretur, ne posset evadere ullo modo.

Exhortando valde pulchre in ipso ejus sermone concilium sæpe dictum, ut nullum ex eis tarderet more, quæ contingeret ex *duritia* dicti *Petri*: Quoniam jam facta fuisset, aut cito fieret *vera unio universalis ecclesiæ*: Quia indubitanter cito fieret, per gratiam Dei, cooperante ipso rege Aragonum, omnibus viis & modis utilibus & expedientibus.

Ad illud adjiciens, quod rex ipse Aragonum semper summopere hoc affectasset, & affectaret etiam affectu subsequente complere.

CAP. XXIIX.

De fuga Friderici Ducis Austriæ è Concilio.

An. 1416. ITem *penultima die mensis Maji, Fridericus, Dux Austriæ, hospite in albis ad Constantiam recessit.*

In principio mensis Aprilis venit novum: Quod nuper de mense Martio pluit sanguinem de cœlo in Praga, de quo omnes homines ibidem erant stupefacti.

CAP. XXIX.

De prædonibus, peregrinos sub Concilio infestantibus, ad supplicium raptis.

Die Dominica passionis domini *venit* ad *Constantiam* quidam *parvus Bavar*, sed *crudelis & magnus tyrannus*, habens duo *castra*, quorum unum erat fortissimum, *non* multum distans à via, qua itur de *Ringge* ad Velkirchen Constantiensis *diœcesis*, in montanis ad mantum *reclam*, juxta publicum iter de Bavaria in *Italiam* per illas partes. Ille tenebat in dicto castro fortiori frequenter pessimos *prædones*, qui plærosq; itinerantes illac pro tempore aliquando inter fecerunt, & rebus suis spoliarunt.

Habens secum quendam pessimum *prædonem familiarem suum*, qui consueverat explorare *volentes transire ad Italiam* ta Constantia & Schaffhusia, & postmodum tradere

tradere eos sociis suis. Et *volens* in eadem septimana *transire de Constantia ad Schafhusiam*, in navi per Rhenum incessit fortiter armatus à capite ad pedes, habens secum quandam amasiam suam in navi. Quod cum relatum esset hic regentibus, statim miserunt post eum ipsorum servitores in alia navi cursu veloci. Qui apprehendentes eum, illico extraxerunt ipsum violenter de navi, in qua erat. Et sic armatum tenentes per capillos capitis sui in aquis vehementibus, donec spiritum emisit, & occubuit ibi in eisdem.

Unus prædo prope Constantiam Rheno submersus.

Interim vero dicti regentes miserunt ad hospitium, in quo dictus *Baro* hospitabatur, reperientes in lecto circa horam primarum adhuc dormitantem, ipsum compulerunt se induere vestibus suis, & sic indutum illico traxerunt ad publicos carceres. Ubi ipsum extunc per plures dies valde strictè ac loco terribili detinuerunt, volentes eum, juxta ipsius demerita, ferire sententia capitali. Sed multis intervenientibus precibus pro eo, deventum fuit ad hoc, quod per totum diem Paraseves *traderet ipsa castra ad manus regentium*, aut die sequenti immediate subiret sententiam antedictam, nec illud ulteriùs differret.

Alter prædo Constantiæ captus & in vinculis conjectus.

Castra prædonis occupata.

Quod factum fuit, ita, quod ipsa castra tunc admanus dictorum regentium pervenerunt. Tamen jam *tractus* fuit *extra carceres* in vigilia paschæ, *ut decapitaretur*. Sed illa assignatione facta, fuit repositus ad eosdem carceres, & sub bona custodia, non tamen ità strictè, sicut fuit ante.

Quo facto statim ipsi regentes miserunt artifices, non obstante festo paschali instante, ad ipsum *castrum principale*, quod fuit quodammodo inexpugnabile & fortissimum, habens fortiss. *Castrum ejus præcipuum solo æquatum.* mam turrim & murum in circuitu, continens in latitudine XIV. pedes ab omne minus, ipsumque castrum igne incenderunt, & viribus destruxerunt & destruunt, ità quod lapis super lapidem non remanebit.

Ipse autem detentus hæc audiens, infra Paschalia festa fortiter ingemuit, & dolore tactus *incæpit prorupit in aliqua verba commentoria*. Quod audientes aliqui custodes ipsius, hæc retulerunt regentibus ipsis. Qui propterea indignati ipsum illico in arctiori custodia fortiter compeditum, & etiam manicis ferreis ligatum posuerunt. Et sic plærique Tyranni, stante hoc sacro generali concilio dignis digna receperunt, sola divina justitia taliter hæc negotia dirigente.

CAP. XXX.

De consiliis Balthasaris ex carcere Palatino Heidelbergensi elabendi ope Archi-Episcopi Moguntini.

EOdem tempore quidam *magnus Ecclesiasticus Prælatus* (Conf. inf. c. 39.) secretè tractavit cum capitaneo carceris, in quo *Balthasar*, olim *Johannes Papa XXIII.* detinebatur, & detinetur, quod ipsum libere abire permitteret. Quod si factum fuisset, infra unam horam vel duas ad talem locum pervenisset, ubi securus fuisset, & verisimiliter per violentiam extrahi non potuisset.

Fugâ ex carcere meditus Balthasar.

Proditorius hic consilium.

Quod sentiens *Comes Palatinus Rheni*, qui eum ex parte generalis concilii Constantiensis in ejo habet custodia, ac valdè laudabiliter pertractavit hucusque, & hic tunc fuit: *Ne ille tractatus sortiretur* effectum, illico ad illas partes transmisit fecit, & comperta veritate, ipsum *Capitaneum*, etiam *in Rheno*, tanquam reum & convictum, ut hic dicitur, *submergi fecit.*

Elector Palatinus à Concilio illuc commissus mœavit ac pedivit, Præfectus mersus.

Cujus quidem Dn. Comitis reditum ad nos de die in diem præstolamur. (Conf. inf. c. 38.) Scriptum *Constantiæ*, in festo S. Marci Evangelistæ, quod occurrit infra eadem festa Paschalia.

CAP. XXXI.

Causa Argentinensis contra Episcopum in Concilio examinata.

Digitized by Google

De ultima mensis Aprilis fuit *sessio* in majori ecclesia Constantiensi. Et fuit prorogata *declaratio*, quæ tunc debebat fieri *contra Capitulum majoris ecclesiæ*, ac regentes & communem civitatis *Argentinensis*, super captivitate & detentione Dn. Wilhelmi, Electi Argentinensis &c. usque in diem Sabbathi proximum.

Et eadem die post prandium recesserunt eorum oratores abhinc, forsan XL. equites vel circa.

CAP. XXXII.

De Testamento Regis Aragoniæ pro unione Ecclesiæ prosequenda.

Eadem die in sessione prædicta fuerunt *literæ de obitu regis Arragonum*, quod decessisset prima die dicti mensis Aprilis, & *Senior filius successisset in regno*: Cui in extremis injunxisset, quod firmiter & constanter prosequeretur viam unionis universalis ecclesiæ; per eundem defunctum Regem una cum Dn. Rege Romanorum & oratoribus hujus sacri concilii inceptam, juxta *capitula* ac vota & promissa, super hoc *hinc inde facta*.

Testamentum Regis pro unione perficienda.

Quodq; dictus filius adhuc sit bene dispositus, ipsamque viam sibi super hoc datam per patrem prædictum fideliter persequi velit.

CAP. XXXIII.

De Burgundiæ Regno, ad Imperium jure pertinente, ab Imperatore merito recuperando.

NOn apparet Imperium in *regno Arelatensi, seu Burgundiæ, quod immediate respicit ad Romanum Imperium*, & quod Otto primus, magnus Augustus, à Bosone, ultimo rege Arelatensi seu Burgundiæ, jam D. vel circiter elapsis annis acquisivit, & eidem *Romano Imperio incorporavit* & univit, & quod *fuit & est valde necessarium eidem Imperio.*

Commoda Imperii ex regno Burgundiæ.

Potuit enim *Imperator vel Rex Romanorum* pro tempore, vicinos ex illo *compescere Italos*, nec non *Gallicos & alios sibi rebelles*, per mare & per terram: nec non multa commoda consequi, prout per trecentos annos, & ultra, per ipsos Imperatores factum fuit aliquando.

Sed *infra centum annos*, aut circa, propter diversas divisiones & novitates, in ipso Imperio interim suscitatas, ac *defectum & negligentiam Imperatorum & Imperi. Regum Romanorum*, qui interim fuerunt, *abinde*, eorum salva reverentia, *ipsum regnum* alienatis, scilicet, multorum ecclesiasticorum prælatorum, nec non etiam secularium principum & aliorum procerum & potentum.

Quo pacto & alienatio fit hoc regnum.

Et sic incolæ & habitatores illius regni *propter tacitumitatem eorundem Imperatorum* & Regum Romanorum, qui fuerunt infra centum annos aut circa, ut præfertur, quasi *sub tyrannide* fuerunt, & sunt multifarie oppressi. Et si gravaminibus & sententiis eis illatis, in quibus ad Romanorum seu regalem curiam, pro relevamine obtinendo (appellatur,) contraire vellent, non audent, sed præsumuntur extra provincias ipsius regni, quæ septé sunt numero, transire. Nec aliquis superior, aut Locumtenens Imperatoris vel Regis Romanorum, ipsis in partibus illis deputatus esse videtur, prout olim deputari consuevit usque ad obitum Friderici secundi Augusti, prout legi in diversis scriptis factum fuisse.

De misero statu incolarum.

Et sic prædicti habitatores & incolæ magis opprimuntur à dominantibus ipsis. Et *sic* illud regnum quasi sine capite sive rege. Sed quam damnabile illud est, quisque prudens agnoscit.

Consilium.

Posset igitur illi regno, saltem per unam cartam regiam super hoc aliqualiter provideri, *& potestas cognoscendi de Burgensibus civilibus & etiam criminalibus quibuscunque* committi Dn. Comiti Sabaudiæ, qui est præstantior in illo regno, & *fidelis Imperio* ab antiquo: Vel alteri potenti & fideli Regiæ Majestati in partibus

bus illis: Vel saltem aliquod *lumen Imperialis clementiæ* incolis & habitatoribus ipsis, quod factum justitiæ, illuceret.

Jura Imperii in Italia recuperãda.

Idem etiam deberet fieri *in partibus Italiæ*, scilicet *in Tuscia, Lombardia & contiguis provinciis.*

Et tunc appareret *fidelibus Imperii, etiam in illis regionibus*, quod *non* essent *omnino derelicti ab Imperatore*, saltem quoad factum justitiæ. Et *se melius & fidelius pro ipso Imperio pro tempore conservarent.* Et non fierent tunc tot guerræ & destructiones terrarum, sicut propter defectum justitiæ & capitis, videlicet, Imperatoris, qui super hoc non provideret, continuè fiunt. Ita quod quicunq; Capitaneus, vel alter tyrannus, quodcunque sibi placet delictum, ac etiam crimen lasæ majestatis, totiens quotiens, & in quos sibi placet, committit impune, nemine sibi dicente, *cur hoc facis*, etiam cautante negligentia & desidia similis, si videatur.

Unde passim tam *in Italia*, quam in *Regno Arelatensi* prædictis, quod dolendum, est, quod vix aliquis reperiatur ibidem, qui publice audeat dicere, quod sit *Imperialis* aut *fidelis Imperio*, propter multitudinem *tyrannorum, sibi usurpantium continuo jura imperialia* in eisdem partibus.

Qualem autem rationem Deo redditurí sunt *illi Imperatores, & Reges Romanorum desides seu negligentes* in perniciem reipublicæ, & qui tenentur de jure ecclesiam & ecclesiasticos viros, nec non etiam seculares ac pupillos, viduas & pauperes defendere &c. Sed in deliciis stantes, talia facere non curarunt.

Providetur igitur, si placet, *in talibus.* Ut saltem appareat aliquando diligentia, quoad ipsam rem publicam cum moderamine justitiæ gubernandam &c.

CAP. XXXIV.

De reditu Hieronymi Pragensis ad priorem suam confessionem, ejusque supplicio.

Die Sabbati *penultima mensis Maji, Jeronymus de Boemia, magister in artibus, sed non in sacris ordinibus constitutus*, magnus & crassus, satis eloquens, sed imprudens, insignis & pertinax hæreticus, de secta quondam Ioannis Wiclef Anglici, & supra dicti Joannis Huss, etiam Boemi, hæreticorum insignium & valde pertinacium: Qui quidem Joannes Huss in hoc concilio generali, quandiu hic detentus in carceribus, noluit errorem suum revocare, finaliter condemnatus & traditus seculari curiæ: Et flamma combussit peccatorem: Et sic etiam iste *Jeronymus noluit revocare suos errores & hæreses:* Sed *illis firmiter inhesit.*

Hieronymus Pragensis redit in Cõcilio ad Hussi confessionem.

Quamvis eos prius in publico hic abjurasset, tamen postea dixit publice, quod in hoc errasset, imo mentitus fuisset, & quod nunquam ita male fecisset, sicut, quod illos articulos, quos prædicti Johannes Wiclef & Johannes Huss tenebant, negasset: Imo, quod ipse Johannes *Huss* fuisset *liter atissimus & sanctissimus Theologus*, & in fide catholica populi optimus informator: Et quod ipse Jeronymus prædictis Johanni *Wiclef* & *Johanni Huss* crederet in omnibus illis, *quæ ipse circa fidem catholicam scripserunt*, & prædicarunt.

Publice

Et *in publica congregatione* prælatorum & aliorum de concilio hujusmodi *in majori ecclesia Constantiensi* congregatorum, quædam circa hæc plene, seu satis aperte, & reliqua sylloge satis obscure seu ambigue proferebat.

hoc est professus.

Reprehendit statum Ecclesiastici ordinis.

Et *arguit etiam Dnos. Cardinales & alios prælatos*, ibidem præsentes, *de pompa vestium, multitudine familiarium*, nec non excessu seu *fastu*, quem habebant in equitatu & pinguibus equis, nec non *superbia, ambitione, voluptatibus* & aliis consimilibus multis.

Germanis infensior.

Improperabat etiam in publico *Alamannis*, dicendo, quod essent *presumtuosi*, & vellent ubique per orbem dominari: Sed quod Italici in hoc eis resisterent, & provident er agerent: Sicq; factum fuisset sæpe in Boemia, ubi volentes etiam dominari Alamanni, ut asserebat, violenter exinde repulsi, & male tractati fuissent.

Apologia Nihil

In quo, saltem *quoad ipsos Alamannos, in mente*

pro Ger-

Regibus Romanis dudum subjugatos esse Bohemos.

in collum sumo mentitus est. Sicut apparet in multis & authenticis antiquis historiis, præsertim in gestis Saxonum, quæ non fallunt, qualiter Otto primus, magnus, Augustus, natione Saxo, jam quingentis annis vel circiter elapsis, per multos annos bellando cum Duce Boemorum, qui tunc erant neophyti vel pagani, tandem ipsum Ducem & cum eo centum Boemianos & Marovianos, eorum incolis & habitatoribus diu resistentibus, diversis bellis ac cæde & flamma destructis, in oppido Nova Colonia, super Albiæ seu Muldaviæ fluminis situ, Pragensis diœcesis, receptit in deditionem, & sibi ac Romano imperio perpetuo & omnino subjecit, ipsisque Ducis insignia dedit, nec non in eisdem Boemia & Moravia verbum Dei per aliquos sanctos viros prædicari, ac incredulos ad orthodoxam fidem ibidem converti fecit, & sub tributo solvendo sibi suisque successoribus eos posuit & constrinxit. Et nunquam poterant ex tunc Boemi & Moravi prævalere, ac eorum Duces & Reges: Quin *semper Alamani ac Imperatoribus & Regibus Romanorum*, nolent vellent, *subditi* remanerent.

Bohemi Germanis & Imperatoribus Romanis semper subjecti.

Nec mirum. Erant enim *Boemi*, eorum reverentia salva, homines valde bestiales, feroces & inciviles. Et sic oportuit, quod aliorum potentium & civilium, veluti eorundem Saxonum & Alamanorum, tam circa cultum & ceremonias ejusdem fidei catholicæ, quam legibus ipsorum Saxonum, quibus adhuc utuntur in Boemia & Moravia prædictis, regimini subderentur.

Quando Dux Boemiæ creatus Rex.

Et vix trecentis annis elapsis Dux tunc Boemiæ in Herbipoli creatus fuit Rex, non tamen absque solutione pecuniæ valde in magna quantitate, per Imperatorem, qui tunc erat, scilicet Henricum V. computando ab Henrico I. patre dicti Ottonis primi Augusti. Qui quidem *Henricus, primus* fuit in ordine hujus nominis, quamvis in urbe Roma, sicut alibi diadema imperiale non recepisset: Ipsum tamen imperium & Germaniam, & pro majori parte Galliam diu laudabiliter & strenue rexit. Et

Rex Boemiæ Vasallus Imperatoris.

pro eo *Rex Boemiæ* existens pro tempore, est *ministerialis* & *Vasallus Imperatoris* seu Regis Romanorum, etiam existens *Dapifer* pro tempore *Dapifer ejus*: Forsan pro eo, quod *Boemi consueverunt & solent mulierum comedere, & non parum bibere ac frequenter*: Ut sic etiam *Imperator vel Rex Romanorum* existens pro tempore, habens talem *Dapiferum*, eo splendidiorem ab lautiorem mensam semper haberet.

Dapifer Imperatoris.

Imperatores Romanorum.

Patet etiam in multis historiis, quomodo Duces & Boemiæ Reges, qui fuerunt pro tempore, servierunt, & *oportuit servire* juxta eorum posse cum hominibus armatis Ottoni I. nec non Henrico prædictis, ac Lothario III. nec non multis aliis *Regibus & Imperatoribus Romanorum*.

Johannes Lucelburg.

Et clarum est, quod *Johannes, dux modernus Lucelburgensis Carali Dn. Sigismundi Regis Romanorum, fil. IV. Cæsarit* natione *Alamanicus*, scilicet *de Lucelburg*, pater, Treverensis diœcesis, oriundus. Ex Germanoque *Carolus IV. Imperator Romanorum dictus*, *Rex Johannis Regis filius*, & ab ipso Carolo *Wenceslaus* Imperatore Dn. *Sigismundus* Rex prælatus, Beatus, & Dn. *Wenceslaus* modernus Rex *Boemiæ* Boemiæ, nec non *Marchiones Moravie, Rex*, Germani fuerunt infra LX annos proximos, *manus*, tanquam à stipite descenderunt. Qui *Marchiones Moravie* utique *omnes Alamani* fuerunt.

Hic etiam *Jeronymus* multas terras *ravialium*, & provincias circumivit, & maxime *manus*. circa Alamaniam, inquirendo illic, si forsan ibi errores & hæreses, quas ipse dogmatizabat & fovebat, ab incolis earundem provinciarum, seu saltem aliquibus ipsarum foverentur. Et si quos tales illic reperit, eis cordialiter se adjunxit, & quicquid ibi errones seu male conceperant, & tenebant, fidem ipsam transcripsit, & suis sequacibus in eadem Boemia, ad confortandum ipsos magis & magis in eorum erroribus, solicite destinavit. Et, ti potuit, vel audebat, in eisdem extraneis provinciis simplices in eisdem erroribus informavit, prædicando & dogmatizando, ipsos errores hæreseos esse tenendos atque sequendos, & plerosque per hoc decepit: *Officium prædicationis is*, quod solis sacerdotibus competit, sibi temere usurpando.

Hic etiam publice in eadem concione se jactabat, qualiter manibus propriis

Digitized by Google

priis submersisset nec non etiam quam plures ense suo seu gladio interemisset, & nonnullos vulneraſſet & verberaſſet egregie. Et cum hoc, apud ipſum Dn. Wenceslaum Regem, & aliquot alios potentes dicti Regni, ſecrete ordinaſſet & procuraſſet, quod valde multi presbyteri clerici & laici, & præſertim Alamani, & in eodem Regno Boemiæ de ipſius Boemiæ regis mandato & ordinatione ceſſi, & bonis eorum ſpoliati, nec non alias turpiter de ipſo regno pulſi aut perpetuo relegati fuiſſent, pro eo quod ipſi præfatis Johanni Huſs & ſibi in eorum prædicationibus & articulis reſiſtebant, attentabant eccleſiaſtica beneficia vel temporalia, honores & officia in ipſo Regno Boemiæ aſſequi vel tenere. Aſſerens ſe in hoc bene feciſſe, ne ipſi forenſes, maxime Alamani, dominari vellent eidem Boemis invitis.

Et in hoc oſtendit ſe, & publice confeſſus eſt, quod tam *ipſe*, quam dictus *Johannes Huſs*, de vilioribus plebejis geniti, & ruſtici quadrati, tamen in univerſitate ſtudii Pragenſis tunc indigni & pauperes cleticuli, pietatis intuitu informati ſeu inſtructi fuerunt per nobiles *magiſtros & graduator*, maxime *in ſacra Theologia & artibus, nationis germanicæ*. Qui in dicta Univerſitate ab ejus inſtitutione primæva, usque quo ipſis Johanne Huſs & Jeronymo, eorumque ſequacibus & hæreticis procurantibus, nullis ipſorum magiſtrorum & graduatorum exigentibus demeritis, ſed ſtimulante malitia & *invidia* ipſorum *Boemorum*, nondum octo annis elapſis, turpiter & violenter *expulſi* fuerunt, pro eo, quod ipſi Alamani nolebant ipſius erroribus implicari, nec eos fovere, ſed ipſis Boemis errantibus in hoc pro viribus etiam publice in ſcholis & eccleſiis & alias ubilibet reſtiterunt.

Hus & Hieronymi à Theologia Germania informati.

Germani ex Academia Pragenſi expulſi.

Et ecce retributionem, quam ipſi errantes & magiſtri Boemi eorum inſtructoribus & magiſtris, ſcandalizando etiam & deſtruendo per hæc & alia eorum flagitia permaxime dictam univerſitatem, retribuerunt.

Etiam valde multa alia ſcelera turpiſſima & crudelitates exercuerunt, & fieri procurarunt, ipſi *Johannes Huſs & Jeronymus*, ac eorum complices, in eodem regno & in civitate Pragenſi, contra catholicos *obedientes ſedi Apoſtolicæ*. Et *ibes*, ubicunque poterant, *impedierunt*, & inhumaniter perſecuti fuerunt, non habendo reſpectum ad ſedem prædictam.

Sedi Romanæ adverſati Huſs & Hieronymus.

Eccleſia.

Et *eccleſiaſticas cenſuras parvi pendebant*, quaſi Papa & alii eccleſiaſtici Prælati nullam ſuper eas haberent auctoritatem ſeu eccleſiaſticam poteſtatem.

cenſuras ſpreverunt.

Et quicunque eis placuerunt, (decerunt) cum aſſiſtentia & favore multorum procerum, in eodem regno ipſos pro veris catholicis colentium, ſeducendo populum in maxima multitudine perverſis eorum dogmatibus, *nec curando* in aliquo etiam *Archiepiſcopum Pragenſem* & alios locorum Ordinarios in partibus illis, imo etiam ipſis detrahendo, eos; periequendo, & per populum contra eos ſeditiones fieri toto poſſe procurando.

Archi-Epiſcopum Pragenſem curarunt.

Pragenſem non curarunt.

Edicta Papalia contemſerunt.

Interdictum eccleſiaſticum, apoſtolica vel ordinaria auctoritatibus, in eccleſiis vel eccleſiaſticis locis, Pragæ, & ubi in eodem regno, propter ipſos hæreticos & eorum fautores, juſte ac rationabiliter *poſitum*, etiam publice *violarunt*, & per alios perſecutionibus ſævis, ſpollis, minis, verberibus & terroribus violari fecerunt, *nihil* penitus, *quod ad obedientiam apoſtolicæ ſedis prædictæ extremitum tenderet, omittendo.*

Interdictum violarunt.

Et tandem ipſe *Jeronymus* dignus de gnaque recipiens, hic finaliter *condemnatus* de hæreſi, & etiam *curiæ ſeculari traditus* fuit *crematus*. Et ipſo die, qui fuit *Sabbatum*, XXX. *menſis Maji*, hora 10. ſpiritum, *igne* conſumptus, miſer eſſavit.

Hieronymus dignus de Prga recipiens, condemnatus Conſtantiæ hæreſi, & etiam curiæ ſeculari traditus crematus. 1416. 30. Maji.

Et *dum ligatus duceretur ad mortem*, *Ad rogum cantavit* publice *ſymbolum*, ſcilicet: *Credo tendens in unum Deum* &c. licet tarde & continue loquebatur, quousque deceſſit. *Credo* in ſeu os ad loquendum potuit aperire, *unum* obſtinatiſſimus, in prædictis ſuis erroribus, in vita & in morte, præſumtione diabolica & damnabili perſeverans.

cantavit

Deum

CAP. XXXV.

De Regis Portugalliæ, Balthasaris antea assectæ, ad Concilium venientibus Legatis.

A.1416. *Die primâ mensis Junii venerunt* seu intraverunt ad Constantiam *Ambaxiatores Regis Portugallia*, qui semper fuit de obedientia Urbani VI. & suorum successorum in eadem *obedientia*, & etiam Balthasaris, tunc *Johannis Papæ* XXIII. cum decenti comitiva, hora vesperarum vel quasi. Et fuerunt per Curiales, quorum valde multi eis equestres obviam iverunt, & alios de concilio hic existentes, honorifice recepti, & per civitatem ipsam associati.

CAP. XXXVI.

Argentinensium & Episcopi ipsorum controversia iterum Constantiæ in Concilio tractata.

Die Mercurii, tertia præsentis *mensis Junii*, delati fuerunt *Decanus & capitulum ecclesiæ Argentinensis*, necnon *Proconsul*, magistri civium & communitas civitatis Argentinensis, incidisse graves censuras & pœnas juris, latas in captivatores & verberatores suorum Episcoporum, pro eo, quod alias ceperunt & detinuerunt, & detinent captivum Dn. *Wilhelmum de Deys, Electum Argentinensem* supradictum, imponentes ei, quod quamvis ipsam ecclesiam ut Episcopus per XX. annos vel circiter rexisset pacifice, tamen nondum in facris ordinibus constitutus existeret, nec non contra juramentum, per eum præstitum, ut moris, in ejus promotione ad ipsam ecclesiam, & inconsulto ipso Papa, aliqua castra & proprietates ejusdem ecclesiæ alienasset: Quia timebant, quod residua etiam, quæ adhuc possidebat, similiter alienaret, nisi ipsum caperent, aut alias resisterent manu forti: Prout post (aliqui) ipsorum captivantium per eorum apparitores seu advocatos in hujusmodi concilio sæpe & solemniter allegabant.

CAP. XXXVII.

De pœna Johannis Creit, grandis Simoniaci, Balthasaris olim curialis.

Eadem die fuit lata *sententia* definitiva *condemnatoria, contra quendam insignem Simoniacum*, de partibus Leodiensibus oriundum, qui *per 15. annos* & ultra, semper tali *vilissimo lucro, quod sibi resultabat de Simonia*, valde successit & dilatatus fuit in officiis & ecclesiasticis titulis, licet alias esset brevis quodammodo, sicut gravis ac rusticus & malæ conditionis erat, tamen semper astutus, ut haberet potentes defensores, ut libertius id ipsum transgredi posset. Hic etiam fuit *mediator inter Balthasarem*, tunc *Johannem Papam XXIII. ejusque Secretarios*, quis ut communiter, *vendiderunt* omnes gratias beneficiales *plus offerenti*, anticiparunt Datas, & quandoque unum beneficium vacans, sub eandem Data pluribus ambitiosis & concurrentibus vendiderunt, & inauditas per prius à seculis in talibus *barratarias* exercuerunt.

Simonia Balthasaris. Procurator Simoniacus Johannes Creit.

Ad quod ipse condemnatus, scilicet *Johannes Creit* nominatus, scivit ipsis consulere, & novas edere formas, attamen justitia & ratione carentes, & stylo Cancellariæ apostolicæ penitus discrepantes. Et per hoc & alia fuit valde ditatus. Sortiebatur tantum præ-das cum Balthasare & *suis Secretariis* anditis, & *diligebatur ab ipsis*.

Unde nullis ejus exigentibus meritis, sed prece & pretio, importun', tantum existens *periculosus procurator Romana curiæ*, factus est *literarum apostolicarum abbreviator*, quæ sunt *officia honesta & lucrativa*, solum bene literatis & idoneis, & bene meritis viris debita, ad exercendum seu regendum.

Procurator in Romana curia. Abbreviatura Apostolica.

Et quamvis exillis potuisset honeste vixisse;

abbreviator

A ſordibus lucrorum ſuorum ſe non abſtinuit.

viſſe ſi voluiſſet, tamen *non potuit manibus lucrorum ſuorum à ſordibus lucrativis retrahere, ſi non* quia difficile eſt conſueta relinquere: ſed *procurabat* toto poſſe, prout prius ſolitus erat facere.

Et *pro omnibus ad eum venientibus* pro pecunia ſupplicationes ſignari per ipſũ Balthaſarem, tunc Papam, ſub Datis & formis, quibus vellent, & ad deſiderium eorum præſtolantium quoruncunque, *pro ſe etiam*, obtinuit ab eisdem, Balthaſare & Secretariis, mirabiles gratias. Et illarum prætextu valde multa beneficia vacantia in eisdem partibus ambivit, & ſibi ultrapavit, quorum 30. & plura vendidit, & pecunias pro ſe exinde recepit. Nec non *luxuriose & voluptuoſe vivendo*, ſolum in talibus infamis & cupiditatibus verſabatur.

Lucri cupido Cobinæ lucrari, ſe fieri procuravit Comitem Palatinum perSereniſſimum principem, Dn. Sigismundum Regem Romanorum modernum. Et *illud officium* etiam *exercuit*, creando etiam *cauſa lucri captandi* plures notarios publicos ſeu *tabellio-nes*, ut exiſtimo, *ſibi pares*.

mittens enim Palatinum exercuit.

Notarios publicos multos creavit.

Hic etiam *Paulo*, magno capitaneo romanæ eccleſiæ, & *Dn. Nicolao* ejus fratri, *de Urſinis*, qui tunc erant valde potentes, apud ſummos Pontifices tunc exiſtentes, ita quod nemo auderet eis contradicere in curia memorata, modis omnibus ſe adjunxit, & pluribus annis in eadem curia ſub eorum umbra & protectione, quæcunque voluit, fecit.

Patronos habuit in curia Romana Urſinos.

Et ecce, quam magnum honorem illi *ſummi prædicantes* finaliter, de ipſorum *officialium* amico ſive *clientulo*, quem tantum prætulerunt virtuoſis viris, reportarunt.

CAP. XXXVIII.

De reditu Electoris Palatini ad Concilium.

Balthaſarũ Manheimi tenuit.

EAdem die in veſperis rediit & intravit *Dn. Ludovicus Palatinus, locum tenens dicti Dn. Regis* in hujusmodi civitate & concilio. Qui jam *abſens per duos menſes* vel circa, ſua negotia in partibus inferioribus Rheni dirigendo [v. ſup. c. 30.] Hic enim, ut dicitur diligit eundem Dn. Electum Argentinenſem, cumque vellet pro poſſe juvare.

veri curarum carcere detinebat.

CAP. XXXIX.

De Archi-Epiſcopi Moguntinenſis excuſatione, quod Balthaſarum ex carcere Palatino liberare non intenderit.

Archiepiſcopi Moguntinenſis ſunt *literæ excuſatoriæ* Dn. *Johannis*, continentes in effectu, quomodo hic à quibusdam æmulis ſuis falſo denunciatus exiſteret, *quod ipſe ad hoc intenderet* ſeu inſtaret, per *quod hujusmodi concilium diſſolveretur*: Ac etiam, *ut prædictus Balthaſar à carceribus liberaretur*, [v. ſup. c. 30.] & ſuper hoc etiam acquiſivit aliqua caſtra & loca fortia, non remota à loco ſeu caſtro, in quo Balthaſar cuſtoditur. Aſſerens, quod non fuiſſet, nec eſſet, ſuæ intentionis, quod ſic faceret, ſeu facere vellet: Sed ſemper paratus eſſet pro poſſe dictum *concilium* dirigere & juvare.

EAdem die hic in publica concione lecta ſunt *literæ excuſatoriæ* Dn. *Johannis*, *Archiepiſcopi Moguntinenſis*, continentes in effectu, quomodo hic à quibusdam æmulis ſuis falſo denunciatus exiſteret, *quod ipſe ad hoc intenderet* ſeu inſtaret, per *quod hujusmodi concilium diſſolveretur*: Ac etiam, *ut prædictus Balthaſar à carceribus liberaretur*, [v. ſup. c. 30.] & ſuper hoc etiam acquiſivit aliqua caſtra & loca fortia, non remota à loco

Et alia multa continebant prædictæ literæ, hic gratia brevitatis omiſſæ. Quia ſufficit, taliter eſſe ſcriptum, maximè ſi ſubſequatur effectus.

CAP. XL.

Sententia condemnatoria Johannis Creit, Simoniaci.

TEnor vero ſententiæ, de qua ſupra [c. 37.] fit mentio, ſequitur, & eſt talis.

Chriſti nomine invocato pro tribunali ſedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, & juris peritorum conſilio, per hanc noſtram ſen-

ſententiam, quam proferimus in hu ſcriptis, pronunciamus, decernimus & declaramus, dictam perverſam gratiam expectativam, prafato Johanni Creyt, *per Balthaſarum, olim* Johannem Papam XXIII. *ut dicitur, conceſſam, ſeu per ipſum* Johannem Creyt *à dicto olim Papa extortam, tanquam exorbitantem, & de ſubſtitutione ſuſpectam, ac prater & contra ſtylum Camera apoſtolice expeditam, una cum ejusdem gratia proceſſu, ſeu proceſſibus ſecutis, etiam cum ejusdem perverſa gratia & inde omnium ſecutorum effectu, nullius fuiſſe & exiſtere roboris vel firmitatis: Ipſamque perverſam gratiam, in regiſtro literarum apoſtolicarum loco, ubi regiſtrata ſeu notata ſit aut fuerit, ſeu reperiatur, caſſandam, & abolendam fore, ac caſſari, annullari, & aboleri debere, ac caſſamus, annullamus & abolemus: nec non laceran-*

dam fore, & lacerari debere, atque perverſe gratie hujusmodi proceſſui ſeu proceſſibus, & aliis omnibus inde ſecutis in judicio & extra, nullam fidem adhibendam fore, neque adhiberi debere: Dictoque Johanni Creyt, *& aliis quibuscunque, conjunctim & diviſim, inhibendum fore, & inhibemus, ne dicta perverſa gratia & ejus effectu utantur, ſeu acceptando, ſeu alias quoquomodo ſe juvare preſumant: Et quia ipſum* Johannem Creyt *reperimus de falſitate dictarum literarum valde ſuſpectum, & de* Simonia multiplici & notorie infamatum, *ideo eundem Johannem Creyt ab officiis & beneficiis eccleſiaſticis quibuscunque, donec de predictis coram nobis aut à nobis ſurrogandis, aut coram ſede Apoſtolica aut ab ea deputandis, ſe purgaverit, ſuſtinendum fore, & ſuſtinemus.*

Antiquæ hæ Conſtantienſis Concilii res,
Johannis XXIII. complexæ fata,
Quæ ante Concilium Conſtantienſe
in flore Papatus vidit,
In Concilio in ſummo honoris & fortunæ diſcrimine
formidavit,
Poſt fugam è Concilio in carcere deploravit,
A Theodorico à Niem, Weſtphalo, Curiali Romano,
in aula plurium Pontificum ipſiusque Johannis 23.
diu multumque verſato & Secretarii munere functo,
negotiorum reconditorum conſcio,
in Conſtantienſi Concilio in magno honore habito,
& in eodem tandem defuncto,
multo ſtudio deſcriptæ,
Ad majorem Actorum Conſtantienſium lucem
Auſpiciis Sereniſſimi Brunſvicenſium Ducis
RUDOLPHI AUGUSTI
Principis literatiſſimi,
Ann. M DC XCVII. Menſe Octobri
In Academia Julia reſtitutæ
Imperante Monarcha
LEOPOLDO
CÆSARE TRIUMPHATORE.

Digitized by Google

TOMI II. PARS XVI. XVII. XIIX. XIX. XX.

RES GREGORII XII. ET BENEDICTI XIII.

QVOAD CESSIONEM PAPATUS

IN CONSTANTIENSI CONCILIO

Usque ad electionem novi Pontificis MARTINI V.

per Cæsarem, Concilium, Reges ac Principes magno

studio confectæ.

FELICISSIMIS AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

D N. RUDOLPHI AUGUSTI

BRUNSVIC. AC LUNÆBURG.

DUCIS &c.

EX MSCtis CÆSAREIS VINDOBONENSIBUS

ALIISQUE PLURIBUS

recensitæ ab

HERMANNO von der Hardt.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ

IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.

Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1697.

Digitized by Google

Lectori S.

COnclusum in Concilio per Nationes erat, (ut supra *Parte VIII.* traditum) tres de fede Pontificali contendentes, pacis ergo, quocunque se tueri possent jure, pelliciendos esse ad spontaneam cessionem, alioquin forti manu pellendos. Displicuerat hoc Concilii decretum illorum singulis. *Johannes* igitur, ingenuam primùm cedendis faciem simulans, alio mox sumpto colore aufugerat, sed in fuga detentus, papatu abire jussus, ut ex *superioribus* liquet.

Gregorius, Constantiensis Concilii machinas metuens, precibus quidem in principio cessionem declinare contendit, quod docebunt *Epistolæ*, hic *Parte XVI.* exhibitæ: Ast mox sponte ad nutum Concilii se composuit, ut constabit ex Actis Concilii publicis, *Tomo IV.*

Benedictus XIII. nec precibus nec minis Constantiensis Concilii, quin nec Cæsaris Regumq; Hispaniæ, aliorumque Principum, adduci poterat ut cederet, locumque publicæ tranquillitati daret. Quod patebit ex *Actis Perpinianis & Narbonensibus Parte XVII.* *XVIII.* recensitis. Concilii tamen decretis solennibus, totius orbis consensu firmatis, dignitate Papali exutus. Uti non solùm ex Gersonianis votis Parte XIX, sed & ex Actis Concilii publicis *Tomo IV.* plene elucescet.

Atque ita, post difficillimos fluctus aliquo modo compositos, in Concilio agi cœpit de *novo Pontifice* eligendo. Inter varias Concilii *consultationes*, partim *Tomo I.* exhibitas, partim *Tomo IV.* describendas, brevis quoque illa prodita, quam hic *Parte* xx. fistimus, unà cum *Regula novum in Concilio Pontificem creandi.*

In *Martini V. electione*, quam præclaram *Orationem* habuerit *Episcopus Laudensis*, *Tomus I.* suggeret, Cetera *Tomus IV.* suppeditabit.

TOMI II. PARS XVI.

EPISTOLÆ GREGORII XII. ad Imperatorem SIGISMUNDUM & Bavariæ Ducem LUDOVICUM, aliorumque Principum ad GREGORIUM, circa principium Constantiensis Concilii scriptæ,

De Schismate tollendo, ac pace Ecclesiæ ope Constantiensis Concilii paranda,

per Gregorii cessionem, quam solennissime paulo post in Concilio præstitit, uti ex Actis Tomo IV. constabit.

Ex MSCtis Cæsareis VINDOBONENSIBUS.

CAPI.

Epistola Gregorii XII. ad Sigismundum Imperatorem haud longe ante Constantiense Concilium scripta, qua Sigismundum Romanorum agnoscit Regem, & schisma per eum compositum iri optat.

In MSCt. Vindobon. Part. II. Ad. C. G. f. 190. b.

habetur hoc titulo:

Bulla GREGORII directa Regi Romanorum.

GREGORIUS &c. carissimo in Christo filio SIGISMUNDO, *Regi Romanorum semper Augusto*, & Hungariæ Regi illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia Dei opificis, cujus pastoratus officium in terris gerimus, licet onera tanto imbecilles, & immerentissimi, doctrinam atque opera colere tenemur ex debito, cum ipse nobis annunciaverit per Prophetam: *Visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Quæ perierat, requiram, & quod abjectum fuerit consolidabo, & quod forte pinguerit, custodiam:*

Considerantes, quod inter cæteros mundi principatus, quibus Rex Regum & Dominus dominantium sponte jam suam reliquit custodiendam, *Romanum* ad hoc sublimavit *Imperium*, ut illi esset in tranquillitate *solatii filius*, in cau-

CAP. II.

Epistola Gregorii XII. ad Ludovicum Bavariæ Ducem, qua ob imminens Constantiense Concilium animi sui ægritudinem denunciavit.

In MSC. Vindobon. Parte II. Act. Conc. Const. f. 191. b.

habetur hoc titulo:

Bulla Gregorii directa Comiti Palatino Rheni.

Gregorius &c. dilecto filio, nobili viro, Ludovico, *Comiti Palatino Rheni*, salutem & Apostolicam benedictionem.

Recepimus literas tuas per dilectum filium *Magistrum Bussonum Baccalaureum in Decretis*, nuncium nostrum, inde reversum. Et audivimus, quæ nobis retulit pro parte tuæ nobilitatis, quam non dubitamus ad omnia circumspectam, & ad illa præsertim, quæ tanti sunt ponderis, quod medullam respiciunt nostræ catholicæ veritatis. Et quia non desistunt adversantes maligne instruere suas artes, Deum, proh dolor! non verentes, nec sanctiones sacrorum canonum sectantes: Ea propter nobilitatem tuam totis affectibus in Domino exhortamur, ut ad ipsa cum aliis Christi fidelibus velit advertere diligenter, & salubriter obviare, nunc præcipue, quo per eos *ferrum cuditur*, ut sentire poteris, *ad perversa*; Et ad effectum studeas & intendas scripturarum, tibi per dictum nostrum nuncium delatarum, quæ tantam in se habent clementiam, & cum omni mansuetudine relicium æquitatem, ut *vera pax & integra unio* debite reponantur in populo Christiano. Et quæ superinde feceris atque senseris, non graveris cum sollicitudine, prout res exigit, intimare. *Datum Arimini X. Cal. Decembris*, A. 1413. Pontificatus nostri anno septimo.

CAP. III.

Epistola responsoria Ludovici, Bavariæ Ducis, ad Gregorium, de Concilio Constantiensi, pro pacis studio.

In MSC. Vindobonensi, Part. II. Act. C. C. f. 192.

habetur hoc titulo:

Responsum de Comite Palatino Rheni ad Gregorium XII.

Beatissime pater, &c. Literas vestræ Sanctitatis Arimini X. Cal. Decembris datas, me noveritis recepisse. Quarum tenore perlecto, reduxi ad memoriam ea, quæ eidem Sanctitati vestræ Reverendus in Christo Pater, *Dominus Wernerus, Archiepiscopus Trevirensis*, & *ego*, secum per M. Bussonum in eisdem literis nominatum scripseramus & commiseramus pariter referenda. Consideravi quoque, facta, quæ nunc à quibusdam super his agitantur, fama publica promulgante. Unde per *ferrum*, quod, ut scribitur, *cuditur ad perversa*, Vestram Sanctitatem denotare existimo *convocationem*, quæ sub nomine *generalis concilii* fienda dicitur, *ad diem primam mensis Novembris* proxime venturi, *in civitate Constantiensi provinciæ Moguntinensis*.

De qua convocatione licet Serenissimus Princeps Dominus meus, *Romanorum & Ungariæ Rex*, mihi sub paucis verbis scripsit quoddam Breve; Tamen adhuc non vidi patentes desuper literas, aut prætensas solemnitates in hujusmodi solitas exhiberi.

Reor insuper, quod aliquibus magnatibus etiam alterius obedientiæ non omnino placeant ejusdem *convocationis circumstantiæ aut modi*.

Itaque confido in Domino Jesu Christo, quod *ferrum*, de quo scribitur, *non adeo acuetur, quod secare valeat aut scindere* Vestræ Sanctitatis *justitiam*, quemadmodum teneo fideliter & sincere. Dummodo, uti cum prædicto Domino Trevirensi etiam Vestræ Sanctitati scripsisse me recolo, *nullatenus per vos Ecclesiæ permittatis*, sicut nec hactenus sic-

 se credo,

se credo, *quo minus pax & tranquillitas reddantur populo Christiano.*

Ad hoc autem studere pro viribus intendo, & superinde votis digna, quæ fecero, atque sensero, intimare, prout injungitis, non omittam. Christus vestræ Sanctitatis personam dignissimam ad redintegrationem Ecclesiæ suæ sanctæ sponsæ veræ dirigat, & perducat. *Datum* &c.

CAP. IV.

Epistola Episcoporum quorundam, in Germania Gregorio addictorum, ad Gregorium, qua eum rogant, Concilii Constantiensis de unione consiliis ac decretis acquiescat.

Ex MSC. Vindobon. Part. II. Act. Conc. Const. f. 192. b. hoc tit.

Litera Spirensis, Wormatiensis, Verdensis &c. directa Errorio alias Gregorio.

BEatissime Pater & Domine, Domine metuendissime. Post humillimam recommendationem, devotissima pedum oscula beatorum.

Ad vocationem & desiderium *Serenissimi & Invictissimi Principis & Domini, Domini Sigismundi, Romanorum & Hungariæ Regis, Domini nostri* metuendissimi, una cum illustri & excelso Principe, Domino *Ludovico, Comite Palatino Rheni, sacri Romani Imperii Archidapifero & Duce Bavariæ*, ad hanc civitatem *Constantiam* accedentes, supervenientibus postmodum *Vestræ Sanctitatis nuncii*, Reverendissimis in Christo Patribus, Dominis *Cardinalibus, Ragusino, & in Patriarcham Constantinopolitanum Electo*, omnia hic tractata & gesta cum præfatis, inclyto Principe, Domino nostro Duce, ac nobiscum, & per nos, *in materia desiderabilis unionis*, non immerito communicamus. Et vice versa etiam *plura recipientes Avisamenta* mutuis nos auxiliis confovimus oportune. Tandemque communi deliberatione, præfati Illustris Principis, Magistrorum, Doctorum, ac omnium nostrum parte venerabilis & peritus vir, Dominus *H. Culpi, Decretorum Doctor* sedicti Domini *Ducis Orator*, explicabit, plenissime informatus.

Vid. supr. Parte VIII. C. V. & seqq.

Supplicamus igitur humiliter & instanter, quatenus præfato Domino *H.* in referendis fidem credulam adhibere, *& petitiones* ejusdem *Domini Ducis nostras*, ex corde puro & sincero procedentes, juxta qualitates & circumstantias negotii omnino *necessarias & opportunas*, sub *ista optima integra unionis* inserti corditer exaudire, eundemque Dominum *H.* votive remittere dignetur Sanctitas Vestra celeriter expeditum, ad laudem Dei omnipotentis, ac dominici gregis consolationem atque pacem. Datum *Constantiæ, VII. die Februarii A. Domini* 1415.

Humiles Vestræ Sanctitatis creaturæ, *Rabanus, Johannes, & Ulricus* Spirensis, Wormatiensis & Verdensis, *Episcopi*, nec non *Oratores* Dominorum *Archi-Episcopi Trevirensis, Ducis Henrici de Brunswika & Landgravii Hassiæ.*

Lectori Sal.

QUamquam Gregorio in principio non arrideret Concilii sententia de electione Papatus spontanea, invitatus tamen a Concilii Patribus humanissime, Cæsare urgente, victus tandem dedit manus, & dignitatem ut non ingrat, vitavit certe aut dissimulavit, & tantum non egre deposuit. Quod præclarum Gregorii factum, ex quocunque demum animo profectum, tantopere Cæsari & Concilio placuit, ut decreto irrotarent, *Cardinalatus honore* bonum hunc Angelum perpetuo alliciendum. Quæ omnia ex *Actis Concilii* plenius constabunt. *Gobelinum* interea *Personam*, qui lib. 12 ætate charus, fidum rerum illarum interpretem hic audivisse juvabit. *Ex sententia* (inquit *in Cosmodrom.* cap. 94. f. 341.) *qua causa Depositionis Johannis Papæ adhuc pendente in Concilio, Gregorius qui Angelus de Corario discebatur, de cessione sui juris, quod in Papatu se habere præcudit, plurimum tem abnitur. Undetandem multis precibus ipsius*

Digitized by Google

toribus ipſe Concilium Conſtantienſe approbavit. Et 4. die menſis Julii (A. 1415.) *Rege cum regni inſignibus præſente, per illuſtrem Domicellum Carolum de Malateſtis de Arimino, ad hoc habentem ſpeciale mandatum,* Papa tui *& omni jure ſibi in eo competenti, in publica ſeſſione coram Concilio* renunciavit. *Quam renunciationem Rex & totum Concilium gratanter acceptabant & approbabant, quæ tamen dudum per Concilium Piſanum depoſitus fuiſſe credebatur. Quoniam in ingreſſu hujus concilii fuit expreſſe decretum, quod iſtud eſſet illius continuativum. Unitis ſic iſtis duabus obedientiis, Concilium decrevit, quod Angelus de Corario poſt ſummum Pontificem eligendum ſuper omnes Cardinales primum locum obtineret, & Legatus ſedis Apoſtolicæ in Marchia Anconitana ad tempus vita ſua maneret: Cardinalis ejus etiam inter ceteros Cardinales digno recipi deberent cum honore.* Conf. *Niemius, in Vita ac fatis Joh. 23. l. 3. c. 6.* ſupra *Parte XV. f.* 414.

Platina in Vita Johannis XXIII. pectus cedentis Gregorii, penitius intueri ac profundius rimari viſus eſt, quando ex ceſſione, ab ipſo per Legatum ſuum in Concilio facta, eas ipſi ait ſubnatas animi cruces, quæ brevi mœrentem transfigerent ac enecarent. Quod ſane judicium aculeos *Spondani* non effugit. *Gregorio neceſſe fuit,* inquit Platina, *à Spondano* caproper notatus, f. 749. *ſuadente etiam Imperatore Sigismundo, unum aliquem ad Concilium mittere, cum ipſe proficiſci recuſaret, qui ſuo nomine Concilii ſententiam approbaret. Miſſus itaque Carolus Malateſta, vir certe inſignis, cum videret omnes in hanc ſententiam venire, ut Gregorius quoque Pontificatu ſe abdicaret, in publicum prodiens ac in ſede Gregorii non aliter exſtructa acſi ipſe adeſſet, collocatus, prælecta renunciandi facultate, Gregorium Pontificatu abdicat. Quem ſtatim conventus omnis pro tam libera abdicatione agri Piceni Legatum creat. Ita itaque non multo poſt Recaneti moritur, dolore animi, ut ajunt, propter ſubitam abrogationem ante conſtitutum tempus à Carolo factam. In longumenim rem protrahi volebat, in mora ſtem aliquâ ponens. Mortuus igitur ante Martini Pontificatum, in Recanatenſi Eccleſia ſepelitur.*

Theodoricus Vrie, in Hiſtoria Concilii Conſt. ſupra *Tomo I. Parte I. f.* 166. *ſeqq.* Integritatem pectoris Gregoriani, ob pacem & tranquillitatem in Eccleſia reſuſcitandam de papali throno deſcendentis, in cœlum extollit, atque hunc Angelum Angelorum cœleſtium choro jungit.

TOMI II. PARS XVII.

JOHANNIS GERSONIS, Academiæ Pariſienſis Cancellarii & Regii ad Concilium Legati

ORATIO publica & propemptica, A. 1415. d. 21. Julii, ante iter Cæſaris Sigismundi è Concilio in Hiſpaniam, ad BENEDICTUM XIII. ſeu PETRUM de LUNA in Concilii ſententiam pertrahendum, factâ Papatus ceſſione.

De jure & praxi Conſtantienſis Concilii in componendis rebus arduis ipſoque Schiſmate.

Ex MSCr. ACADEMIÆ HELMSTADIENSIS.

Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum. Ita loquitur Propheta in *Pſalmo LXVII.* Cujus initium eſt: *Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus* &c. Fiat ita, quæſumus! Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum, auxiliante te beatiſſima virgine, in qua omnis gratia viæ (& veritatis.) Quam imploramus, & ſalutamus, dicentes: *Ave Maria.*

Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum. Ita fieri credimus & ſperamus. O Domine Deus ſalutarium noſtrorum, Ita fieri credimus. Nec mirandum, ſi ſperamus & credimus. Quoniam te donante adſumus. Ecce *ordinatione ſanctiſſima nuper facta* quam inſpiraſti, fit conventus iſte celeberrimus & devotus, ad orandum & deprecandum faciem tuam plenam gratiarum, & dicendum, *Domine, ſalvum fac.*

fac regem iterq; ſuum in ſalutis tuæ proſperitate diſponat.

Sed quare *nobis proſperum iter fieri* petimus, Viri Patres & fratres Reverendiſſimi, ſapientes, illuſtres atque doctiſſimi, & in omni virtute decore præclari. *Nobis*, inquam proſperum iter, quo pacto fieri petimus, qui loco manemus nec moveri quoquá extra diſponimus? Sed profectò videmur iter agere, dum facit iter *nobis* h. e. *ad utilitatem noſtram*, ad obſequium noſtrum, *ad univerſalem Eccleſiæ pacem*, Sereniſſimus *Romanorum Rex*, *Protector* ejuſdem *Eccleſiæ fidelisſimus*. Proſperum ſit iter ſuum, ſuppliciter & ſalubriter imploremus. Quoniam *in proſperitate ſua ſalus noſtra reponitur*. Ita enim proſperum facies iter nobis, O Deus ſalutarium noſtrorum, ſi pedes ejus Regis noſtri in viam pacis direxeris, ſi conceſſeris eum redire cum exultatione, portantem uberes *unionis perfectæ* manipulos. Sic enim fas habebit ex ſententia dicere cum Abrahæ ſervo, quod *proſperum* feceris *iter* ſuum, quod præterea fueris ſecum in omnibus, ad quæ petrexerit.

Ambulet igitur ipſe Rex viâ regiâ per arma juſtitiæ, â dextris & â ſiniſtris, te Duce, te comite, qui es via, veritas & vita, te dicente ad eum: *Intellectum tibi dabo & inſtruam te in viâ hac, quam gradieris, firmabo ſuper te oculos meos.* Mandes, Deus, Angelis tuis, ut cuſtodiant eum in omnibus viis ſuis, portent eum in manibus tuæ protectionis, ut non offendat ad lapidem cujuslibet obſtaculi, vel obdurationis partis adverſæ, pedem ſuum, zelum ſuum. Sic enim proſperum iter facies, nedum ſibi, ſed nobis, hoc eſt ad utilitatem noſtram, tu Deus ſalutarium noſtrorum.

Poterat ſermo noſter prolixius extendi, qui devotas *pro Regis itinere proſpero* fundendas orationes commoneſaceret atque ſuaderet. Sed inſpicio veſtrum devotionis ardorem, qui ut continuetur, vel in majorem deſiderium flammam erumpat, non eget flatu verborum meorum exiguo. Per ſe enim ſatis in meditatione veſtra exardeſcit ignis piorum ſanctorumque deſideriorum, ut jugiter levatis ſurſum cordibus, ut tractis ex imo pectore ſuſpiriis atque gemitibus dicat unusquisque apud ſemetipſum: Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum. *Faciet* pro *faciat*. Nam & apud Hebræos (ut *Nicolaus de Lyra* dicit) Futurum Indicavi pro Optativo ſolet poni.

Divertat nunc paululum & pergat ad alia, non aliena, ſermo noſter. Ecce quod offertur in ipſa meditatione mea iter quoddam non terreſtre, quod agitur pedibus corporis: Sed ſpirituale & cœleſte, iter æternitatis, quod peragratur pedibus mentis, qui ſunt, *cogitatio*, pes ſiniſter intellectu, *& volitio* pes dexter in affectu. Hoc *iter* quale eſt, ſi quis interrogaverit? Reſpondeat Propheta, id eſſe *viam mandatorum Dei*, quam nedum ambulaſſe, ſed cucurriſſe gloriabtur ipſe, cum ait: *Viam mandatorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Et rurſus: *In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitiis.* Et talia ſunt in hanc ſententiam abſq; numero. Etenim tu, qui peregrinaris hic â Domino, ſi pergendo vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Hæc eſt enim via regia, hoc iter proſperum, hæc compendioſa ſemita, quæ ducit ad vitam.

At verè videre mihi videor conſequenter in ipſa meditatione mea collectum eſſe *ſacroſanctum præſens Concilium*, ut viam iſtam præparet & dirigat, ut proſperum hoc iter noſtrum faciat, concedente Deo ſalutarium noſtrorum. Nam væ mundo â ſcandalis! Væ hoſtilibus inſidiis! ſuper quibus eſt illa Prophetæ conqueſtio: *In viâ hac qua ambulabam abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.* Et rurſus: *Juxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.* Quis autem omnia juxta iter mandatorum Dei poſita ſuperborum, Dæmonum, carnis & mundi, ſcandala dinumeret? Quis omnes laqueorum nodos artes & modos agnoſcat? Quis non cum Anthonio paveſcens exclamaverit: *Hos Domine, laqueos omnes, hac ſcandalorum retia quis evadet?* At qui benedictus Deus ſalutarium noſtrorũ, qui proſperum nobis fecit iter ſpirituale mandatorum ſuorum ſecundum voluntatem facultatemque contulit

Digitized by Google

tulit conveniendi Seniores in unum, convocandi cœtum, *congregandi Eccleſiam, ut videretur quid facto opus eſſet, ad tollendum tot ſcandala*, poſita in viis Sion, ita, ut lugerent, eo, quod non eſſet qui veniret ad ſolennitatem. Hinc offendebat ſcandalum *Schiſmatice diviſionis*. Hinc ſcandalum multiplex *hæreticæ pravitatis*. Hinc multiplicata ſuper numerum ſcandala, offenſiones, & retia cujuslibet *vitioſitatis*.

Tria ante Conſtant. Concilium in Eccleſia regnantia mala.

Obſidebat præcipue hoc iter ſpirituale, *monſtrum horrendum, ingens, mole potens, ſuperbia, & filia ejus improbiſſima, dira dominandi libido*. Prohibebant toto malignitatis ſpiritu & aſtu, *ne celebraretur generale Concilium*, quod efficaciſſimum erat & (penè) *unicum* adverſus hæc omnia ſcandala *remedium*.

Diſſidia papalia, Lites religioſæ, Corruptio cleri. Dominandi libidinem olim in clero regnaſſe. Conſtantienſe Concilium il. lis turbis oppoſitum.

Exultet verò nunc omnis fidelium turba. Nunc magnificè gratias referat Deo ſalutarium noſtrorum, qui proſperum fecit iter mandatorum ſuorum, dum contulit celebrari *ſacroſanctum hoc generale Concilium*, ſufficiens *ad ſchiſmatum ſedationem, ad hæreſeos exirpationem, & ad morum reformationem.*

Et hoc ex paucis in hoc eodem præſticitis Concilio non tam declarare, quam ſummatim enarrare vel annotare curabo, non accurato quidem, ſed quotidiano doctrinalique ſermone. Satis erit ita loqui, ut intelligar.

Conſiderans itaque mentalibus oculis *præſens generale Concilium & acta ejus*, invenio, quod ipſum ab itinere ſpirituali removit primo *quadruplex ſcandalum obſtans Schiſmatum ſedationi*. Removit alterum *quadruplex ſcandalum contrarians morum reformationi*, & ita contrarians, ut jam non eſſet proſperum ſed infauſtum iter pacis, fidei & virtutis.

Duodecim canones pro pace & ad emendationem Eccleſiæ Conſtant. Concilio ſervati.

Conformiter ad hanc triplicem quaternitatem ſcandalorum numeremus *XII. Concluſiones, regulas* aut *leges*, quæ *in hoc Concilio vel explicitè vel implicitè ſtabilita* ſunt, quaſi totidem directiones ſalutares, per quas proſperum iter fecit nobis Deus ſalutarium noſtrorum. Ut in hoc itinere ſit *unitas* ratione primi, ſit *veritas* ratione ſecundi, ſit *bonitas* reſpectu tertii. Sit inſuper modus, ſpecies & ordo, ſit denique menſura, numerus & pondus, conformes ad potentiam, ſapientiam & bonitatem Patris & Filii & Spiritus ſancti. Hoc modo proſperum iter faciat nobis Deus, ſcil. ut ſit iter planum, iter lucidum, iter pulchrum, dum juſtitia ponit in via greſſus ſuos, dum veſtigia ſua relinquit impreſſa, quaſi certa totidem ſigna, ne oberremus vel exorbitemus, nobis data.

Prima pars, de via pacis.

Aſſignetur pro prima parte, quæ eſt *de via pacis, prima lex* ſive directio, libe. rans iter noſtrum *à primo ſcandalo*: Quæ data eſt *in ſeſſione publica, VI. Aprilis, anni lendo. præſentis.*

De Schismate Eccleſia tollendo. Canon I.

Concilium generale poteſtatem à Chriſto immediate habet, cui quilibet cujuscunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & exſtirpationem Schiſmatis, ac generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

De autoritate Concilii.

Conſcribenda prorſus eſſe mihi videtur in editoribus locis, & inſculpenda per omnes Eccleſias *ſalubertima hæc determinatio*, lex vel regula, tanqvam directio fundamentalis, & velut inſallibilis adverſus monſtruoſum, horrendumque offendiculum, quod hactenus poſitum erat per multos de Eccleſia in itinere mandatorum Dei, determinantes ex textibus, groſſe, non ad regulam Evangelicam & æternam acceptis, *Papam non eſſe ſubjectum generali Concilio, neque judicari poſſe per ipſum: Quod* præterea *generale Concilium totum ab ipſo robur immediatum ſumebat: Nec poterat ſine eo caſu quocunque vel convocari, vel ſtabiliri: Quod nemo poterat ei dicere, cur ita facis, quoniam ſolutus erat legibus & ſupra jus.* Et ita de pluribus. Quæ *blanda, fallax & ſubdola adulatio fovebat libidinem dominandi, & in tyrannidem, Eccleſiæ deſtructricem*, Papatum, ſeu ejus uſum, convertebat, ita ut non pateret via reductionis ſeu pacis.

Adulatio notata à Gerſonio.

Petri de Alliaco Cardinalis. Cam. & nuper, antequam fieret hæc conſtitutio, conſentire reputans eſſe pernicioſiſſimum ſic aſſerere. cum Gerſ.

Scripſi ſuper hoc errore vel ſcandalo *Reverendiſſimus Pater, Cardinalis Camerac enſis*, Præceptor meus inclytus, *dudum, ut*

Digitized by Google

Sicut & de multis, dictis per quoſdam innitentes ſuis juribus poſitivis, annotavit.

Nunc ex quo *lex poſita* eſt, nec jam licet dubitare, probationes omittamus. Sola hæc probatio ſufficeret: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ut Ethnicus & publicanus.*

Canon 2. Ad ceſſionem per Concilium poſſe compelli Pontificem. Praxis Concilii Conſt.

Concilium generale poteſt eum, quem reputat ſummum Pontificem, nedum conſultivè *inducere*, ſed authoritativè *compellere ad offerendum viam ceſſionis, vel ad cedendum Papatui, etiam ſine culpa ſua, ſed non ſine cauſa.* Qualis cauſa multiplex eſſe poteſt, quemadmodum *publicis ſermonibus* tactum fuit *in hoc Concilio.*

Hæc *lex* per hoc ſacrum Concilium *determinativè ſtatuta eſt, & in Papa Johanne XXIII. practicata*, qui viam ceſſionis urgente Concilio primum obtulit, dehinc ceſſit.

Tollitur ex hoc ſcandalum dicentium, *viam ceſſionis practicari non poſſe invitis contendentibus de Papatu.*

Tollitur colluſio ſeu *tergiverſatio* volentium *invito generali Concilio* vel Eccleſia perniciosè *Papatum detinere*, nunc, aut quomodolibet in futurum. Etenim, ſi poteſt ſummus Pontifex dare libellum repudii Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, ſicut egit Cœleſtinus, & laudatur: Cur non viceverſa *poterit ſponſa (Chriſti) repudiare*, non dicam ſponſum ſuum, ſed ſponſi *Vicarium*, præſertim *ubi ſubeſt vel culpa vel cauſa.*

Canon 3. Concilii & ſtatuta poteſt irritare vel annullare. Potuum generaliter ſuſpendere tranſlationem curiæ Romanæ à vale loco Concilii impedire, compellere rurſus, Papam ſtare cum Concilio.

Concilium generale ſic eſt ſuper Papam, quod ejus Bullas & proceſſus vel ordinationes Et ita de ſimilibus.

Hoc *determinatum* eſt *in publica ſuſtonem*, & multipliciter practicatum.

Tollitur ex hoc ſcandalum, quo per indirectum quæreretur, nunc, aut alias diſſipari generale Concilium.

Canon 4. Concilium generale ſic eſt ſupra legu-mnes poſitivas, vel à ſummis Pontificibus, Concilio vel à generalibus Concilii editas, quod eo tum eſſe ſuo poteſt interpretari, mutare vel tollere, pro quanto videretur impedimento vel ſcandalo eſſe ad iter Eccleſiaſticæ Unionis.

leges poſitivas Pontificum & Conciliorum.

Hoc practicavit *præſens Concilium*, tolendo pœnas omnes & inhabilitatio- *Conciliſuſtendendo* inſuper *futurum ſummi Pontificis electionem.* Recipiendo denique ad cautelam & humili quadam condeſcenſione *priorem Concilii* à non-Papa. Cum multis ſimilibus, quæ & qualia jurium poſitivorum rigor non admittit.

Secunda pars Principalis de Via Veritatis.

EXpoſuimus in hac *parte prima* quatuor *ſcandalorum genera, quibus obſtitit præſens Concilium*, ut proſperum iter faceret nobis Deus ſalutarium noſtrorum, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, & ad *ſedationem ſchismatica diviſionis.*

De hæreſibus Concilio tollendis.

Tranſeamus pro *ſecunda parte* ad deſtructionem alterius (quadruplicis) ſcandali, quo videbatur impediri *declaratio veritatis, & hæretica pravitatis deſtructio.*

Canon 5. Concilii ſuperiores eſſe judicare de errоribus in doctrina.

Concilium generale poteſt & debet circa omnem perſonam, cujuſcunq; præeminentiæ vel ſtatus exiſtat, ubi, favore vel timore vel perſonarum acceptione judicium in cauſa hæreſis exercere.

Patet ex tenore *commiſſionis, data* Reverendiſſimis Patribus, Dominis *quatuor Cardinalib', & aliis de qualibet nat ſione.*

Praxis Concilii Conſt. in Johanne

Hoc inſuper practicatum eſt circa *inquiſitionem* factam *de Papa Johanne XXIII.* & circa *Johannem Huſſ. Qui quamvis Huſſ. eſſet ſtatus parvi, habuit tamen fautores plurimos, fortes, acres & potentes.*

Hoc autem eſt proſperum & efficax iter ad extirpationem errorum, dum *nullis parcitur*, ſed *conſtanter proceditur ad emendationem*, vel ſi corrigi noluerint, ad punitionem & exterminationem errantium. Alioquin non ſatis deſtruuntur errores, ſi permittuntur liberi & impuniti, patentes & notorii, verbis aut factis, hæreſum defenſores. Si præterea prædicationibus Theologicæ veritatis non ſubeſt plena libertas elucidandi

Digitized by Google

dandi legem ſanctam. Tollitur ex hoc à præſenti Concilio dictum Philoſophi illius, qui *leges* comparabat *telis aranearum*, eo quod *debiliora muſcas retinent, transmittunt fortiora.*

Canon 6. Hæreſes per Concilium eſſe damnandas. Controverſia Huſſi. Cauſa Johannis Parvi.

Concilium generale poteſt & debet aſſertiones hæreticas & erroneas in fide & moribus, qua fuerunt & ſunt in ſcandalum publicum, diligenter examinare, reprobare, & damnare, etiam non facto prius, vel ſimul, proceſſu adverſus aſſertores.

Hoc plurics *practicatum eſt in hoc Concilio.* Ut de aſſertionibus, quod *communicandi* erant *Laici ſub utraque ſpecie*. Et de (iſta) aſſertione: *Quilibet Tyrannus poteſt & debet &c.*

Denique tam rationes quàm ſimilitudines (manifeſtæ) & exempla ſanctorum probant idem, ut de falſo numiſmate & famoſo libello.

Tollitur ex hoc ſcandalum vel tolli debet eorum, qui pro uno acceſſorio, quod in facto conſiſtit, *elucidationem veritatis* vel impediunt vel *procraſtinant*. Hoc autem *procraſtinare* quid niſi *impedire* eſt?

Canon 7. Poſſe per Concilia habere gloſſas aliquas vel expoſitiones vel damnari ſenſus Logicales verè poſitos, quandoq;

Hoc practicatum eſt in hoc Concilio de ſententiis, multis *articulis Wicleff & Johannis Huſſ.*

Modi explicandi poterant. Praxis Concilii. Wiclefo & Huſſo.

Quorum aliqui poterant vel de vi quæ competunt Logicæ vel Grammaticæ defenſionem aliquam recipere, ut in articulis, qui ſunt indefinitè traditi, vel qui loquuntur de poſſibilitate, poſſe locutum eſſe latum nimis, (*In impreſſis codicibus legitur*: prout poſſe Logicum eſt & non philoſophicum) vel qui poſſent ad aliquem ſenſum verum trahi, ſi ſeorſim ponerentur.

Sed Concilium hoc ſolerter attendit, primo, quod juxta Hilarium, *Intelligentia dictorum ex cauſis aſſumenda eſt dicendi.* Iterum illud Auguſtini: *Liberis verbis utuntur Philoſophi, & in rebus ad intelligendum difficillimis offenſionem piarum aurium non pertimeſcunt.* Nobis autem, ſcil. Theologis, *ad certam regulam loqui* fas eſt. Illud denique vulgatum fundatum in Ariſtotele: Quod ſermones accipiendi ſunt ſecundum materiam (ſubjectam.) Unde moralis ſcientia, ſimiliter & Theologica ſuam habent propriam Logicam & ſenſum literalem, aliter quam ſpeculativæ ſcientiæ. [*In impreſſis Codicibus longe aliter hæc referuntur*: Unde moralis ſententia ſumitur. Ea eſt enim divinæ formæ ſubſtantia, ut quod nec in extrema dilabatur nec in ſe extraneum aliquid ipſa ſuſcipiat. Sed ſicut de ea Parmenides ait: *Verum orbem mobilem rotat, dum ſe immobilem ipſa conſervat.* Quare ſi rationes quoque non extra petitas, ſed intra rei quam tractabimus ambitum collocatas agitavimus, nihil eſt quod admirere. Cum, *Platone* ſanciente, didiceras, cognatos, de quibus loquimur, rebus oportere eſſe ſermones, *III. De Conſolat. wit proſ. in fin.* Similiter Theologia, ſuam propriam habet Logicam & ſenſum literalem, aliter quàm ſpeculativæ ſcientiæ)

Praxis Academiæ Pariſienſis.

Hæc directio vel *lex præſervavit hactenus præclaram Univerſitatem Pariſienſem à pluribus erroribus*, dum ſcholaſticos ſuos *ſemper ad certam regulam fidei loqui juſſit* & compulit. Utinam in aliis Studiis hæc diſciplina ſimiliter teneatur. *Mala libertas eſt, male & erroneè loqui poſſe.*

Canon 8. Concilium poſſe damnare ſententiaſque ſcripturæ nequeant refelli, extra Patrum & Eccleſiæ uſum.

Concilium generale poteſt & debet damnare propoſitionis multas vel aſſertiones hujusmodi, quamvis non eſſent ex ſolo & nudo textu expreſſo ſacræ ſcripturæ patenter reprobari, ſeculis expoſitionibus Doctorum vel uſu celebri Eccleſiæ, &c.

Hoc *practicatum eſt in hoc Concilio* de multis aſſertionibus *Johannis Wicleff & Johannis Huſſ*: Imo & de iſta, quod eſt communicandum per laicos ſub utraq; ſpecie panis & vini.

Praxis Concilii in Wiclefo & Huſſo.

Hæc directio vel lex proſperum ſacit iter ad hæreſium & hæreticorum exterminationem. Quoniam hæretici, quos vidimus, defenſionem ſuam ut plurimum accipiunt. Quia nolunt hæreſes abſolutè *revocare* ſed tantum *conditionaliter*: *Si* videlicet *ex rigore textus Sacræ Scripturæ convincantur errare*, dicentes: Quod *expoſitiones, Doctorum Decreta & Decretales, ſint apocryphæ*, neq; de illis curandum eſt. Hæc autem præſumtio quam latè pateat ad errores, nemo non intelligit.

Tertia Pars, de via morum.

Sequitur *tertia pars principalis de via morum vel virtutis.* Declaratis vel narratis ſcandalis quatuor obviantibus errorum extirpationi : Loquamur pro *tertia & ultima parte* aliquid de remotione totidem ſcandalorum, obſtantium *morum reformationi in capite & in membris*, narrando quadruplicem *legem* & directionem *practicatam in hoc Concilio*, ut proſperum iter faceret nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

De Eccleſia reformatione Concilii.

Canon 9. Concilium poſſe Papã ſede movere ob quodlibet crimen publicum.

Concilium generale ſic eſt ſupra Papam, vel alium quemlibet de Eccleſia, quod ipſum Papam poteſt deponere pro quocunque crimine, de quo notoriè & incorrigibiliter ſcandalizat Eccleſiam.

Praxis Concilii Conſt. in Joh. 23.

Hoc eſt practicatum dudum de Papa *Johanne XII.* & nunc de *Johanne XXIII.* In cujus dejectione non inſeritur quod fuerit hæreticus, vel â fide devius. Et ſi ita actum eſt de cedro Libani, quare non timebit humilis herba deſerti? *Accuſatus* (tamen) inter cætera fuit & *convictus, quod fuerat notoriè Simoniacus.*

Ex quo confunditur illa quorundam temeritas, qui Papam in collatione beneficiorum non poſſe committere Simoniam, vel diſputabant vel definiebant.

Canon 10. Concilio poſſe uſum poteſtatis Papalis limitari.

Concilium generale, quamvis non poſſit nec debeat plenitudinem poteſtatis Papalis, committam à Chriſto Petro, & ſucceſſoribus ejus, tollere vel minuere, ſed de ea gratias agere Deo, qui contulit, eamque revereri debet & ampleƈti : Poteſt nihilominus uſum poteſtatis illius certis legibus & ſtatutis limitare in adificationem Eccleſia.

Praxis Concilii Conſt.

Hoc practicavit *præſens Concilium*, tùm in multis, tùm ſpecialiter in hoc, quod *legem præfixit in eligendo Papam futurum*, & ſuis electoribus, quod Reverendiſſimum Patrem Dominum *Angelum Corario*, ob laudabilitatem ſuæ ceſſionis ſponteneæ, nullus Papa futurus poteſt eum â collatis *Cardinalatu & poteſtate legati* per hoc concilium, deponere, nec eum ſuper præteritis quibuscunque factis quomodolibet impetere vel punire. Jure quidem indulgenti condeſcenſione hoc factum eſt, ut exemplum poſteris detur *ultro cedendi*, dum illud efflagitat Eccleſiæ, vel pia utilitas, vel urgens neceſſitas.

Expedit autem nunc *ante ſummi Pontificis electionem* ita fieri circa multa, generalem ſtatum Eccleſiæ concernentia, in quibus ſummi Pontifices uſum plenitudinis ſuæ poteſtatis paſſim nimis verterunt in abuſum. Ut quia *noluerunt generalia celebrare concilia : Nec inferioribus prælatis ordinaria jura relinquere. Quodque in ſtatutis generalium Conciliorum nunc caſſando ea, nunc mutando, nunc ad libitum interpretando, nunc privilegia & exceptiones largiendo*, palam & absque manifeſta ratione vel utilitate deviarunt.

Unde, ſicut in uſu diſpenſationum, conceſſione privilegiorum, innovatione Decretalium, non expedit uſum poteſtatis Papalis ſic *reſtringi*, ut in omni caſu tali fiat ad Concilium generale recurſus, propter difficultatem & raritatem ſuæ convocationis, qualis non erat in primitiva Eccleſia, quando communi conſenſu, dicente *Hieronymo*, fiebant omnia : Sic non expedit talem *laxationem* fieri, quæ vim & robur generalium Conciliorum in ſuis conſtitutionibus paſſim tollat & enervet. Conſideranda poteſt in hoc loco Ariſtotelis traditio de triplici politia : Regali ſc. vel *Monarchica*, in qua unus benè præeſt ; Cui Tyrannis opponitur. Altera eſt *Ariſtocratia*, Tertiam ponit *Timocratiam*, in qua populus bene dominatur, quæ oppoſitam habet Democratiam. Eſſet autem inter iſtas Politias illa melior, quam aliqua ſingularis quæ ex Regali & Ariſtocratia componeretur, ut in regno Franciæ, ubi Rex inſtituit Parlamentum, à quo judicari non refugit. Eſſet verò omnium optima & ſaluberrima politia, quæ triplicem hanc bonam compleƈteretur, Regalem, Ariſtocratiam & Timocratiam.

Forma reiminis in Concilio generali.

Eſt autem generale Concilium politia talis compoſita, habens ſuam directionem magis ex aſſiſtentia ſpeciali Spiritus ſancti & promiſſione Jeſu Chriſti, quàm ex natura vel humana ſola induſtria.

Hinc eſt illud quod prædiximus, quod ipſum eſt *ſaluberrima & efficaciſſima regula ad regimen totius Eccleſiæ tranquillum* vel *conſervandum* vel *reformandum* vel *inveniendum*, tanquam ſupremus & ſufficiens legislator, univerſalis & po-

Digitized by Google

& potens, ὁμόκυκλος, præterea legitimus & ſecurus, nec ſuſpectus (rationabiliter) ab aliquibus Chriſtianis, cum procedat omnium communi conſenſu vel aſſenſu.

Quid autem ſit generale Concilium aliàs deſcripturn eſt, reputo: *Concilium generale eſt, congregatio, legitima authoritate facta, ad aliquem locum, in omni ſtatu hierarchico totius Eccleſiæ Catholicæ, nullâ fideli perſonâ, quæ audiri requirat, excluſa, ad ſalubriter tractandum & ordinandum ea, quæ debitum regimen ejusdem Eccleſiæ, in fide & moribus reſpiciunt.*

Concilii generalis deſcriptio.

Deduci poſſet ex hac deſcriptione cum præcedentibus, qualiter *plenitudo poteſtatis Papalis collata eſt à Chriſto in his quæ ſuprà naturam ſunt.* In aliis etiam, quæ leges naturales, canonicæ & civiles, ſibi tribuunt, ut Monarchæ ſupremo, ſtat & concordatur cum *poteſtate Concilii*, qvæ dicta eſt. Qvoniam in Concilio Papalis poteſtas concluditur, qvamvis aliter ſit hæc poteſtas in Papa, aliter in Concilio. Sicut aliter claves Petro traditæ ſunt, aliter Eccleſiæ. Unde Concilium in multis, qvæ Papam reſpiciunt, habet authoritatem conſiliativam & directivam, [dictativam] exercitativam & executivam. Non enim poſſet Concilium per ſe ipſum vel abſolvere in foro conſcientiæ, vel Presbyteros ordinare, vel corpus Chriſti conficere, vel debellare manu armata infideles, & ita de multis. Sed ad ipſum ſpectat circa hæc ejusmodi conſulere vel dictare, cujus dictamini, qvi repugnat contumaciter, repugnat Spiritui ſancto, cujus eſt ipſum Concilium in dictando vel conſulendo dirigere. Exemplum in homine, ubi *ratio* poteſtatem habet dictativam & conſiliativam, *voluntas* exercitium vel executionem.

Canon 11. Concilium poſſe decernere de bellis Principum Chriſtianorum. Sigismundi Cæſaris conſilia pro pace

Concilium generale poteſt de diviſionibus & guerris inter Principes Chriſtianos, ſervientes in perniciem totius Chriſtianitatis & detrimentis hominum in anima & corpore, auctoritate legitima cognoſcere, prohibendo eis vias falſi, & ad ſuſcipiendum vias juris & rationis, per cenſuras Eccleſiaſticas compellendo.

Hoc practicare propoſuit *Sereniſſimus Rex Romanorum ſemper Auguſtus.* Qvi priusquam recederet ab hoc Concilio ad *locum conventionis cum Rege Arragonum & Petro de Luna*, orationem ad deputatos habuit, omni religioſa pietate & vere Chriſtiana religione pleniſſimam, quam his auribus non ſine pia compunctione lætus audivi. Narravit illic, propoſitum ſuum eſſe, tendere *poſt ſedationem ſchismatis* ad *pacificationem Regnum Franciæ & Angliæ.* Maxime per authoritatem hujus Concilii narravit de pacificatione Regis Poloniæ cum Prutenis: Dehinc de *paſſagio Hieroſolymitano.* Et ex tunc, prædicta pacificatione Regis Poloniæ &c, fundamentum ſeu regulam procuravit, inducendo quamlibet partium, ut ſe generali Concilio ſuæque definitioni prorſus ſubmitterent, cujus authoritati ipſemet Rex, qvemadmodum tunc & pluries antea ſub atteſtatione divini nominis proteſtatus, eſſe debebat & volebat eſſe ſubjectus, & hoc in ſpeculum & exemplar æternum cujuslibet Catholici Principis temporalis.

in orbe Chriſtia-no paranda.

Canon 12. Concilia frequenter eſſe celebranda. Ad minimum de decennio in decennium.

Concilium generale poteſt & debet conſtituere crebriorem generalium Conciliorum celebrationem, quam retroactis temporibus eſt fuerunt celebrata, ut de decennio in decennium, præfixa futuris ſummis Pontificibus iſta lege, quam tranſgredi non liceat.

Fundatur in præmiſſis hæc conſideratio, & per argumentum ex oppoſitis. Quoniam ſi tot & tam *enormia diſcrimina proventerunt Eccleſiæ Dei, dum ceſſatum eſt à Conciliis generalibus*, qvanta demum erit ſalutaris utilitas ex freqventiori celebratione, perſpicuum eſt. Qvis itaqve neſciat, qvod inde *ſuperiorum peccata minus vigebant*, dum *minorem ſentient ſibi eſſe peccandi licentiam*, vel *impunitatis ſpem*, dum ſcil. redditurus ſe rationem coram Judice ſuo generali Concilio proſpicient. *Sunt* quippe *nonnulli, qui, ciſi Deum non timent, hominos tamen reverentur.*

Concilia frequenter celebranda. Ad minimum de decennio in decennium.

Deniqve, ſi non ſit aſſidua lex, viva, dirigens, regens & actuans leges mortuas ad effectum, ipſæ non ſatis proficiunt. Unde & Philoſophus tradere ſatagens medium virtutis, non potuit illud efficacius invenire, quàm ut diceret: *Prout ſapiens judicabit.*

Potuerant ex præmiſſis omnibus velut ex fundamentalibus quibusdam regulis,

regulis, directionibus & signis in via mandatorum Dei, *lege* elici *particularioribus*, ad tollendum scandala, impedientia prosperum iter pacis, fidei & virtutis, ad *sedationem Schismatum*, quoad primum, ad *extirpationem errorum*, quoad secundum, & ad *reformationem morum*, quod tertium. Sed neq; tempus neq; locus sufficiunt, quia tetigerunt insuper multa ex eis prudentes & studiosi suis in scriptis. Quia rursus debent hujusmodi leges & constitutiones particulares, magis *per mutuam collationem omni de re de Concilio* agitari, tractari & definiri, juxta regionum aut patriarum varietatem. Quia deniqve Decreta & Decretales viderentur abundanter sufficere, si per legem vivam fieret efficax executio. Alioquin *multiplicatio constitutionum* hujusmodi, *etiam pœnalium, quandoque plus onerat & aggravat, quam sublevet aut proficiat.*

Finis & utilitas sui Concilii.

Communium Constitutionum plus sæpe obesse quam juvare.

Faciamus tandem in oratione finem verbis, ut ratio revolet ad alia. Et dicamus, obsecrantes: *Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.* Iter nedum terrestre, sed spirituale & cœleste, iter æternitatis ad Deum salutarium nostrorum, qui est Deus benedictus in secula. Amen!

TOMI II. PARS XVIII.

Cæsaris SIGISMUNDI ac Legatorum Constantiensis Concilii negotia Hispanica, quoad cessionem PETRI de LUNA Papæ BENEDICTI XIII. *A. 1415. mense Octobri, Novembri & Decembri,* confecta.

Ex MSCtis Vindobonensibus, Brunsvicensibus, Helmstadiensibus, Lipsiensibus, Gothanis.

In MSCto Cantabrigiensi in Anglia eadem legi Acta, ex Dn. Longbovi dicitur ea res relatione.

ITineris, pro unione Ecclesiæ à SIGISMUNDO Cæsare cum Concilii Legatis Constantiâ in Hispaniam instituti, facta brevibus est complexus *Gobelinus Persona*, qui illo vixit tempore, in *Cosmodr. Cap. 95. f. 343. Postquam Johannes olim Papa fuit depositus, & Gregorius sumus. Liber in sua obedientia Papatui renunciavit, ut supra dictum est, ordinati fuerunt per Concilium certi practici viri solemnes ad hoc, ut cum Sigismundo Rege Romanorum veris Hispania partes se transferrent, pro tractatibus habendis cum Petro de Luna, Benedecessus Papa in sua obedientia nominato. Et processit sunt cum Rege de Constantia in mense Julio. Et post gravis itineris labores pervenerunt ad eum. Et multis cum eo tractatos habitis, finaliter nihil perfecerunt. Unde tandem ipso Petro de Luna se in quoddam castrum in mari situm munitissimum recipiente cum thesauro & nonnullis familiaribus suis, Rex Sigismundus cum Ambasiatoribus Concilii generalis parte ex una, & Ambasiatores Arragonia & Castellæ & Navarræ Regnum & Armeniaci & Fuxi Comitum parte altera, 13. die mensis Decembris, in Ecclesia Narbonensi convenerunt, & ipso Petro de Luna in sua pertinacia relicto, super unione mutua, quantum ad reformationem Ecclesiæ universali, certis modis concordabant, litteris, juramentis & sigillis eorum roboratis sub forma publicorum instrumentorum confectis super eisdem..*

Enfergo illos *tractatus Hispanicos* de *Benedicto XIII.* de Ecclesiæ unione mediante Papatus cessione. Quædam his momenta, sed absque ordine, dierum quoque serie prorsus trajecta, novit *Cerretanus* apud *Bzovium ad An.* 1415. *f.* 454. *seqq.* Mixta illis & alia nonnulla quæ majoris lucis ergo dissimulare nefas judicavimus.

De cetero non sine voluptate & fructu conferetur his de rebus *Historia Concilii Const. Theoderici Vrie*, quam *Tomus I. Parte I.* stitimus. Consulatur verò *liber septimus*, quo Cæsaris Sigismundi & Regis Arragoniæ indefessa pro unione cura, sed & Petri de Luna contumacia delineata.

Con-

Conferatur & *Theodericus à Niem libr. 3. De vita & fatis Conſtantienſibus fol. 23.* ſupra *Tomo hoc II. Parte XV.* Ubi fuſe de rebus Lunenſibus in Hiſpania, ac inexplicabili ſtudio Cæſaris Sigiſmundi, conſiliorum ſuorum radiis feralem illam Lunæ Eclipſin diſpungendi.

CAP. I.

Prima Petitio *Petri de Luna, Regi Romanorum & deputatis Concilii Conſtantienſis facta, per eos concedenda.*

Oblata hac ſchedula per Epiſcopũ Zamorenſem.

De reſcindendis Concilii Piſani Actis.

Ex MSCt. Vindobon. Parte II. Act. C. C. *f.* 126.

NOs, tales &c. *Ambaſiatorũ & nuncii miſſi per concilium* nunc reſidens *Conſtantia provincia Moguntinenſis*, habentes poteſtatem ad infra ſcripta, prout conſtat de eadem per *inſtrumenta publica* tenoris ſubſequentis: (*Inſeranturꝰ*.)

Anhelantes *ad unionem Eccleſiæ* pervenire, *reducentes, ad memoriam* proceſſus, acta, anathemata, ſententias & pronunciationes, dudum *Piſis contra* Dominum *Petrum de Luna*, in ſua obedientia *Benedictum XIII.* nominatum, Cardinales, Principes, & alios ſibi obedientes & adhærentes, factos, facta, latas, *anno* à nativitate *Domini* M CCCC IX. & inter cætera ſententiam ſeu *pronunciationem, anno prædicto*, die menſis *pro-mulgatam*, tenoris & continentiæ ſequentis: (*Inſeratur*) *In Lipſiens ſi MSCto Actorum Concilii*

Nomine ſupradicto, dicimus, recognoſcimus, annunciamus & declaramus, prædictos proceſſus, acta, anathemata, & ſententias, ſeu pronunciationes *nullas & nulla fuiſſe & eſſe*: Ad majorem cautelam, ſi, & in quantum *ne*: Sic in digeant, caſſamus & annullamus, & Origipro caſſis & nullis haberi volumus & nali. habemus. *C. de lamcunna illa additur in margi-*

CAP. II.

Duæ viæ apertæ per Petrum de Luna, & oblatæ ad cedendum Papatui.

Refutationem vid. infr. cap. 14.

Ex MSC. Vindob. l. c.

CUm per Sereniſſimum Dominum *Sigiſmundum Regem Romanorum* fuerit ſupplicatum Domino noſtro *Papæ, Benedicto XIII.* quod *ipſe*, qui propter antiquitatem & ſcientiam, & negotiorum experientiam, debet præ cæteris iſta ſcire, velit *viam* vel *vias aperire, per quam vel quas* poſſit in Dei *Eccleſia* breviter *unio haberi*: Prædictus Dominus noſter reſpondet: Quod ad providendum ſaluti animarum, & ad obviandum erroribus & ſchiſmatibus, quæ ſunt, & oriri poſſunt, *via ſecurior & ſalubrior eſt via juſtitiæ*, quam ipſe ſemper obtulit & offert, & quæ faciliter videri poteſt. *Petrus de Luna judicitur ſtatuiſſe.*

Si tamen præfatus Dominus *Rex* & alii ad prædictam viam condeſcendere nolunt, ſed in *via renunciationis* perſiſtunt: Dominus noſter reſpondet: Quod, *amoto obſtaculo Piſano*, ſicut continetur in *ſchedula tradita per Epiſcopum Zamorenſem*, prout aliàs obtulit, nullam aliam viam excludendo, *paratus* eſt propter Dei ſervitium, & ipſius Eccleſiæ unionem, *renunciare papatui*: Proviſo tamen prius ſufficienter, quod Reges & Principes Chriſtianitatis aſſumendo ſeu eligendo *impoſterum* ad papatum tanquam vero Chriſti vicario obediant, & *quod futura electio* fiat *canonice, & in loco ſecuro, ſtatim poſt ejus renunciationem.* *Vid. ſupra c. 1. Obtulit etiam ceſſionem. Deſiderata conditiones nonvaleſtionis.*

Super quorum practica & *executione* placet Domino noſtro aliquas perſonas aſſignare, quæ ſimul cum aliquibus per dictum Regem Romanorum aſſignandis præmiſſa breviter videant & concordent.

CAP. III.

Declaratio Petri de Luna ſuper prima ſchedula, per ipſum data, quæ incipit: *Cum per Sereniſſimum &c.* ſuper clauſula illa: *Et quod fiat electio canonice.*

Vid. ſup. cap. 2.

Refutationem vid infr. cap. 14.

Ex MSC. Vindobon. l. c.

Sequi-

Digitized by Google

SEquitur *practica super via renunciationis*, aperta per Dominum noſtrum Papam *Benedictum*, ad inſtantiam Illuſtriſſimi Principis Domini *Sigismundi*, *Romanorum Regis*. Cum proteſtatione tamen, quam ſemper fecit idem Dominus noſter Papa, quod *nullam viam* vel *practicam intendit excludere*, per quam poſſit ſchiſma tolli, & Eccleſia debite uniri. Videlicet, quod Dominus noſter Papa, *ceſſione per ipſum facta, eligas hac vice Romanum Pontificem.*

Benedictus vendicavit jus eligendi novum Pontifici.

Quæ quidem via habere videtur rationem. Nam totum fundamentum, quod prætenditur ad juſtificandum *veſſe* dicitur *ſuper jure papatus*. Et ex *hac* dubietate, ſi dubietas eſt, ex conſequente inſurgit *dubietas papatus*. Et ex hac dubietate, ſi dubietas eſt, ex conſequente inſurgit *dubietas circa jus eligendi Papam*, videlicet, quæ ſint illæ *perſonæ, ad quas*, ceſſione per Dominum noſtrum factâ, *pertineat poteſtas eligendi ſummum Pontificem.*

eſſe ceſſionem, eſt propter dubietatem, quæ dubietate, ſi dubietas eſt, ex

Nunc eſt ſic, quod *penes Dominum noſtrum videtur eſſe jus certum eligendi ſummum Pontificem.* Quæ quidem juris certitudo non redditur dubia vel incerta ex dubio juris aliorum. Nuſquam enim factum eſt, quod actio alicujus aliàs certa reddatur dubia ex dubia exceptione adverſarii, vel, quod exceptio alicujus aliàs certa reddatur dubia replicatione adverſarii.

Quod autem apud Dominum noſtrum, ceſſione factâ, reſideat certum, *Benedictus jus eligendi*, probatur: Quia *jus Cardinalatus*, *etiam poſt latas indubii*, quod habuit tempore in*ceſſionem dubii* Papæ ſecundum adverſariorum o*vetinere* pinionem, apud Dominum noſtrum reſi*jus Car-* deret videtur poſt dictam ceſſionem pa*dinalat.* patus. Et hoc, ſive dicamus, quod *Car-*
Papam, *dinalis aſſumtus in Papam non amittit ipſo*
dum ſit jure jus cardinalatus, cum ipſum non po*Papa*, *non* tuerunt ligare aliqua jura poſitiva, *amittere* cientia vacari priora beneficia per con*jus Car-* ſecrationem Pontificis: Sive dicamus, *dinalat.* quod poſito, quod ipſe jure vacaſſet cardinalatus, quia tamen propter prætenſum dubium papatus, petitur via ceſſionis, *poſt factam ceſſionem papatus reſuperet dignitatem priſtinam cardinalatus.*

Et prædicta ſunt multum juri & rationi conſona, ut patet per jura & opiniones Doctorum. Quæ ſi audire placuerit, poterunt explicari.

Et iſta *via* videtur *brevis & utilis* ad conſequendam veram unionem Eccleſiæ, & per quam tolluntur multa dubia & pericula, quæ in aliis practicis oriri poſſunt.

Si tamen practica ſupradicta non placet, Dominus noſter ad oſtendendum ſincerum affectum, quem ſemper geſſit, & gerit ad pacem Eccleſiæ conſequendam, aperit cum proteſtationibus ſupra dictis *practicam ſequentem.*

Benedictus etiam moderni Papatus per Com-promiſſarios.

Qvod de conſenſu Domini noſtri Papæ Domini *Cardinales compromittant de electione futura*, quæ poſt ceſſionem Domini noſtri imminet facienda, *incertos compromiſſarios*, in numero, de qvo concordabitur. Qvi qvidem *compromiſſarii* component, poteſtatē habeant faciendi omnes vel *alium* eorum major pars dictam electionem.

dum lites Et conſimiliter illi Domini, qvi *in* *promiſſa-* *alia obedientia ſe Cardinales* faciunt nomi- *rios.* nari, *in perſonas alias compromittant*, dan- *Modus,* tes eis conſimilem poteſtatem *cum ap-* *per com-* *probatione congregationis Conſtantienſis.* *promiſſa-* *rios novū*

Qui qvidem *compromiſſarii*, tam iſti qvam illi, ponantur in loco ſecuro, ſub tuta & fideli cuſtodia, de qua fuerit concordatum, incluſi, qvilibet ad partem ſuam; Diſpoſito, quod *deliberatio* utrorumq; *compromiſſariorum* concurrat ad unam & eandem perſonam aſſumendam ad papatum. Prius vero dicti compromiſſarii, videlicet utriq; ad partem ſuam & perſe, ante actū electionis *faciant ſcribi in inſtrumentis authenticis deliberationem perſe habitā* de eligenda illa perſona: Inqva qvidem deliberatione concurrant vota omnium vel majoris partis compromiſſariorum, cujuslibet prædictarum duarum partium: Et per medias perſonas *utrique parti notificari* inſtrumenta dictarum deliberationum.

Papam ſi- *ligendi.*

Qvibus qvidem *notificationibus factis*, compromiſſarii alterius partis *eligant perſonam concordatam*, anteqvam fiat ceſſio. Et poſtea fiat ceſſio. Qva ceſſione facta, ſtatim *eligant compromiſſarii* prædictorum *Cardinalium* Domini noſtri dictam *perſonam concordatam*,

Et

Et ſtatim poſt hoc eodem tempore fiat *præſentatio utriuſque electionis* ſeparatim ipſi electo.

Qui quidem *electus* acceptet papatum, & exinde pro vero Romano Pontifice habeatur.

Et ad hoc, ut compromiſſarii non poſſint negotium dilatare, ſervetur in eis reſtrictio contenta in *C. Ubi majus periculum, §. Verum, De Elect. lib. VI.* Hoc addito, quod cum ipſi electores (juxta tenorem *dicti c.*) pervenerunt ad victũ panis vini & aqvæ tantum, (ut in *dicto c.* continetur,) *Et ſi ſic perſeveraverunt per dies X. quod non elegerint Papam, ex tunc non miniſtretur eis niſi panis & aqua.*

Cerretanus in Actis Conc. Conſt. aliam præterea commemorat propoſitionem à Petro de Luna *die* 14. *Octobr.* Perpiniani de Papatus ſui renunciatione factam. *Præſentata*, inqvit, *eſt hæc cedula ſequens in Perpiniano decima quarta die menſis Octobris* 1415. *ſecundum cujus tenorem Petrus de Luna renunciare volebat, & aliter non.*

Ante omnia per Sereniſſimum Principem Dominum Imperatorem congregentur exiſtentes in Conſtantia ſimul, cum Collegatis, & præfato Domino Imperatore hic in Perpiniano exiſtente, in locum unum notabilem & liberum, ad quem omnes nationes libere poſſent venire, ſtare & redire. Et inter cetera loca offerantur per Dominum Imperatorem & præfatos legatos villæ ſeu civitates ſequentes, videlicet, Lugdunenſis, Avinionenſis, vel Montispeſſul. Tholoſana, Marſilianenſis, Bitterenſis & Nemauſenſis. Quo facto fiat & decernatur per totum ſacrum Concilium, ſicut dictum eſt, congregatum, in modum qui ſequitur ante renunciationem.

Sacroſancta Conſtantienſis Synodus in Spiritu S. congregata, decidit, declarat, determinat, & concludit, proceſſus omnes & ſingulos factos ſeu promulgatos in Concilio Piſano contra Dominum Petrum de Luna, tunc Benedictum XIII. in ſua obedientia nuncupatum, eſſe nullos, caſſos, irritos & inanes, quos tenore præſentium caſſat, irritat & annullat, & ſimpliciter nullos eſſe aut fuiſſe aſſerit & judicat: Sive dicti proceſſus facti fuerint contra ejus dem Domini perſonam, mediate vel immediate, ſive contra aliquem vel aliquos, conjunctim vel diviſim de ſua obedientia.

Et pari forma ibidem annullentur, ipſo Domino & illis de ſua obedientia præſentibus, omnes & ſinguli proceſſus per ipſum qvovis modo facti contra quascunqve perſonas vel qvemcunqve alterius obedientiarum.

Qvibus ſic completis, convocabitur per ipſum Dominum Benedictum totum Concilium univerſalis Eccleſiæ, tam aliarum obedientiarum qvàm ſuæ. Et ibidem fiat habilitatio & abſolutio per ipſum Dominum Benedictum, de conſenſu pariter & voluntate totius ſacri Concilii, tunc ibidem congregati, ſi & in quantum fuerit opportunum. Et immediate poſt ibidem & in eadem ſeſſione fiat renunciatio per ipſum Dominum Benedictum, & deponet toto Concilio præſente inſignia Papalia.

Antequam tamen Imperator Concilium in Conſtantia exiſtens vocet ad locum per Dominum Benedictum deputandum, ipſe Dominus Benedictus præfatum Dominum Imperatorem reddat certum & ſecurum de ſua renunciatione, forma & modo melioribus, qvibus judicabit ordo rationis.

Pro ſtatu verò dicti Domini Benedicti poſt ejus renunciationem offeruntur ſibi ſeqventia.

Primo, qvod ipſo remanente in ſtatu Cardinalatus, habeat vicariatum ſeu Legationem à latere, cum pleno dominio in ſpiritualibus & temporalibus in tota obedientia, qvam actu habet, & omnibus viis & modis qvibus nunc habet, hoc tamen excepto, qvod non vocabitur nec denominabitur Papa, nec erit Papa, niſi univerſaliter ab omnibus in Concilio exiſtentibus, ſeu in electione vocem habentibus, juxta determinationem totius ſacri Concilii, tunc ut dictum eſt, congregati, deputaretur.

Item offerentur eidem Domino Benedicto, qvod omnes promoti seu assumpti per ipsum ad qvamcunqve dignitatem seu ad qvodcunq; officium, maneant in suis dignitatibus & officiis, juxta dicti Domini arbitrium sed dispositionem. Et interim etiam possit assumere seu promovere illos qvi sibi serviunt seu servierunt in sua obedientia, nisi aliter videretur dicto Domino simul cum toto Concilio generaliter providendum.

Item qvod reverentia & honor per universum orbem fiat sibi super omnes mundi Prælatos & Dominos temporales & spirituales post Papam, ubi contingat ipsum non remanere Papam vel reeligi.

Item qvod illi, qvi habebunt competitorem, maneant sicut stant in dignitatibus suis & officiis usqve ad decessum unius vel alterius, & uno decedente alter succedat in toto, nisi Concilium generale universaliter congregatum aliter pro bono utriusqve pariter provideret.

Si præmissa per Dominum Imperatorem & Legatos sacri Concilii præfato Domino Benedicto offerentur, habebitur ante recessum Domini Imperatoris unio vera & perfecta, aliter autem non speretur qvovis modo de unione. Et si præfatus Dominus Benedictus benigne, humiliter & non rigorose tractetur, habebitur qvod petitur, & non aliter.

Via electionis hujusmodi summi Pontificis futuri videtur aliqvibus his clausulis servanda, videlicet qvod priores Cardinalium Episcoporum trium obedientiarum, videlicet Johannis, dicti Petri & Gregorii, & priores Cardinalium Presbyterorum, & priores Cardinalium Diaconorum utriusque obedientiæ duntaxat, habeant eligere summum Pontificem simul cum tribus notabilibus Prælatis seu personis bonæ conscientiæ cujuslibet qvatuor Nationum. Qui quidem Prælati eligentur per suam Nationem. Cardinales vero supra dicti eligentur seu deputabuntur per totum Generale Concilium universalis Ecclesiæ. Et sic essent xxiv. electores duntaxat. De quibus nulla natio seu obedientia ut videtur conqueri posset. *Præsentata pro parte Domini Petri de Luna Domino Imperatori in Perpiniano.*

Cerretanus addit: Die tertio Novembris Ferdinandus Rex requisivit Petrum Lunam, ut sine ulla exceptione Pontificatui renunciaret, aliàs obedientiam ei subtraheret. Ceterum Petrus respondit: Se nequicquam velle aliud facere: Ipse, qui comminabatur subtractionem obedientiæ, faceret quicquid luberet. His dictis, Rege abeunte, ille quoque discessit, quadringentis equitibus & quingentis balistariis latera claudentibus. Secuti sunt eum duo suæ factionis Cardinales atque multi Episcopi & Prælati. Apud Collibrium qvatuor triremes reperat in quas conscendit, & inde Panniscolam loci natura munitum castrum sese subduxit. Hæc Cerretanus. De quibus omnibus plenius infra in *Apologia Archiepiscopi Turonensis.*

Benedictis verò novam schedu lam, sive *Additiones ad Practicam*, Regi Arragonum die VIII. Novembris A. 14 15. oblatam, videre licet *infra*, *Cap. V. sub finem.*

CAP. IV.

Die Sabbathi, IX. *die mensis Novembris*, horâ III. vel quasi, Dominus (Alphonsus) *Princeps Gerundæ*, *primogenitus Regis Arragonum*, hanc *primam requisitionem* fecit Petro de Luna in castro Perpiniani.

Ex MSC. Vindobonensi l. c.

Beatissime Pater. Cum *negotium* exstirpationis schismatis pestilentis, & nimium proh dolor radicati, & reformationis sanctæ *unionis Ecclesiæ*, diutius præstolatæ, noviter sit deventum seu deductum in statum, quod ille *Angelus custos de Curaria*, qvi se *Gregorium XII.* intitulabat, *renunciavit pure & libere papatui*, & o-

Gregorius custos spontè.

& omnia jura, quod in eo fuit, prætendebat competere & habere, & aliqua alia fecit, quantum in eo fuit, ad facilitatem & dispositionem prædictæ unionis habendæ: Et ille *Johannes 23. cessit compulsus.*

Johannes 23. cessit compulsus. nominatus, nihilominus *se præsentem patrem*, in quo ejus jus habebat esse, realiter fuit *confessus*, & etiam *diu renuntiavit*: Sed nihilominus quæ Principes *Christianorum & Romanorum Reges*, pertinaciter, nec non quamplures Cardinales & Principes Christianorum, *ac magna pars Christianitatis per litteras* instantes precantes & monitos, vocarunt ad hanc villam

Cæsaris & Constantiensis Concilii.

Cæsaris & Constantiensis Concilii [illegible] *ad cessionem Benedicti invitatus.*

Et propterea, ut vestra sanctitas non [illegible] *Periculosa fames, quam ne-*

Vetum, beatissime Pater, cum gravissima *pericula* & scandala permaxime universalia, non solum temporalia, sed

Responsio Benedicti ad Regem Aragoniæ d. 12. Nov.

CAP. V.

Die Martis, *XII. Novembris*, fuit oblata *responsio* per Dominum *Petrum de Luna*, in modum sequentem, *ad* istam *primam requisitionem Regis Arragonum*, & aliorum ipsum requirentium, ut supra patet.

Ex MSCto Vindobonensi, &c.

Vid. sup. cap. IV.

UT appareat veritas processus negotii unionis Ecclesiæ, de quo hic mentio in *requisitione* facta Domino nostro Papæ Benedicto XIII. pro parte Serenissimi Domini *Ferdinandi Regis Arragonum*, IX. mensis Novembris, anni Domini M. CCCC XV. cujus tenor talis: *Beatissime Pater. Cum sepissime* [illegible] *Summatis &c.* (Hic inseratur tenor *requisitionis* schedulæ de verbo ad verbum, ut supra continetur.) Dicitur necessarium ab ipso fui initio exordiendo, & ad memoriam reducendum, *Ottobono* quod, Serenissimo Dn. *Sigismundo Regi de Bellonis Romanorum*, pernuncium fuit *Ottobonum de Bellonis utriusque juris Doctorem*, etiam ipsum [illegible] *Johannes 23. cessit compulsus.* [illegible] *nuit Benedicto, in mera hujusmodi* [illegible] per Vestram Sanctitatem fienda, ac ov præmissis & aliis deprehendat [illegible] teste: Protestando Dei sacrificio & bono pralibatæ unionis habendæ, nec non pro tanterum evitatione periculorum & scandalorum *supplicat* vestram Sanctitatem humiliter & devote humilis & devotus filius vester *Ferdinandus Rex Arragonum & Siciliæ &c.* & nihilominus *Ferdinandus Rex* obtestans per viscera misericordiæ Dei nostri, & etiam solenniter & reverenter [illegible] *cessionem regni* & sanctitatem eandem, quatenus *cessionem regni* & sanctitatem [illegible] *Ad quem*, &c. *libere, sine dilationibus* [illegible] præmissis attentis & aliis quæ in [illegible] tenemini, utroqvejure divino pariter & humano.

Similes supplicationes [illegible] runt per inclitum *Infantem Hen* [illegible] *Magistrum militiæ ordinis sancti* [illegible] *Procuratorem Regis Castellæ*, per [illegible] bertum Protonotarium Administrat[illegible] rem Ecclesiæ Pampilonensis &c. pro [illegible] *curatorem Regis Navarræ*, per *Bernardum Comitem Armeniaci*, & *Johannem Comitem Foxi &c.* Et deinde per reliquos sunt notarii.

Pro quo [illegible] *Regnum Castellæ.*

Pro Navarra.

Pro Comite Armeniaci.

Pro Comite Foxi.

Responsio Regis Aragonum.

Pro Colle Lunæ, prout patuit.

Legatus Regis Aragonum ad Regem Romanorum.

Pro mediatoribus.

Pro Comite Ampuriarum.

Pro civitate Metis.

Pro villa Francæ.

Pro dicti mutui vi-

Pro cujus executione

Tom. II. Pars XVIII. Mm 2

in galeis, & armorum generibus, aliisq; præparatoriis magnas summas pecuniarum expoſuit.

Poſtea movente præfato *Rege Romanorum* per dictum ſuum nuncium *Ottobonem*, propter hoc miſſum ad Dominum noſtrum Papam, & Dominum Regem Arragonum, prædictos, tunc *Valentiæ* reſidentes, fuit concordatum, quod *per totum menſem Julium* proxime *Perpiniani* & lapſum Dominus noſter *Papa*, & *Rex Narbonæ Arragonum Perpiniani*, & Dominus Rex Romanorum *Narbonæ* convenirent. Propter quod prædictæ expenſæ pro majori parte dicto Domino noſtro inutiles & infructuoſæ fuerunt.

Perpinianum Dominus noſter ſuit *Perpiniani* in termino concordato, Dominus Rex Arragonum propter ſuam infirmitatem non valente intra dictum terminum ibi eſſe.

Tandem dictus Dominus *Rex Romanorum XV. Auguſti Narbonæ*, & Rex Arragonum ultimo ejusdem menſis *Perpiniani* fuerunt.

Ibi, tum propter Domini noſtri ſenectutem, tum propter infirmitatem Domini Regis Arragonum, quod dicta mutua viſo fieret Perpiniani, invicem concordarunt.

Deinde vero Dominus ſereniſſimus *Rex Romanorum* una *cum quibuſdam* præſentibus, *nuncios congregationis*, quæ nunc eſt *Conſtantiæ*, provinciæ Moguntinæ, *Imperatoriæ* dictæ civitatem applicuit. Eorum Domini noſtro *Papæ* ſupplicando, quod viam velit aperire, per quam vel quas unio *ſtantienſibus* breviter in Dei Eccleſia haberetur.

Et aliquibus elapſis diebus, in quibus Dominus noſter inſtrumenta & alias ſcripturas ſuper *reſtitutione* in *congregatione Conſtantiæ contra Balthaſarem Coſſa*, & etiam per procuratores Angeli Corarium videri fecit: Idem Dominus noſter per unam *ſchedulam*, quam *die XV. Octobris* anni prædicti dicto ſereniſſimo Regi *Romanorum* tradi mandavit, prout continetur *die* ſtat per publicum inſtrumentum, cujus tenor eſt: *Cum per Sereniſſimum Dominum Sigiſmundum Regem Romanorum* ſuper dicta ſchedula.) (Fuit inſertus tenor

Poſtea autem Dominus noſter *Papa Benedictus* ſuper habendis *practicis de executione dictæ viæ cessionis*, repudio Sereniſſimo Regi Romanorum acceptabilis eſſe videtur, *certas ex suis personas* ad tractandum & concordandum cum perſonis aliis per Sereniſſimum Regem Romanorum miſſis.

Et tandem, habitis inter dictas perſones aliqvibus prolocutionibus ſeu tractatibus, idem Dominus noſter *Papa Benedictus* ſuper dicta via *cessionis* dictum dedem Sereniſſimo *Regi Romanorum* [illegible] 26. *Octob.* *ſchedula quam d. 26. Oct.* [illegible] dicti *exhibuit*, præticas duas [illegible] obtulit tenoris ſequentis: [illegible] *Elica ſuper via renunciationis* [illegible] *minum noſtrum Papam* [illegible] *ſtantiam illuſtriſſimi Principis* [illegible] *gismundi Romanorum Regis*, & [illegible] ſupra.

Et qvamvis utiles, ſecuræ & certæ ſint *practicæ* Domini noſtri *Papæ* ſuper inferræ, quæ utique non indigent [illegible] dicturu temporis, non timentes ruinationis periculum, vel tumultuariæ multitudinis ſeu congregationis dicendum, neque terrorem ſeu impreſſionem potentis Principis vel alterius formidabunt, ſed adeò plena *ſecuritate* & *libertate*, qualis requiritur in dicto negotio unionis.

Poſt iplorum autem *apertionem & oblationem* nihil circa eas pro parte dicti ſereniſſimi *Regis Romanorum*, nec pro parte eorum, qui aſſerebant ſe eſſe *miſſos a dicta congregatione Conſtantiæ*, fuit dictum, vel propoſitum dicto Domino noſtro Papæ.

Sed obtinentes ab eo *diem certum*, videlicet *XXX. menſis Octobris* proxime ſuccedentis proponendum aliquas, quæ ſe velle proponere aliegebant: Certi ex prædictis prius *nuncios dictæ congregationis* pro parte ejus, & certi alii pro parte dicti Sereniſſimi *Regis Romanorum* pro *ſanctiſſimi* Domini noſtri *Papæ* die prædicta, palam ac ſatiente multitudine [illegible] copioſa, præmiſſis aliquibus prælationibus, Dominum noſtrum *Papam* [illegible] *runt, renunciarunt, & renunciarunt, quod ſua jura papatus renuncia[illegible] ac cedere dixerunt.*

Quibus

Quibus pro parte Domini nostri Benedicti fuit *responsum*, & clare ostensum, quod ob salutem fidelium animarum, & ad evitandos errores, & ut vera unio in Ecclesia sequeretur, oportebat ipsum debite providere. Et quod, nisi sic fieret, non satisfaceret Dei servitio, bono universalis Ecclesiæ, oblationibus per se hactenus factis de via renunciationis, quæ *medium & finem unionis* haberent annexos, atque sacris canonibus, per quos via renunciationis suis catibus ideo commendatur, quod sit ob finem boni, quod sequatur ex eodem nunc debito sui officii: Cum providere super hoc *ad eum* spectat, ex jure & prærogativa a parte sedis, imo ad hoc compellunt ipsum divina jura pariter & humana.

Respondit Benedictus, sui hoc esse officium providere de salute Ecclesiæ.

Fuitque subjunctum in dicta requisitione, quod Dominus noster Papa, ut bonus pastor, ad satisfaciendum suprædictis, post oblationem, quam fecit dicto Serenissimo Regi Romanorum de via cessionis papatus, prout in præmissa schedula continetur; *Anda* super ea per ipsum unio universalis Ecclesiæ haberetur.

Benedictum obtulisse Imperatori viæ cessionis.

Tandem pro parte Domini nostri Papæ fuerunt *rogati*, hortati, monitique & instantissime requisiti suprædicti præsentes *nuncii dictæ congregationis*, & præfatus Serenissimus *Rex Romanorum* in personis eorum, qui ibi tunc nomine suo, quatenus *præfatas practicas* vel alterum earum *acceptarent*; vel *causas* dicendo *verè*, aut *dubia moverent*, cur acceptandæ non essent. Num paratum fe exhibebat & promtum dictis eorum satisfacere, & dubia declarare. Et si aliqua essent in dictis practicis rationabiliter corrigenda, emendanda, addenda, vel mutanda, illa volebat & re & effectu corrigere & emendare, addere & mutare.

Rogavit nuncios Imperatoris & Concilii, ut explicarent modos & oblatos.

Qui quidem præsentes tum *nuncii illius congregationis*, missi per dictum Serenissimum Regem Romanorum, nihil de suis vel dominorum intentionibus, seu conceptis super dictis practicis, vel materia unionis Ecclesiæ, dicere vel aperire volentes, recitatis sibi, pro parte Domini nostri Papæ, monitionibus, rogationibus, exhortationibus & requisitionibus antedictis, *ab ejus præsentia recesserunt*. Prout hoc constat per publica instrumenta.

Legatos ibi ad hoc missos [illegible] *esse responsuros.*

Postea vero in *alia schedula* ex parte Domini nostri tradita Serenissimo Domino *Regi Arragonum* MLX præmissi *mensis Novembris*, ut constat per publica instrumenta, dictus Dominus noster ad declarationem suæ *schedulæ* super ultimo infertæ condescendere voluit ad declarandum additionem, tenoris sequentis: *Et pro brevitate expeditione prædicti negotii, ob Dei servitium & animarum salutem placet eidem Domino nostro, deputando numerum compromissariorum, de quibus sit mentio in practica per ipsum oblata, ad hoc condescendere, videlicet, quod compromissarii de suo consensu per Dominos Cardinales eligendi sint sex; eligendi autem per illos Dominos, qui in alia obedientia se Cardinales faciunt nominari. Si de recidem pars alia non contentatur, sint octo vel decem: aut se voluerint, XII. Præterea volens idem Dominus noster ad dejurationem sui devire, de quo secundum dictam practicam est concordatum, offert locum & loca idonea infra suam obedientiam assignare, cum sufficientibus securitatibus. Quæ loca si pars alia acceptare voluerit, licet minetur attentis ea non debere refutare, nihilominus placet eidem Domino nostro condescendere ad acceptandum Marsilianam civitatem Sanctæ Victoræ, Niciam cum Villa Franca, & sub Savona, non obstante, quod sint in alia obedientia constituta, dum tamen de sufficientibus securitatibus fuerit provisum.*

Benedictus alteram schedulam, & Arragonum, Novembris.

Quibus omnibus attentis, quæ indubie vera sunt, evidenter apparet, quod Serenissimus *Rex Romanorum*, & alii prætensi *nuncii dictæ congregationis Constantiensis* a Domino nostro Papa responsum efficax habuerunt, nec non aperitionem & oblationem viarum & practicarum salubrium pro dicta unione Ecclesiæ obtinendi: Et quod, si forte scandalizati recesserunt, eorum scandalum non est imputandum Domino nostro Papæ.

Legatos ibi ad hoc missos esse responsuros.

Sed veniendo ad conclusionem requisitionis prædictæ, respondet Dominus noster prædictus, quod renunciare

papatum sic simpliciter, sicut petitur, *non debet*, sicut late superius est deductum; sed paratus est renunciationem facere de suo jure papatus, observata omni via ex practicis supra insertis, vel alia justa & rationabili practica, quam nunquam excusit, nec intendit excludere, pro dicta unione consequenda &c.

CAP. VI.

Secunda Epistola Regis Aragonum ad Bene. V. sup. c. IV.

Copia *secundæ requisitionis* factæ pro parte præmissorum dicto Domino *Petro*, in *Collelibero*, per XII Ambasiatores, *die XIII. Novembris.*

dictum pro. nat. die Nov.

Ex MSCto Vindobonensi & aliis.

Vid. sup. negotium extirpationis &c. c. V.

Beatissime Pater. Supplicationi & requisitioni, factis & oblatis *die IX.* præsentis mensis Vestræ Sanctitati sub hac forma: *Sanctissime Pater. Cum* de Sanctitas die 12. dicti mensis, sub hac forma: *Ut appareat veritas processus &c.*

Verum, *sanctissime Pater*, quia urgentibus causis & motivis, in dictis supplicatione & requisitione expressis, via paratur, opportunius, quàm à die orti schismatis usque nunc, ad consequendum Ecclesiæ unionem: Nam *facta* per Vestram Sanctitatem *cessione*, de qua extitit supplicatum, speratur verosimiliter, quod *in concilio generali universalis Ecclesiæ*, quod brevi dante Deo congregabitur, providebitur sanctæ matri Ecclesiæ per eos, ad quos pertinet, de unico, indubitato ac universali pastore, forte per aliquam de practicis jam apertis, vel per alias, aut aliter, prout *in eadem concilio* per eos, ad quos pertinebit, dirigente Spiritu sancto, disponetur & ordinabitur, cum aliter nequeat in prædictis legitime provideri, exstirpatique specialiter schisma pestiferum, & sic obviabitur scandalis & divisionibus, ob dictum schisma usque nunc pullulatis, & quæ timentur oriri imposterum, nisi de dictæ *renunciationis remedio* occurratur:

Idcirco, *beatissime Pater*, Raymundus de Plano, Bonovatus Petri, Legum, & Petrus Sera, Decretorum Doctores, *Ambasiatores* & procuratores Illustrissimi Domini Ferdinandi Regis Aragonum, Siciliæ &c. alii vestri devotissimi debita reverentia Vestræ Sanctitatis *videmus*, per vestram responsionem, supplicationem & requisitionem prædictis non fuisse, ut debuit, & congruit necessitati unionis Ecclesiæ, satisfactum, *stantes & perseverantes in supplicatione & requisitione jam factis*, cum repetita reverentia, ob Dei servitium, & dictum beneficium unionis, & ex causis supradictis, & aliis pluribus Vestræ Sanctitati notissimis, (& etiam recommendo) *supplicant* sanctitati pr[illegible] *secundo & tertio, sæpe, sæpius*, & cum geminata instantia, & [illegible] cibus, cum dicta reverentia, pariter eandem sanctitatem obsecrant, & requirunt, quatenus *exequatur & impleatur votum* per effectum, per se, vel suos, executatorem seu procuratores, ad plena & irrevocabili potestate tantos.

Alioquin, *beatissime Pater*, si Vestra sanctitas supplicata & requisita, quod non creditur, realiter non exequatur dicti supplicantes & requirentes, solum Dei servitio inhiantes, & præ aliis obligati existunt, & zelo unitatis sanctæ matris Ecclesiæ, & totius reipublicæ omnium Christianorum, & quieti pacificæ eorundem, cum Vestræ sanctitatis reverentia repetita *protestantur de omni jure universalis Ecclesiæ* ac ipsorum supplicantium, & alterius, cujus interest, & de recurrendo ad remedia [illegible] & honesta.

Cæterum, *beatissime Pater*, quamvis possit *concilium generale Ecclesiæ universalis* in hac causa tantæ necessitatis Ecclesiæ congregari, & in eo possint & valeant convenire omnes, tam obedientiæ Vestræ, quam obedientiarum olim Johannis & olim Gregorii, qui aliàs consueverunt ad concilium congregati, quarum dictarum obedientiarum, olim Gregorii & Johannis, magna pars sit ad præsens in *Constantia* congregata: Et tamen hujusmodi curialis in dubium revocetur, quamvis dubitandum non sit, an vale-

valeant illi dictarum duarum obedientiarum simul cum illis de vestra obedientia *in Concilio generali Ecclesiæ universali* congregari, pro extirpando hoc nefando schismate, & unione jam dicta consequenda, & debite providendo de unico & indubio summo Pontifice universalis Ecclesiæ: Ideo ex superabundanti cautela, & ut tollatur omnis dubitationis scrupulus, eandem sanctitatem supplicant dicti Ambasiatores & procuratores, quatenus alicui seu aliquibus personis, de quibus merito confidere debeant, dictus Dominus Rex, & alii Reges & Principes Vestræ obedientiæ, qui totis conatibus prosequantur, & prosequi intendant extirpationem dicti schismatis & assecutionem dictæ unionis, committere dignemini *Vices vestras & posse plenum* dare, convocandi dictum concilium generale, & autorizandi, approbandi & confirmandi per ipsum concilium peragenda, ac tollendi, irritandi, abolendi atq; cassandi omnes & singulos processus, sententias qualescunque, ac pœnas factas, latas & decretas, & promulgatas in obedientias dictorum olim vocatorum Gregorii & Johannis, & singulares eorundem, occasione, vel ex causa dicti schismatis, & contra maculam sive notam juris vel facti exinde contractam, omnes & singulas personas dictarum duarum obedientiarum habilitandi, & cum eis dispensandi quantum optimum sit, & indigebit, & providendi & ordinandi, quod non possit excipi de dictis sententiis aut pœnis contra intervenientes in dicto concilio, nec contra personas deputandas in dicto concilio, [nec contra eligentes Papam] nec contra cum, qui fuerit in Papam electus, ipsasque personas, ad præcedentia [prædicta] omnia & singula habilitandi, & omnia alia & singula faciendi, quæ erunt necessaria, expedientia, seu opportuna circa prædicta & alia dependentia, incidentia aut emergentia ex eisdem: Et mandare dignemini eisdem personis sustultis dicta potestate, quatenus, ex quo vestra sanctitas recessit ab hac villa Perpiniani, ubi tractatur ad præsens de præparatoriis dictæ unionis, residean in hac villa, & vadant alibi, ubi disponetur per Reges & Principes, & alios, de vestra obedientia hic ratione prædicta congregatos, & poterit facilius per alium vel alios vestra potestate suffultos expediri, quàm, Pater sanctissime, per vos personaliter, attentis ætate & gravitate personæ vestræ, & statu vestræ eximiæ dignitatis.

Rogatus Benedictus XIII. mittere legatos ad negotia Concilii.

Veruntamen, ubi Vestra sanctitas nolit id committere, supplicant vestram sanctitatem, ipsamque exhortantur, obsecrant, & reverenter requirunt, quatenus *illico revertatur ad Villam Perpiniani, ubi de præditis præparatoriis & negotiis unionis tractatur*, & prædicta omnia & singula, quæ essent, ut præmittitur, per dictos commissarios aut vos fienda & exequenda, faciat & exequatur. Offeruntque (se) omnes iidem supplicantes, quod pro se, & etiam una cum aliis hic ratione prædicta congregatis, *providebunt*, & providere facient, per eos, ad quos pertineat, *de salvo conductu & securitatibus*, tam Vestræ sanctitati suo casu, quam suo casu dictarum personæ seu personarum. Hæc quidem sunt utilia, opportuna, & etiam accommoda tractatui & negotio dictæ unionis, & quietativa conscientiarum omnium, signanter illorum, qui sunt de vestra obedientia. Et sic etiam facta fuerunt per commissarios dicti olim vocati Gregorii, habentes ad id posse, legitimo tempore, quo procurator ipsius Gregorii nomine ejusdem renunciavit prætenso juri, quod idem Gregorius in Papatu se habere dicebat. Et iterum etiam prædicta sic fieri supplicantes obsecrant, & reverenter requirunt. Aliàs enim protestantur de omni jure universalis Ecclesiæ, & alterius cujusvis.

Aut Perpiniannum redire jussus.

Promissus conductus.

Paulus Secretarius.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VII.

Responsio Petri de Luna, XVI die mensis *Novembris*, anno Domini M CCCC XV. *ad secundam requisitionem* supra proxime scriptam, eidem Petro per Regem Arragonum in *Colle Libero* legitime intimatam.

Ex MSC. Vindobonensi l. c.

Cum per ultimam schedulam, ex parte sanctissimi Domini nostri Papæ Benedicti XIII. Serenissimo Domino Ferdinando Regi Arragonum die XII. Novembris anno Domini M CCCC XV præsentatam, sic incipientem: *Ut appareat veritatis processum &c.* supplicationi & requisitioni Regiis, ejusdem mensis & anni, præsentatis, incipientibus: *Beatissime Pater. Cum negotium extirpationis schismatis &c.* juste & sufficienter satisfactum sit, evidenter apparere poterit cuilibet intuenti. Nec videtur necessarium, ad supplicationem & requisitionem, die XIV ejusdem mensis & anni in Cotto Libero Elnensis diœcesis præsentatas, in quantum cum primis supplicatione & requisitione concordant, pro nunc aliud respondere, sed sufficit ad schedulam prædictam remittere, in qua idem Dominus Papa de & cum consilio fratrum suorum Reverendissimorum in Christo patrum, Dominorum Cardinalium, & aliorum Prælatorum, & scientificorum virorum, supplicationi & requisitioni prædicti Regis rationabiliter satisfecit.

V. sup. c. V.

V. sup. c. IV.

V. sup. c. VI.

In quantum vero & supplicationi & requisitioni prædictis subjungitur *protestatio de jure universalis Ecclesiæ* &c. huic protestationi idem Dominus noster, ut ponitur, non consentit. Quia nec jure nec ratione fulcitur. Imo ipse, cui ex officio incumbit omne jus universalis Ecclesiæ defendere, & animam suam pro illo defendendo ponere, protestatur pro se, & ipsius Ecclesiæ nomine, de suo & ejusdem Ecclesiæ interesse, & de jure ipsius Ecclesiæ conservando, ac de providendo, si opus fuerit, per constitutiones factas & fiendas, pro illius auctione & defensione, & per remedia juridica, necessaria & opportuna, nec non per pœnas spirituales & temporales contra quascunq; personas cujuscunq; status & conditionis existant, contrarium attentantes, aut eis in attentando hujusmodi dantes consilium, auxilium, vel favorem, etiamsi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Imperiali, Regali, aut quacunque alia Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate.

Et quod in supplicatione & requisitione prædictis *recessus* Domini nostri *à villa Perpiniani* tangitur, & *pro regressu ad eandem villam* idem Dominus noster per supplicantes requiritur: Respondet Dominus noster prædictus, quod cum ipse, quia ad villam jam dictam pro *mutua visione inter ipsum & Regem Romanorum* fienda *ad tractandum de pace & unitate Ecclesiæ* se venturum promiserat, die inter eos conventa venerit, & in eadem villa ultra assignatum terminum adventum dicti Regis Romanorum ad Narbonam per XV. dies expectaverit: Et abinde, *advenisse dicto Rege Romanorum ad supradictam villam Perpiniani*, de unione Ecclesiæ cum eo tractare inceperit: Prædictusque Rex Romanorum ab ea tractatu rupto recesserit, & postea idem Dominus noster non sine suæ personæ periculo, ut a fide dignis asseritur, in eadem villa per plures dies resederit: Prædictus *Rex Arragonum mirari non debet de recessu*, sibi per eundem Dominum nostrum per antea intimato. Nam etsi *omni tempore, & in omnibus casibus decesat Romano Pontifici ad libera pervenire concilia*, & ipsius in nullo vacillare judicia: Isto tamen tempore, & in tanto negotio, ubi omnimoda libertas requiritur, necessum summe videtur, quod in tali loco negotia pertractentur, in qvo ipse & tota curia sua fruentur omnimoda libertate.

Et cum idem Dominus noster adhuc non pervenerit ad locum, ad quem pro personæ suæ securitate ire decrevit, sed adhuc sit in via: Propterea omnibus aliis, in supplicatione & requisitione

Digitized by Google

ne præsentis Regis contentis, singulariter respondere non potuisset de præsenti. Sed postquam ad locum destinatum pervenerit, ad omnia ibidem contenta, fidelis Dominus Rex Arragonum pro habenda pleniori responsione miserit, rationabiliter auxiliante Domino respondebit.

CAP. VIII.

Requisitio Domini Regis Arragonum, Castellæ & Navarræ & Comitatus eorundem, *facta Cardinalibus*, in Cotrolibero cum Petro existentibus, *XIII. Novembris.*

Ex MSCto Vindobonensi, l. c.

CUm Serenissimus Dominus *Rex Arragonum* cum Ambassatoribus Illustrissimorum Regum & Principum Castellæ & Navarræ, & Ruxi Comite, & aliis pluribus obedientiæ sanctissimi Domini nostri Papæ Benedicti, in villa Perpiniani, recessum insisterit & intenderit via illa pomo, quantum potuit, circa *dictum negotii unionis sanctæ matris Ecclesiæ*, supplicando, continue, & cum debita reverentia requirendo sanctissimum Dominum nostrum Papam super *certis* per eum fiendis, & aliis utilibus, ac commodis & opportunis *ad consequendum unionem* jam dictam: Et durantibus supplicationibus antedictis Dominus noster *Papa recessit de villa Perpiniani*, & per Reverendi Patres pariter cum eodem *præsentesque* vestrum paternitatum pluribus exceptis in hoc negotio fuit valde *necessaria Cardinalis in dicta villa Perpiniani*, ubi de negotio dictæ unionis tractatur, & continue tractabitur: *Johannes Raymundus de Placentia, Benevenutus Petri*, Leguum, & *Petrus de Serra*, Decretorum Doctores, [illegible] procuratores dicti Dominatores, & procuratores dicti Domini Regis, ex parte Serenissimi Domini Regis prædicti, cum instantia, quanta potuit, vos rogant, & cum debito honore, pro *interesse universalis Ecclesiæ*, & alio quocunque, quod prætendi potest, requirunt, quatenus *redeatis illico ad dictam villam Perpiniani*, & *continuetis cum dicto Domino Rege, & Ambassatoribus aliorum Regum, Principibus Prælatis*, & aliis personis ibidem pro dicto negotio congregatis, & interventis tractandi consulendo, operando & exequendo ea, quæ erunt necessaria, utilia, expedientia, seu etiam opportuna ad dictam unionem consequendam.

Cardinales Petri de Luna qui redeunt Perpinianum, invitati.

Alias enim cum debito honore *protestantur* de omni jure universalis Ecclesiæ, & alterius, cujus interest.

CAP. IX.

Responsio Cardinalium Petri de Luna, dicto XIII. die, ad requisitionem consimilem de non recedendo, usque dum unio facta fuerit, in Ecclesia per Regem Arragonum ibidem facta.

Ex MSC. Vindobonensi.

Requisitioni ex parte Serenissimi Principis, Domini Ferdinandi Regis Arragonum, die xiii. mensis Novembris in loco Coccolibert Elnensis diœcesis, sacro collegio Reverendissimorum Patrum & Dominorum sacrotanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium facta, cujus tenor sic incipit: *Cum Serenissimus Dominus Rex* &c. prædicti Domini *Cardinales respondent*: Quod, cum sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Benedictus, divina providentia Papa XIII. tractando de unione Ecclesiæ cum Rege Romanorum se in debita & justa ratione posuerit, & prædictus Rex Romanorum rationabiles *practicas*, ad unionem Ecclesiæ veraciter consequendam per eundem Dominum nostrum oblatas, non acceptaverit, nec aliam vel alias rationabiles dicto Domino nostro rumpendo a villa Perpiniani recesserit, & prædictus Dominus noster ex justis causis a dicta villa recesserit: Prædicti Domini *Cardinales* minus noster *ex justis causis a dicta villa recesserit*: Prædicti Domini *Cardinales* nolle debitum *finem fecerunt*, sperando fore *num Dominum*, nuncii Christi vicarium, caput ipsorum & totius Ecclesiæ militantis.

Cardinales Petri de Luna qui redeunt Perpinianum, invitati.

tantis. Et si contrarium fecissent, Deum graviter offendissent, & fidelitatem, ad quam tenentur, minime observassent.

Excusant reditum suum.

In quantum vero requiruntur, ut ad prædictam *villam Perpiniani revertantur*, ad tractandum & consulendum, operandum & exequendum cum Domino, Rege & aliis, quæ erunt necessaria Ecclesiæ unitati: Respondent, quod ipsi cum Domino nostro Papa in prædicta villa Perpiniani, quamdiu ibi sua fuit sanctitas, residerunt, consiliis suæ sanctitatis continue adhærentes, si ibidem dicto Domino Regi eis aliquid circa negotia currentia dicere placuisset. Nunc autem eidem Serenitati respondent, quod, cum non deceat, à capite membra discedere, imo juxta Scripturæ sacræ sententiam membra sua debeant sequi caput, ipsi eundem Dominum nostrum *non possunt nec debent* dimittere, nec *ad eandem villam Perpiniani* reverti.

Et cum dicitur, quod *præsentia* dictorum Dominorum *Cardinalium* sit ibi valde *necessaria* & utilis in hoc negotio: Respondetur, quod rami fracti ab arbore fructus germinare non possunt, & à fonte rivi præcisi arescunt fructificare. Itaque *sine Domino nostro* prædicto *non possunt*, sine cujus autoritate possunt facere nihil.

Protestationi autem dicti Domini nostri *Regis* cum ejusdem honore *non consentiunt*. Imo ipsi, quibus post Papam principaliter incumbit pro tuitione universalis Ecclesiæ protestari, sine & pro universalis Ecclesiæ nomine *protestationibus* aliorum, via, modo, & forma, quibus possunt, de Domini nostri, juris & ipsius universalis Ecclesiæ interesse.

CAP. X.

Requisitio per Regem Arragonum Prælatis *in Cottolibro facta* XIII. Novembris.

Ex MS. C. Vindobonensi.

Ferdinandus &c. Reverendis & Venerabilibus in Christo patribus, universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis, intra Dominium nostri dominium constitutis, salutem & dilectionem. Cum nos, cum ambasiatoribus Illustrissimorum Regum & Principum Castellæ & Navarræ, ac Comite Tuxi, & aliis pluribus obedientiæ sanctissimi Domini nostri Papæ Benedicti, in villa Perpiniani congregatis, insistamus & intendamus vigiliis animo, quantum possumus, interadimus & vigilavimus circa directionem negotii unionis sanctæ matris Ecclesiæ supplicando continue, & cum debita reverentia requirendo sanctissimum Dominum nostrum Papam prædictum super eo, quæ per eum tenda, & aliis utilibus, ac commodis & opportunis ad consequendum unionem jam dictam: Et durantibus supplicationibus antedictis, idem sanctissimus Dominus noster Papa recesserit à villa ejusdem Perpiniani: Et *ob* pariter cum eodem *Præsentiarque sedis* pluribus ex causis hoc negotio sit valde *necessaria* & accommoda *in* dicta *villa Perpiniani*, ubi de negotio & præparatoriis dictæ unionis tractatur & continue tractabitur: Ideo vos rogamus, requisimus, & *qui redeuntes* etiam exhortamur pro interesse universalis Ecclesiæ, & alio quocunque, quod *Perpiniani* prætendi potest & possit, quatenus *recedatis ulterius ad* dictam *villam Perpiniani*, & ibi convenientes nobiscum, & Ambasiatoribus aliorum Regum, Principibus, Prælatis, Comite, & aliis personis, ibi in prædicto negotio & præparatoriis congregatis, & interveniatis tractando, consulendo, operando & exequendo ea, quæ erunt necessaria, utilia, expedientia seu etiam opportuna ad dictam unionem consequendam. Alias *protestamur contra vos* de omni jure universalis Ecclesiæ, & alterius, cujus interest, & quod postmodum procedere ad remedia debita in prædictis. *Datum in villa Perpiniani*, & propria indispositione personæ nostræ. Fanorum manu nostri Secretarii *die XIII Novembris, Anno Domini M. CCCC. XV. Pauchia Secretarius.*

Prælati Parisii Be-

Ad hanc requisitionem Prælatorum *Prælati* respon-

Digitized by Google

Perpinianum reverſi.

reſponderunt, cum *pro majori parte ad Perpinianum redierunt*, illis exceptis de familia Petri.

CAP. XI.

Copia *tertiæ & ultimæ requiſitionis*, factæ *Petro de Luna*, ad cedendum, ex parte Regis Arragonum &c.

Petrum de Lunajam fugerat ex Collelibero ad caſtrum Paniſcolæ.

Ex MSC.

SAnctiſſime & beatiſſime Pater. Pro parte non ſolum Sereniſſimi Regis Arragonum, ſed etiam Illuſtriſſimorum Regum Caſtellæ & Navarræ, ac Comitum Armaniaci & Fuxi, fuerunt præſentatæ Veſtræ ſanctitati ſub diverſis Calendariis & temporibus, & in diverſis locis, Prima *in villa Perpiniani*, & alia & ſecunda *in villa Coquilibri* poſt receſſum veſtrum à dicta villa Perpiniani, *duæ ſupplicationes*, & reverentiales requiſitiones. Quarum ſeries & tenor per ordinem ſic ſe habent: *Prima*: *Beatiſſime Pater. Cum negotium extirpationis ſchismatis* &c. Et ſecunda: *Beatiſſime Pater. Supplicationi & requiſitioni factis & oblatis* &c. Et ad dictas ſupplicationes & requiſitiones Veſtra ſanctitas reſpondit ſub diverſis Calendariis, in villa & loco jam dictis. *Quarum reſponſionum* ſeries ſequitur prout infra. Prima: *Ut appareat veritas proceſſus* &c. Secunda: *Cum per ultimam ſchedulam* &c.

V. ſup. c. IV.

ſup. c. VI.

ſup. c. V.

V. ſup. c. VII.

Vindobonenſi ſa, & prout voluit, ibidem cum omnimoda libertate permanſit, timere non debuit, imo nec de ſiniſtro aliquo dubitare: Nec cum fictis coloribus (ſemper cum reverentia Veſtræ ſanctitatis loquendo) veritate victrice omnium prædicantiũ (prædicante) contrarium, rem aliter ſe habere poterit demonſtrari: Ideo *Raymundum Xatmar* miles, & *Petrus Baſſeti*, Legum Doctor, Conſiliarius, Ambaſiatores, & procuratores dicti Domini Regis Arragonum, Veſtræ intimant ſanctitati, quod, *ob non factam renunciationem* ſupra dictam, quam Eadem ſanctitas facere debuit, *de jure divino pariter & humano, & eam offerre nudo verbo non fuit* ſufficiens, & ob non implementum aliorum, quæ ſupplicata & requiſita fuerunt, dictos *Regis* & Principes, *licet invitos*, cum ſciant, ſe reddituros rationem pro Eccleſia, quam à Chriſto tuendam ſuſceperunt: Quia, ſive augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per dictos Principes, ſive ſolvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati Eccleſiam tradidit committendam: Urgentique zelo fidei & neceſſitatis, & opportunitatis perveniendi ad unitatem univerſalis eccleſiæ, quæ ab initio prædicti ſchismatis usque nunc attingi non potuit, *oportebit* pro defenſione juris dictæ univerſalis Eccleſiæ, pro Dei ſervitio, & exoneratione ſuæ conſcientiæ, ac reſpectibus aliis, tam in his quam in aliis ſupplicationibus & requiſitionibus poſitis, *uti debitis remediis*, licitis & permiſſis. Et licet amplius ſupplicare & requirere non ſit neceſſarium, ad uberiorem eamen tutelam, non interdicta facultate utendi ſuo caſu dictis remediis, cum dictis Regibus & Principibus viſum fuerit, Veſtræ ſanctitatis reſponſione nullatenus expectata; imo omni facultate retenta, iterum & iterum, ac quantum poſſit geminatis vicibus ſupplicantes, & requirunt cum debita reverentia ſanctita-

citatem eandem, quatenus pro Deo principaliter, & pro beneficio celeriori perveniendi ad unionem sanctæ matris ecclesiæ, ac compatiendo tanto animarum discrimini, & infinitis occurrendo scandalis, per effectum operis supplicata per Ambasiatores dictorum Regum & Principum, secluſa omni mora adimpleat.

Tertia vice rogatus Benedictus qui Papa in cedat.

Significantes eidem Sanctitati, quod *Illustrissimus Rex Romanorum, & alia per sona missa per congregationem Constantiensem*, sunt, vel tempore suæ missionis erunt in *Narbona*, & continue per suos Ambasiatores tractant, seu tractabunt in dicta villa cum dicto Domino Rege Aragonum, & Ambasiatoribus aliorum Regum & Principum pro bono, juridicio, compendioso, & concordi remedio ad extirpandum schisma pestiferum, & perveniendum ad beneficium unionis.

Nuncium Benedicto Narbonæ cum sam esse tractandi.

Aliàs dicti *Ambasiatores* & procuratores nominibus supradictis in dictis supplicationibus & requisitionibus perstitentes, cum debita reverentia, *ad effectum* expressos in dictis prima & secunda supplicationibus & requisitionibus, & ad omnes & singulos alios effectus necessarios seu *utiles aliàs sanctæ unionis* jam dictæ *protestantur*, quod dicti Reges & Principes *utentur remediis debitis*, licitis & permissis, & turbari naviculam sancti Petri amplius, quantum in eis fuerit, non permittent.

CAP. XII.

Copia secundæ & *ultimæ requisitionis*, factæ *Cardinalibus* Petri de Luna, quod redirent ad locum Perpiniani, pro tractando de pace & unione Ecclesiæ.

Ex MSC. Vindobonensi

CUm per serenissimum Dominum Regem Arragonum, seu per Ambasiatores & procuratores ipsius, *XIII. mensis Novembris* facta fuerit paternitatibus vestrorum reverendorum Cardinalium, in villa Coquiliberi tunc existentium, certa requisitio, ut *illico* redireris ad villam Perpiniani, *& ibi* conveniretis cum dicto Domino *Rege*, & Ambasiatoribus aliorum *Regum*, Principibus, Prælatis, & aliis *personis* ibidem pro dicto negotio congregatis, & interveniretis tractando, & *consulendo*, operando & exequendo ea, *quæ* essent necessaria, utilia, expedientia, seu etiam oportuna ad dictam unionem consequendam: Protestando, si *dicta* requisitio nullatenus impleretur, *de omni* jure universalis Ecclesiæ, & *alterius*, cujus interfit: Et vos, Reverendi Patres, preces & requisitiones jam dictas non curaveritis adimplere, *præ*tendentes, quod ut membra à capite *non* debetis discedere, imo illud *omnino* sequi, inferendo, quod ideo non *pote*stis Dominum nostrum Papam di*mit*tere, nec ad dictam villam reverti, *allegando* ulterius, quod rami fracti *ab* arbore germinare *non* possunt, *&* fonte rivi præcisi statim arescunt &c. prout in serie vestræ responsionis hæc latius exarantur. Unde, cum *caput vestrum & omnium essentiale principale sit Christus, & sua Ecclesia* tanta usque nunc fuit tribulatione nefandi schismatis obsusceata: Ille etiam ut summus Deus omnipotens est propitius tota mente & viribus cordialiter diligendus, & illi, ut indubitato capiti, suæ Ecclesiæ decent membra accedere & uniri, quocunque alio impedimento abolito, & ut arbori salutiferæ tanquam rami procedentes ab illa se figere totis conatibus atque posse: Ad illum etiam, ut verum fontem, à quo destillant rivi gratiæ & dulcedinis gloriosæ debemus flexis genibus & prostrati ore aperto recurrere, ut sitientes extirpationem schismatis & sanctam unionem Ecclesiæ, sua mercede pia debeat satiare: Pro tanto *Raymundus Xatmar* miles & *Petrus Basseti* legum Doctor, Consiliarius, ambasiatores & procuratores Serenissimi Domini Regis Arragonum, qui cum Ambasiatoribus aliorum Illustrissimorum Regum & Principum, Principibus, Prælatis, & aliis perfonis, in dicta villa pro dicto sancto negotio congrega-

V. sup. Cap. IX.

Digitized by Google

gregatis, ut dictum est, & cum sanctissimo Domino nostro Papa, quamdiu præsens fuit, & cum Illustrissimo Romanorum Rege, & reverendis Patribus & aliis personis, huc missis per congregationem Constantiensem, tractavit usq; nunc, & continue tractat de necessariis ad directionem sanctissimæ unionis: Cum dictus *Illustrissimus Rex Romanorum & alia jam dicta persona de congregatione Constantiensi præsentes in civitate Narbonensi* adhuc per suos Ambasiatores continue tractant, ut insistant in dicta villa cum Domino Rege Arragonum & aliis prædictis & suo consilio cum omni diligentia, apertoque animo pro bono & concordi remedio, compendioso & directivo ad extirpationem schismatis, ad perveniendum ad sanctissimam unionem: Vos, reverendos Patres, & vestrum quemlibet, non desistendo à precibus, & requisitionibus jam factis iterum & iterum geminatis vicibus, unanimiter *exhortantur*, & cum debito honore *requirunt*, quatenus pro Dei servitio, & zelo suæ sanctæ Ecclesiæ, pro extirpatione dicti pestiferi schismatis, & perveniendo ad beneficium unionis diutius concupitæ, omnia & singula *contenta*, requisitionibus, non obstantibus vestris responsionibus, obligati: Et nihilominus, quia sanctissimus Dominus noster Papa, licet supplicatus, & cum reverentia requisitus, noluit clare facultatem & potestatem alicui, seu aliquibus personis convocandi generale concilium, ac autorizandi, approbandi, & confirmandi per ipsum concilium peragenda, & cætera alia faciendi in dicta requisitione *contenta*: Dicti Ambasiatores & procuratores nominibus antedictis Vos Reverendos Patres, quatenus, ob nolentiam dicti sanctissimi Domini nostri Papæ, dictam *convocationem concilii generalis* supplicatam & requisitam, sub illis modis & formis, quibus supplicata & requisita extitit à dicto summo Pontifice, personaliter, vel per personas sufficienti super his potestate suffultas, illico propter moræ periculum facientes, realiter *implerate*. Alias dicti Ambasiatores nominibus quibus supra protestantur de omni jure universalis Ecclesiæ, & alterius, cujus interest, & de recurrendo ad remedia debita, juridica & permissa.

Denuo rogati Cardinales Petri de Luna, qui nunc honorem Ecclesiæ promoveant.

CAP. XIII.

Responsio Petri de Luna ad dictam tertiam & ultimam requisitionem per Regem Arragonum factam.

Ex MSC. Vindobonensi.

ANtequam respondeatur schedulæ Domino nostro Papæ Benedicto XIII. noviter oblatæ *Panisceleæ*, aliquid est dicendum super schedula in *Gequilibero* Elnensis diœceseos XIII mensis Novembris proximè lapsi sibi oblatæ per prætensos Ambasiatores, nuncios & procuratores Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Arragonum tenoris sequentis: *Beatissime Pater Supplicationi* &c. Nam etsi eidem Dominus noster Papa satisfecerit per suam responsivam schedulam, incipientem: *Cum per ultimam schedulam &c.* (inseratur) Respondere tamen plenius, si requireretur, sibi reservavit, ex quo perveniisset ad locum, quem decreverat pro securitate personæ suæ, ut in dicta responsiva schedula continetur. Nunc ergo, ne arguatur, absque responsione fuisse aliquid prætermissum, suæ adjicit responsioni, quod via seu practica prætensi *generalis Concilii*, de quo fit mentio in schedula supra, juxta scilicet obedientiam Domini nostri Papæ, & olim dictæ Gregorii, & dicti Johannis, assumenda seu acceptanda non videtur. Nam de & super hac via, per quam catholici cum schismaticis unirentur in unum *perversum concilium*, multi periti in Theologia & jure diversa & contraria opinantur. Unde tali altercationi & varietati subiri tendus non est Ecclesiæ universalis status. Nam post rem factam, multorum conscientiæ non quiescerent, imo in dubium verterent, an unio Ecclesiæ, per quam fidelium animi acquiescant &c. Maximè, quia quæliscunque, colorata, ficta & verbalis fieret acceptatio de convocatione, quos

Concilii generalis via tendiat.

V. sup. c. VI.

V. sup. c. VII.

fieret per Dominum nostrum Papam, vel in vim suæ commissionis, & de authoritate sua, quæ præsentetur agendis in dicto prætenso concilio: Post dictam omnem acceptationem, sperandum esset indubie, quod *multitudo illa, quæ hodie residet Constantiæ*, quæ aut in prætensa autoritate dicti Johannis, vel sui prætensi papatus, aut sub quadam prætensa *autoritate*, quam dicunt *universalis Ecclesiæ*, diu perduravit, ac hodie perdurat, & cui firmiter & sine adjectione ullius conditionis innititur, dictam prætensam autoritatem à se non abjiceret, imò in illa perduraret, & illi soli de facto & realiter inniteretur in agendis: Esset etiam sperandum, quod personæ obedientes Domino nostro, si ei libertas & securitas præberetur, inniterentur firmiter autoritati Domini nostri, aut sui papatus, & quoq; de personis dicti olim Gregorii, quoad suam prætensam autoritatem. Unde sequeretur, quod qualiscunque esset color & fictus & verbalis in eadem congregatione, in qua ad veritatem rei maxima esset animorum & voluntatum divisio, absque (atque) scissura circa prætensas autoritates & capita.

Attendendum est etiam, quod *periculosa* esset Ecclesiæ dicta *via*, seu practica diu prætensi. Nam, cum *congregatio* illa *hodie Constantiæ residens, potestatis plenitudinem verbis & quacunq; positiva jura suspendere & tollere opinetur*, & sic etiam *in diversis suis pronunciationibus in factum deducere attentavit*: Præsumere & timere oportet, quod ex dicto prætenso generali concilio, ubi voces eorum, qui sunt hodie in dicta congregatione Constantiensi, propter eorum multitudinem præponderaret, nullus bonus exitus resultaret, sed *papalium positivorum jurium subverso*, quæ multa ratione & maturitate fuerunt condita, & status universalis inordinatio inde procederet, & damnabiliter sequerentur.

Præterea, quamvis in schedula præinserta nominatio expressa loci non fiat, pro tenendo dicto prætenso generale concilium, sed dispositionem electionis dicti loci Regibus, Principibus, & aliis de obedientia Domini nostri, nescitur quo jure, reservet, acsi nil ad Papam pertineret denominatio loci hujusmodi casus, ut dicta convocatio esset fienda; Rei tamen veritas, ut à multis dicitur, sic se habet, quod *propositum & intentio Serenissimi Domini Regis Arragonum est, quod dictum prætensum Concilium teneatur Constantiæ* provinciæ Moguntinensis, & sic est deliberatum per ipsum & quosdam alios, volentes in hoc condescendere voluntati Domini Sigismundi, Regis Romanorum. Cui tamen testis sit Deus, quod dicta civitas Constantiensis non est tuta, secura & libera ad tractandum & concludendum negotium unionis Ecclesiasticæ, nec posset Dominus noster ipsam acceptare sine Dei offensa, si sequentia attendantur. Est enim certum, quod *civitas Constantiensis est sub potentia & Dominio dicti Domini Sigismundi Regis Romanorum*, Domino nostro inobedientis: Verosimile est, quod voluntati ipsius contradicere non auderent personæ dicti prætensi Concilii, & fruerentur debita libertate, maxime, quia ex relatione fide dignorum habetur, quod dictus Rex Romanorum ad suum extollendum imperium appetit & intendit statum papalem applicare certæ nationi, sibi magis favorabili & obsequenti, ut quodammodo etiam papatui dominetur. Et sicut à multis personis dictæ congregationis, & aliis asseritur, existentibus in dicta congregatione, non fuerunt in libertate, prout nec hodie sunt, imò, ut dicitur, multos ipsorum oppressos minis, exasperationibus, & terroribus dicti Regis Romanorum oportebat descendere ad ejus voluntatem super negotiis, quæ tractabantur in congregatione prædicta, neque super his debita servabatur libertas, ob quod personæ dictæ congregationis, non reputantes, se esse in libertate, de Constantia fugerunt. Ex aliorum etiam fide dignorum relatione habetur, quod multi dictæ congregationis protestati sunt super loci mutatione pro tenendo dicto prætenso concilio, reputantes, dictam civitatem non esse

esse ad hanc civitatem, liberam & securam. Quod verò suspecta sit dicta civitas Constantia, vel locus alius sub potestate vel dominio prælati Domini Sigismundi testes sunt exempla eorum, quæ circa Balthasarum de Cossa, nunc autem Papam *Johannem* nominatum & reputatum, facta sunt, quem, non obstantibus quibusvis salvis conductibus, eidem præfatis per dictum Regem Romanorum, *tenet Rex* ipse *carceri mancipatum*. Possent etiam exempla quædam alia ad propositum allegari, quæ pro nunc ex honestate temporis loco & tempore omittuntur.

Timeri verò potest quod ex relatione nullatenus fiat, dictus Rex Romanorum intendit, atque vult, ut Papam ibi tenentem obtineat, ut eum ejus obsequio & favore possit Italiam suo subjugare imperio, & multas Ecclesias temporalitatibus multis privare, quas prætendit ad dictum Imperium spectare. Unde, prout asseritur, non sine grandi mysterio dictus Rex Romanorum mutationem locitugie & abhorret, neq; personis facientibus sibi mentionem de dicti loci mutatione patienter præbet auditum. Defectus autem libertatis loci quantum periculum, scandalum & errorem producat, nemo fanè, modis ignorat. Ea enim, quæ ibi fierent, sine aliquibus aliis atque nullis, & ille, qui de novo crederetur assumtus in Papam, non esset Papa, sed intrusus.

Quibus omnibus consideratis, Christi fideles & unionis Ecclesiæ zelatores videre possunt, quod via, seu practica aperta in prædicta schedula, non induceret unionem, sed errorem, nec daret pacem, sed divisionem majorem, non utilitatem afferret universali Ecclesiæ, sed augeret discrimen, & per consequens ad consequendam & exquirendam viam seu practicam Dominus noster *Papa non posset papatum cedere sine divinæ offensa*. Avertat enim Deus, quod *via cessionis*, ad finem, cauta quærendæ unionis acceptata, per eam irreparabile damnum immitteretur universalis Ecclesiæ. Sed *pactum est Dominus noster renunciationem facere de jure papatus*, observata una ex practicis per eum apertis & oblatis Perpinianis, vel alia justa & rationabili, quam nunquam excluit, nec intendit excludere pro dicta unione Ecclesiæ consequenda.

Veniendo consequenter ad schedulam incipientem: *Sanctissime & beatissime pater. Pro parte Serenissimorum Regum &c.* Domino nostro Papæ noviter oblatam Panisicolæ per honorabiles viros Raimundum Xatmar, militem, & Egidium Bisset Legum Doctorem, practicantes Ambasiatores, nuncios & procuratores Serenissimi Domini Regis Arragonum: Idem Dominus noster pro responsione ad ipsum dicit & reiterat, & pro dictis & reiteratis haberi vult hic omnia, quæ superius dicta & responsa sunt ad prædictam literam sibi oblatam in Cocibero. *p. sup. c. XI.*

Cæterum, quia in dicta schedula noviter oblata Panisicolæ, asseritur, *electionem futuri Pontificis ad illum*, quod ipsi dicunt, *generale concilium pertinere*, intrandum est, quod ista dicuntur, cum per aperta jura & generalibus concilii edita *electio Papæ, ad sextum Cardinalium pertinere* dignoscatur. Quæ quidem jura tolli posse per dictum prætensum concilium, videtur suddamento carere.

Cæterum, quia dicta schedula *reprehendere* nititur *recessum* Domini nostri *de Perpiniano*, ideo Dominus noster adjicit ad prædicta, quod causæ dicti recessus, quas allegavit in Coquilibero in dicta sua schedula responsiva, veræ sunt, & non sunt ficti coloris, imo earum veritas, magis detegitur per ea, quæ contra ipsum attentata sunt, & quotidie attentantur.

Præterea Dominus noster *ad innovationes & protestationes* contentas in dicta schedula sibi oblata Panisicolæ *respondet*, quod *eis* non consentit, imo *dissentit*, & *contradicit*, & credit, se intelligere *quod* illa prætensa remedia, in dictis intimationibus & protestationibus contenta, comminantes ipsi intelligant. Habet tamen Dominus noster Papa ex *fide* dignorum relatione, quod multi *malevoli* suggesserunt, & etiam suggesserunt Serenissimo Domino Regi Arragonum, & ipsum pro

Digitized by Google

viribus nituntur inducere ad *subtrahendum obedientiam* Domino nostro, & apponendum manus in bonis, camera Apostolicæ & ecclesiæ pertinentibus; & prosequendum *contentionem de hac obedientiæ cum obedientia Constantiensi in actum* quod dicitur *concilium generale*; & faciendum persecutionem contra Dominum nostrum, juxta conceptum dictorum malevolorum, volentium super his condescendere votis dicti Regis Romanorum. Novit autem Deus, quod ista non possunt dici remedia, sed injuriæ & dispendia, & ex eis, si fierent, quod absit, non unionis, sed erroris sequeretur effectus. Unde idem Dominus noster rogat, & hortatur præfatum Serenissimum Dominum Regem Aragonum, & alios supra dictos, ac per viscera misericordiæ Jesu Christi instantius, quo potest, requirit, quatenus compatientes Ecclesiæ, Christi sponsæ, à tantis tessent scandalis, quæ nedum licet facere, sed nec de ipsis est comminari seu protestari: Et nihilominus per dictum Serenissimum Dominum Regem Aragonum, qui pro regnis, & ceteris, quæ à dicto Domino nostro Papa tenet in feudum, eidem Domino nostro juramentis fidelitatis & homagii, quæ sibi personaliter præstitit, valde tenetur astrictus.

Nec modus iste, qui contra Dominum nostrum tenetur, est remedium ad obtinendum unionem; imo ipsum nimium difficultat. Nam quæcunque fierent per Dominum Papam circa unionem Ecclesiæ, tantibus talibus circumstantiis, quæ utique notoriam impressionem inducunt, suspectiva reputarentur per Christi fideles, nec possent per ea ipsorum conscientiæ quietari.

Alias autem, si dictæ exhortationes & requisitiones non peregerint, protestatur dictus Dominus noster de omni jure suo, & suæ papalis dignitatis, & de omni jure universitatis Ecclesiæ, & de omnibus constitutionibus apertis, & quibuscunque aliis juribus editis contra talia facientibus, & signanter de constitutione per dictum Dominum nostrum edita *Missiliæ*, & pœnis in ea appositis.

Per prælecta tamen non est intentio Domini nostri Papæ, prosecutionem dimittere negotii unionis. Imo ad concilium generale suæ obedientiæ, quod de præsenti durari, convocavit prælatos suæ obedientiæ absentes, ut ad dictum concilium veniant per totum mensem Februarii proxime instantis. Cum quibus una cum aliis, qui erunt in Romana curia in dicto concilio, super contentis in schedula per dictos nuncios sibi oblata, & alias deliberare vult, quid rationabiliter facere debeat pro Ecclesiæ unione.

Et quia aliqui obloquuntur, quod aliquæ *comminationes* tactæ sunt [illegible] quibus Prælatis, idem dictus Dominus noster rogat, hortatur atque requirit præfatum Serenissimum Dominum Regem Aragonum, quod minas cessare faciat, quantum cum eo erit, ne modi tales serventur, qui Prælatis, qui à dicto Domino nostro fuerunt ad dictum concilium evocati, impedimentum erunt, quo minus ad illud venire valeant, & eidem Domino ab eis libera consilia provenire.

Verum, quia ad dicti Domini nostri auditum pervenit, quod aliqui ejus infidiantes & æmuli, ex ejus verbis sive scriptis pravos sensus & alienas extorquent sententias, lingvasq. suas (acuentes) in malum, asseruerunt, quod aliqua dicta seu scripta Domini nostri Papæ à veritate & doctrina fidei catholicæ deviant, dubitatque, an Serenissimus Dominus Rex Arragonum assevera[illegible] prædictam audiverit: Idem & aliis dictus Dominus noster Papa protestatur expresse, quod si aliqua talia, quod absit, unquam verbo vel in scriptis dixit, seu in futurum dicere ipsum contigerit, illa cassat, irritat, & annullat, & vult pro cassis, revocatis & annullatis haberi, ipsaque sacrosanctæ Ecclesiæ catholicæ denunciationi subinitit, offertque se paratum, si sibi intimentur seu designentur illa, quæ prætenduntur, seu in posterum prætendentur à veritate & doctrina fidei Catholicæ deviare, si tamen talia dixerit, seu in posterum per eum dici contigerit, quod non dubitat mentem suam [illegible] per ipsis

ipsi taliter declarare, quod evidenter apparebit, & revera sic est, suæ intentionem non fuisse, nec esse, deviare a recta fide, seu catholica veritate: Requirens idem Dominus noster notarium & notarios, qui instrumentum recepe-runt de prælentatione dictæ schedulæ sibi oblatæ Paniscolæ, ut illud de præsentis schedulæ insertione non claudant.

In persuadendo aut convincendo Petro de Luna adhibita quoque tunc a Rege Arragoniæ Ferdinando opera *Vincentii Ferrerii, Theologi & Oratoris* toto orbe decantati, qui partes Benedicti semper hactenus fuerat sectatus. Ablegatus hic a Rege ad Benedictum *A.* 1415. *mense Nov.* moniturus, qui Procuratores ad renunciandum Papatui constitueret. Quod cum detrectaret Benedictus, nec cum vinceret *Vincentius*. Quem amore profecutus erat Benedictum, nunc male animatum verbo & tandem non ferro persecutus est *Ferrerius*. Quod infra constabit plenius. Conf. *Antonius*, supra Parte XV. *in Vita Johannis*, *libro* 3. *c.* 17. *f.* 432. Missus præterea ad eundem Benedictum a laudato Rege Ferdinando *ad Cæsarem Sigismundum Oratores*, qui [illegible] *sione* offerrent, ad parandam pacem facturas, notavit *Carbonus*.

Propositiones Hispanorum Cæsari Sigismundo oblatæ, de rebus Concilii foret tractandis citra consensum Petri de Luna.

I. Conclusio. *Omnes illi, qui sunt de tribus istis obedientiis, sc. Domini nostri, & Balthasaris Cossa, & Gregorii, nuncupatorum, possint se congregare sine licentia Domini nostri Papæ & facere Concilium. Nec est necessarium quod requiratur ulterius, attenta requisitionibus jam factis.*

II. Conclusio. *Nostri, qui sunt de obedientia Domini nostri, cum aliis de aliis obedientiis possint procedere contra Dominum nostrum, & alias facere, prout eis videbitur faciendum, pro unione Ecclesiæ sienda.*

III. Conclusio. *De processibus & exasbemate, qua sient contra Dominum nostrum, inclusive habeant consentire omnes, vel saltem major pars illorum, qui ibi erunt de obedientia Domini nostri Papæ.*

Archi Episcopi Narbonensis epistola, Narbonæ scripta *die* 21. *Nov. ad Cardinales, Constantiæ in Concilio agentes*, de Petri de Luna rebus in Hispania illo tempore agitatis, ejus de Perpiniano fuga, nec non Regis Arragoniæ studio indefesso per literas cum ad unionem desideratam perrahendi, exhibita *a Cerretano*.

Epistola Archi Episcopi Narbonensis ad Cardinales in Constantiensi Concilio præsentes, de rebus Benedicti 13.

Reverendissimi Patres & Domini mei precipui, Domini Dei gratia Cardinales, & Amadeo Salutiarum, S. R. E. Cardinalibus.

Reverendissimi Patres & Domini precipui, præmissa recommendatione. Novissime per unum servitorem Archi Episcopi Tholosani scripsi Paternitatibus vestris Reverendissimis *recessum Domini Petri de Luna de Perpiniano apud Cocolliberum*, ubi continuo remanserant quatuor galeæ suæ. Post cujus recessum venerunt. Immediate sequenti, quæ fuit decima quinta hujus, Dominus *Rex Arragonum ad eum misit viros solennes ad requirendum eundem, & præsentandum*, ut in schedula hic inclusa, prout & fuerunt antequam galeas ascenderent. Quibus per ipsum declusa, prout & fuerunt antequam galeas ascenderent,

curta tamen secuturus, quamprimum equitare poterit. Multi Prælati & alii in Perpiniano tunc existentes secuti sunt, aliqui per mare, aliqui per terram. Et quia Dominus *Rex Arragonum* dixit quod *[illegible]* ad subtractionem obedientiæ eidem Petro de Luna siendam, Domini *Ambassiatores sacri Concilii reliquerunt apud Perpinianum* ad prosequendam dictam materiam. Instat etiam prælatus Rex Arragonum, quod Dominus Legatus illuc redeat. Qui hoc facere deliberavit, dummodo per illum Rex non deprehendatur, quod intra certum terminum non longum *subtractionem* faciet, & prædicta parti nostræ adhærebit. Nec alia occurrunt mihi nota. Paternitates Vestras Reverend. conservet altissimus. *Scriptum Narbonæ, 21. Nov.*

Vester Frater *Archi-Episcopus Narbonensis & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius.*

Jacobi, Archi-Episcopi Turonensis, cum Cæsare & aliis Magnatibus *Constantiensis Concilii ad Hispaniam Legati, Apologia*, Narbonæ Mense Novembri scripta, *pro Cæsare, Rege Arragoniæ ac Concilii filiorum Legatis*, contra Benedictum XIII.

De tractatibus superioribus Perpinianensibus.

Ex *Cerretano.*

Universis Christi fidelibus, *Jacobus*, miseratione divina sanctæ *Turonensis Ecclesiæ Archiepiscopus* & minister indignus. Gratia vobis & pax a Deo & a Domino nostro Jesu Christo, qui nec velamine falli, nec fictionis palliamento decipi potest.

Prælati cujuslibet Doctorisque incumbit officio veritatem propalare, *ne falsis assevérationibus rei gesta series incauta taciturnitate suffocetur*, ac in errorum devia animi ad vera prompti deducantur. Altissimo enim placuit, *me* servulum suum indignum *ad conservationem unionis Ecclesiæ* luæ sanctæ *per viam sacri generalis Constantiensis Concilii* deputare. Ne igitur temporibus futuris certa *scripta* Domini *Petri de Luna*, qui Benedictus XIII. in sua obedientia appellatur, veritati præjudicare valeant, & aliam quam veracem opinionem legentibus ingerere, *cum ipse Domino Petro per alia* veridice referre animus est.

Archi-Episcopus Turonensis Legatus Concilii Const. ad Hispanes.

Luna a divisibus Ecclesiastica ante Concilii Const.

Compertum est, devoti & felices conservi Christi fideles, *a primitiva ejus annis* Ecclesiam Dei pretiosissimo sanguine Filii sui acquisitam sibi in sponsam copulatā, quæ unitate perpetua florere debet, propter aliquorum assertionem, *quorum quilibet se* per ministerium *ejus spiritum asseruerit*, fuisse & esse divisam, divisione lacerabilem, & pene in præcipitium deductam, permittente Domino & nostris demeritis exigentibus. *Nec enim est reperta [illegible] malis spectare, non committere de scismate ex illa data schismate durante*, usque ad [illegible] Dei exclusive, *non observantes regulam Christianæ, & dissolutionis omnium bonorum modernum in statuta antiquorum.*

Damnis ex illa data schismate durante sensionis in Ecclesia insonata.

Pro quo schismate extirpando, & ve quamquam *plures viæ* reperiæ existerint, scilicet *Concilii generalis*, reductionis obedientiarum in unum, conventionis, compromissi, discussionis jurium, (quam dictus Dominus Petrus *justitiæ* appellavit) & *viæ cessionis*: Quæ omnes, quamvis in se consideratæ bonæ sunt, tamen aliquæ propter difficultatem earundem, aliæ propter impossibilitatem, aliæ propter longi temporis tractum, tanquam non convenientes, nec aptæ ad præsens schisma totaliter sedandum, omissæ & rejectæ sunt, sola *via cessionis* recepta & approbata. Quia ipsa est conscientiarum plene purificativa, justa, rationabilis, a sanctis Patribus practicata, jure Canonico approbata, omni juri consona, brevior, facilior & expedientior.

Modi illa sedandi, tollendi, dissidia.

Via cessionis trium Pontificum dissidentium electa.

Hanc *viam cessionis* Dominus dictus *Petrus*, dum Legationis officio in Francia fungeretur, approbavit, collaudavit, & contra bonæ memoriæ tunc Clementem VII. profecutus est.

Hanc modum ejus fecit Petrus de Luna.

Præterea Domini *Cardinales*, quorum dictus Dominus *Petrus* et ut unus valen-

Cardinales ejus fecit.

Digitized by Google

modum laudandi.

volumus providere Ecclesiæ Dei, magnificum Dominum Clemente, ante ingressum conclavis pro electione futura, juraverunt & eorum quilibet juravit, quod si eum contingeret in Papam eligi, professuretur *nullatenus Ecclesiæ per schismatis* inclusive, requisitus a Cardinalibus vel eorum majore parte.

Petrus cedendum Papatui sub hac forma ad viam prædictam *cessionis, ejus* [illegible] *ubi foret* [illegible] *opus.*

Et quia *cedere* [illegible] dictus Dominus *Petrus* [illegible] *sub hac* [illegible] pacem daret, [illegible] Et eundem ex post [illegible] per dictam *cessionis viam* Ecclesiæ prædictæ pacem daret, sicut [illegible] ingressum conclavis juravit.

Cessionem dependit.

Acceptavit etiam expost promisit, juravit, ac; sollenniter vovit dictus Dominus Petrus *pacem dare Ecclesiæ per viam cessionis.* Imo consequenter eandem *cessionem*, contendentibus secum de papatu, aut cum ejus successoribus, cedentibus, decedentibus, vel ejectis obtulit, ac reipublicæ Christianorum pollicitus est.

Non præstitit, ubi Cæsarea Gregorius

Quamvis tamen *cessionem* nondum fecit. Quamvis secum de Papatu contendentes, ille videlicet qui *Gregorii XII.* dicebatur, *in sacro Constantiensi Concilio* legitime congregato, *in præsentia Domini Sigismundi Romanorum Regis semper augusti*, per ministerium Magnifici Caroli de Malatestis, legitime [illegible] *juri* [illegible] renunciaverit: Dominus [illegible] qui *Johannes XXIII.* dicebatur, post *depositionem ipsius per dictum sacrum Concilium secutam*, hocidem, scilicet *cedere & renuntiare* voluit atque fecit.

Non igitur restat ad veram pacem & perfectam in Ecclesia sancta consequendam, nisi *renunciatio* facienda per prædictum Dominum Petrum. Proquæ requirendo, & ipsum ad hoc inducendum, *invictissimus Romanorum Rex* prædictus, *pacis Ecclesiæ fervens amator Zelator*, & qui *pro ea gratiose per triennium laborasti*, perseveraliter *ad Regnum Aragoniæ*, ad præfatum dicti Domini Petri ac Serenissimum Aragonum Regis, cum maxima expensis, periculis & laboribus, [illegible] *Venerunt etiam* [illegible] *generalis curiæ* Episcopi, Magistri & Consules, Doctores *numero duodecim*, viri utique *Concilii*, doctissimi, peritia lingvarum & experientia rerum decorati, & *ex eorum ipsius comitiva, ex parte præfatorum Concilii ad pacem Ecclesiæ consequendam missi.*

Cæsar & Legati nuncii Concilii Petrum Petrum [illegible] *ad pacem Ecclesiæ* [illegible] *ri per cessionem* dicti Domini *Petri pacem runt*, hortati sunt, & requisiverant rationibus efficacibus, aptis, & [illegible] convenientibus, & opportunis, cum quanto poterant honore & reverentia fieri, ne excusationis vertum, sicut [illegible] alias fecit, aliquo protextu, aut [illegible] occasione capere posset.

Et quamvis prædictus Dominus Petrus fateretur, se magis quam vivente aliquem ad unionem Ecclesiæ obligari, ac semper dixerit verba generalia in sui significatione opportuna: Attamen ad species mente concipere dixerit, per plures & diversas dilationes [illegible] *Negotia cessionis cima Septembris ultimi, ad quintam decimam Octobris* sequentis inaniter protraxit. *protractis- navit Pe-*

Et promisso, quod dicta *decima* [illegible] *ta die* finem materiæ daret, *schedulam* quandam, quam *secundo die* dare potuisset, illo tunc porrexit. Quæ quidem *schedula*, prima sui inspectione, justitiæ colore deabata existit, ac more tabulæ vermibus corrosæ, quæ noviter depictæ & speciosa videtur ignorantibus ea quæ sub pictura abscondita sunt, ea quæ sub pictura absconditæ sunt, rationabilis apparet. Quare ut latentia detegamus, circa singula ejus puncta paulisper insistendum est.

Primo asserit, Dominum Regem Romanorum sibi supplicasse, quod *ad viam aperire*, qua [illegible] posset unio haberi. Quod, pace sua salva dixerim, falsis-

Cæsar Sigismundus Concilio [illegible] *dictus* [illegible] *Ecclesiæ* [illegible] *Regnum* [illegible] *Ecclesiæ*

Petrus de Luna, Ao. 1415. umbram cessionis. pacis reperiens. Vide supr. c. 2.

Refutata Petri propositio.

Vid. supr. cap. 2.

lationem continet. Quia prælatus Dominus Romanorum *Rex aperitionem nullatenus petiit*, seu pro eisdem supplicavit. Sed monendo, exhortando, & requirendo, præfatum Dominum Petrum *rogavit*, quatenus *dare placeat Ecclesiæ, per viam cessionis*, eandem viam expresse & simpliciter petendo, & de nulla alia faciendo mentionem,

Vid. sup. c. 2.

Insuper in dicta *cedula* offert dictus Dominus Petrus viam quam appellat *justitiæ*, quæ revera dici debet *discussionis juris*, quod ipse prætendit. Quam *viam* asserit securiorem, salubriorem quæ facilius videri possit. At hæc *via* est *impossibilis*, & per consequens difficillima & quæ videri juridice non potest. Nam ipsa fundatur super facto electionis dicti Urbani VI. qui fuit primus post mortem bonæ memoriæ dicti Gregorii XI. ultimi indubitati universalis Romani Pontificis. Super quo facto inveniuntur instrumenta authentica penitus contraria, & depositiones notabilium personarum etiam contrariæ. Nam per aliqua instrumenta & depositiones apparet, quod Domini Cardinales, tempore quo dictum Urbanum elegerunt, erant in plena libertate, & quod, antequam tumultus fieret, electio erat de ea juste & debite celebrata. Aliis autem instrumentis & probationibus apparet, justum metum in electione prædicta intervenisse, ita quod *hoc schisma pro utraq; parte est probatum* coloratum. Modo certum est ex facto jus resultare debere. Item pauci sunt, qui testimonium in materia prædicta ferre possent propter longævitudinem temporis. Quare apparet quod dicta *electionis via* juste & rationabiliter alias fuit *recepta*, tanquam impossibilis.

Vid. sup. c. 2.

Præterea *offert* dictus Dominus *Petrus viam cessionis modificatam*, ut infra patebit, *nullam aliam viam excludendo*. Quod si intelligat per hoc, se omnem viam receptorum, quæ per Ecclesiam pro unione habenda ab ipso peteretur, bene intelligit. Quia omnis modus, per quem ad unionem deveniri potest, debet per ipsum acceptari, & nullus excludi. Sed si intelligat, quod per oblationem aliorum [illegible] cessionis, non [illegible] tus est ab obligatione, qua tenetur viam cessionis accepture, deinitur. Quia ad istam *cessionis viam* [illegible] *jure divino & humano*, promissum [illegible] ramento, voto & pollicitatione, quod nullo alio modo, aliam [illegible] ferendo non requisitam, liberari potest. Aliud enim pro alio vito cedentore solvi non potest.

Vid. c. 2.

Cæterum *viam cessionis* [illegible] *jurament per prius*, [illegible] Reges & Principes Christianorum [illegible] tanquam vero Christ[illegible] *ant*, *quod fuit ra* [illegible] *in loco secura*, *statim* [illegible] *dare deputatos*, *qui super* [illegible] *& concordent*. Sed temerarium [illegible] electo videtur præsumere, quod Reges & Principes futuro summo Pontifici, obedientiis duabus concordatis & dicti Domini Petri conjunctis habeant non obedire. Nam certum est, quod Reges & Principes obedientiæ Concilii, obedire non different. Quia concilio obedierunt, obedient & obedient. Nam suos Ambaiatores in Concilio præfato habuerunt, & habent, & per Dei gratiam habebunt. Sic & jam de Principibus obedientiæ dicti Domini Petri rationabiliter præsumendum est. Quare *provisio* prædicta non videtur requirenda, tanquam *inutilis dilatoria & impeditiva*, ac schismatis nutritiva. Et præterea omnes Regum aut Principum Christianorum satis nollet dictam promissionem sufficientem dare. Sic enim in unius personæ potestate esset unionem Ecclesiæ differre, quod multum periculosum existit, propter corruptiones, quæ datis promissis aut remissis fieri possent.

Vid. supr. c.

Quod autem *futura electio fiat canonices*, non erat cautio petenda. Nullus enim virtuosus aut bonus debet dubitare, quin, duabus obedientiis prædictis simul conjunctis, si non sic sufficienter [illegible] nunc electioni futuræ provisum, providetur per sacrum universale innovatum concilium sic conjunctum, de quo nullo modo suspicari debet, quin

Digitized by Google

quæ declarationem futuris temporibus fieri debeant; cum in humanis non de aliquo tantum sit prouidendum in his quæ eidem & Ecclesiæ statum concernunt, sicut in sacro concilii & universali indubitato Concilio totius Ecclesiæ, cui Spiritum Sanctum adesse credendum est, ac sanctorum Patrum doctrina tenendum.

V. sup. c. 2. Petit ulterius, quod *in loco tuto fiat electio*. Super hoc *locum tutum* quærat, voluminosum processum & fundationem, dissuasiones, *quæ aut non* [illegible] *tenere* possit *propter diversa* [illegible] *constitutiones* [illegible] *curus* esset *vel* [illegible] quod sancti Patres *non curarunt* [illegible] *quam de animum in dicto Concilio* [illegible], graventur *mutatione loci*. Maxime, quia dicta mutatio non est necessaria Ecclesiæ, sed verius pacis ejusdem dilativa, & in casu impeditiva. Quis enim si mors contingeret Regi Romanorum, vel aliis dictum negotium manutenentibus? Constat, quod ipsa *dilatio*, est destructio totalis unionis Ecclesiæ.

Item *Constantiæ locus electus*, est nedum *securus* sed *securissimus*: Quod per anni circulum probatum est: Et in tantum, quod *præfato tempore durante rumor aliquis vel violentia aut metus alicui illatus fuisse* [illegible] *non est*. Nec est suspicandum, Romanorum Regem non posse aut debere securitatem dicto loco præstare, & sic per indirectum perderemus tam, tam, tot anni, quas triennio laboribus corporibus quamplurimis & expensis gravissimis perquisivit.

Postremo, sicuti prælatus Dominus Petrus *deputatos pertit* sibi dari per Regem Romanorum, sic etiam *concessi* sunt, *secum* numero, *inter quos ego alter existi*, & ipse totidem sua ex parte deputavit. Qui omnes in præsentia *novem mediatorum à Serenissimo Rege Arragonum deputatorum* materiam in prædicta cedula contentam discussimus.

Verum post aliqualem disceptationem, prædictæ *cedulæ declarationem* petivimus nos invicissim Domini Regis Romanorum ex parte deputati. Et quo inter declarationes obscuritatis cedulæ prædictæ *expositiones fiebant*; quæ medius aliquos *confici* ex parte videbantur rationabiliter impugnandæ, ad quas per alium latorem responsum exiliit: *Mediatores* prælati, prædictis intellectis, rem in manibus suis receperunt, seu ad se advocarunt, quatenus super prælocutis mediarent, ad honorem Dei & bonum negotii. Unde pluribus diebus expectatis, prælatus Dominus *Petrus*, qui clare & dilucide *finem negotii dicere se velle imponere*, post plures procrastinationes, intentionem quam haberet circa prædicta declarando, ejus *practicam in alia cedula*, cujus sequitur tenoris effectus, expressit.

Asserit enim *primo, quod ipse* cessione *per eum facta, hac vice Romanum Pontificem debet eligere*. Affirmat enim, quod fundamentum ad justificandam viam cessionis est propter dubitatem, quæ esse dicitur super jure Papatus, ex qua insurgit dubietas circa jus eligendi Papam. Modo penes eum est jus eligendi Romanum Pontificem certum. Hoc autem certitudo ex dubio jure alterius non debet reddi incerta: Item quia post cessionem per ipsum factam recuperabit eligibilitatem pristinam Cardinalatus, quam habebat.

Hæc *Practica* in evidenter sui fundamento *veritatem* [illegible]. Nam fundamentum ad justificandam viam cessionis, circa jus papatus, sed quia ipsa *cessionis est expedientior*, brevior, facilior, & sola conficientiarum purificativa, ad tollendum tam induratum & inveteratum schisma, & evitandum scandalum commune & notorium, quod ita libet de populo afficit. Unde si prælatus Dominus Petrus haberet ita certum & indubitatum jus in papatu, sicut habet B. Petrus, pro evitando tanto scandalo *cedere tenetur*, imo nedum cedere sed & *mori se exponere*, exemplo pastoris nostri veri, primi Papæ, *Christi* benedicti, *cujus actio nostra est instructio*. Præterea per adventum status suprem[illegible] confunditur interior, in quo character non erat impressus. Et hic per assertionem dicti Domini Petri ad Apo-

ſtolatum, Cardinalatus fuit conſulus. Nam in Cardinalatu, ut ſic & in ſe conſiderato, character non imprimitur, ut notum eſt, & ſic nihil reliquiarum priſtinæ dignitatis remanſit. Item aliàs ſequeretur, quod Papa eſſet caput, & membrum aliud corporis myſtici Eccleſiaſtici, quod eſt abſurdum. Nam monſtrum eſſet, unum & idem membrum, ultra naturam ſuæ ſpeciei eſſe multiplicatum in corpore aliquo, vel ipſum partem unius membri, & partem alterius aſſicere, ut ſi pars capitis eſſet manus, & ſic ipſum caput eſſet partim caput, partim manus. Rurſus eſto, quod jus Cardinalatus non amitteretur ad adeptionem papatus, attamen ad Papatum & Cardinalatum per ſententiam facti Piſani Concilii contra præfatum Dominum Petrum latam, omnis dignitatis expers redditus eſt. Quare niſi de novo habiliteretur & promoveatur, apparet Cardinalatum penes ipſum non exiſtere. Inſuper certum eſt præfatum Dominum Petrum interfuiſſe electioni celebratæ poſtquam ad tam execrabile ſchiſma pervenitum eſt. Et per plures aſſeritur, ipſum alias publice dixiſſe, quod tempore quo elegit Urbanum prædictum, ipſe erat in plena libertate. Quod ſi ſic, privatus eſſet ſaltim hac vice jure pontificem Romanum eligendi.

Ultra practicam prædictam *in eadem cedula* ſubjunxit prælatus Dominus Petrus ſequentem in terminis, videlicet: *Quod de conſenſu præfati Domini noſtri Papæ, Domini Cardinales, compromittant de electione futura, qua poſt ceſſionem Domini noſtri imminet ſienda, in certos compromiſſarios, in numero de quo concordatur. Qui quidem compromiſſarii poteſtatem habebunt faciendi, omnes vel eorum majores partes, dictam electionem: Et conſimiliter illi Domini qui in alia obedientia ſe Cardinales fuerunt nominati, in perſonas alias compromittant, dantes eis conſimilem poteſtatem cum approbatione congregationis Conſtantienſis: Qui quidem compromiſſarii tam eſſi quam illi ponantur in loco ſecure, & ſub arcta & fideli cuſtodia, de una fuerit concordatum, inclauſi, omnibet ad partem ſuam: Dicitur, quod deliberatio utrorumque Compromiſſariorum concurrat ad unam & eandem perſonam ad munus ad papatum. Poſtea vero dicti compromiſſarii, videlicet utrique ad partem ſuam, vel ſe, ante actum electionis faciant ſcribi unum inſtrumentum authenticum deliberationem per ſe habitam de perſona illa eligenda. In qua quidem deliberatione concurrat unanimum vel majoris partis compromiſſariorum, & cujuslibet prædictarum duarum partium: Et per alias medias perſonas ad partem notificari inſtrumenta dictarum deliberationum. Quibus quidem notificatis, facta electione compromiſſarii ad eam perſonam ſeu perſonam concordatam, [illegible] Quæ ceſſione facta [illegible] miſſarii prædictorum Cardinalium [illegible] noſtri Papæ dictam p[illegible] Et ſtatim poſt hæc eadem [illegible] ſentatio utriuſque electionis, ſeparatim tamen, ipſi electa. Qui quidem electus acceptet Papatum & extinctæ pro vero Romano Pontifice habeatur.*

Practica prædicta eſt *impoſſibilis*, de jure canonico & civili, jure naturali, divino & morali conſtabilis. Vult enim quod, unius & ejusdem electionis, quæ communiter & una ſimul fieri debet, fiant *duæ electiones ſeparatim*, contra omnium jurium intentionem & cauſam finalem electionis, nec hoc à ſeculo auditum eſt aut ſcriptum. Volucrunt enim jura, quod electio fiat communiter, quatenus electores habeant unus alium monere de meritis eligendi, tractatu inter eos habito ſuper neceſſitate & utilitate Eccleſiæ, cui Pontifex debet proficiſci, ſi ad honorem Dei & utilitatem Eccleſiæ ac bonum Chriſtianitatis aliunde poterit. Nam nullus dubitat quin facilius inveniatur quod à pluribus quæritur: Et ſæpe minoribus eſt revelatum, quod majoribus eſt abſconditum. Item omni jure damnatiſſimum eſt, quod ante electionem ad unam tantum perſonam habeatur reſpectus & quod unius tantum fiat electio. Primo, quia jure teſtante electio eſt plurium, nec reſpectu unius tantum fieri poteſt. Item Electores debent mere, libere, ſponte, & abſque [illegible] vel alio, quod miſeros hominum animos tenet, habere conſiderationem ad plures perſonas tam Eccleſiæ ſu[illegible] quam

quam aliarum Ecclesiarum, ut magis idoneum retinant, & *qui secundum quantitatem temporum Ecclesiæ possit magis prodesse quam præesse.* Et potissime in Romano Pontifice hoc est observandum. Quia in ipso est majus periculum. Quare etiam jura volunt, quod à duabus partibus electorum ejus fiat electio, non tantum à majori parte. Præterea omni juri contrarium est, quod vota electionis publicentur, antequam fiat electio. Nam primum electio & consequenter ejus debet fieri publicatio.

Vult consequenter *prædicta cedula*, quod compromissarii à Cardinalibus nostris eligantur antequam fiat cessio, quasi præsupponat cessionem de nullo debere operari, quæ tamen petitur à dicto Domino Petro quatenus concienziæ pacificentur, ad cautelam. Sic etiam honore utriusque partis servari posset electio vel provisio. Quare præfatus Dominus Petrus primo debet cedere, & consequenter *cessione facta deberet electio fieri*, secundum provisionem à juribus traditam. Nec colorem habet, quod cedere non vult, donec certum sit, quæ persona in Papam eligi debeat. Quia dato, quod secundum modum prædictum, omni tamen jure damnatum, fieret electio, esset in cujus potestate actum prædictum reddere nullius efficaciæ, differendo cedere, vel non cedendo.

Postremo ponitur, quod utriusque obedientiæ electionis separatim tamen fiat ipse electo præfentatio, qui quidem electus acceptet papatum & pro Papa habeatur. Hæc etiam *modus à jure damnatus* est. Nam non niti per unam electionem jus quæsiri potest electo. Aut ergo reputat dictus Dominus Petrus, electionem ex parte suorum Cardinalium factam non valere; Et sic frustra in practica deduxit talem modum eligendi. Aut reputat, electionem ex parte Dominorum Cardinalium nostrorum non valere; Et hic etiam delusoria esset magis electio, cujus practicam supra posuit, seu deceptiva, quam vera & realis. Imo prætata practica est diffamatoria alterius prædictarum partium.

Quare visum fuit tam *deputatis* prædicti invictissimi *Romanorum Regis*, quam etiam *medatoribus* supra dictis, quod *data practica ultima* erat *juri contraria*, impossibilis, *nec tenenda*. Idcirco dicti deputati, aliam *viam juridicam possibilem, facilem*, conscientiarum purificativam, ac honoris utriusque partis conservativam, divisionis & schismatis præsentis totaliter sedativam, ac pacis & tranquillitatis Ecclesiasticæ procurativam aperuerunt, *viam* scil. *cessionis* per *præfatam sequentem*.

Quod primo & ante omnia fieret habilitatio cujuslibet prædictarum partium per alteram, & quod fieret *conjunctim & alterius factio Concilii Constantiensis*, ad cautelam. Et quod consequenter fieret *unio obedientiarum* prædictarum ad invicem. Qua unione facta, dictus Dominus *Petrus haberet cedere, pure, simpliciter & absolute*, prout tenetur, atque debet. Quodque cessione prædicta facta & recepta per dictos deputatos, qui super omnibus prædictis plenariam habent potestatem, *terminus statueretur, infra quem* Præfati & alii, tam Ambasiatores Regum & Principum, quam Doctores qui sunt obedientiæ prælati Domini Petri, *possent accedere Constantiam, ut interfint Concilio*. Quo termino elapso, *procederetur ad electionem, secundum formam*, jam per sacros canones statutam, *& in concilio Constantiensi ordinatam*, seu per aliam formam, per concilium generale indubitatum, & *sic* conjunctum ut superius dictum est, præscriptam.

Unde, quamvis *præsens practica*, tam æqua, rationabilis & justa, sibi fuerit à dictis mediatoribus ac etiam consilio dictis Domini Regis Arragonum, ac gentibus Domini Petri, pluries præsentata & oblata, & quæ fuit *in persona Domini Angeli*, qui Gregorius XII. dicebatur, *practicata*, cujus practicæ copia per præfatos Deputatos Concilii tabellionata, & signata, Invictissimo Domino Romanorum Regi data exstitit, & consequenter, per præfatum Dominum Romanorum Regem dicto Domino *Petro tradita*, quam & adhuc penes se habere speratur: Noluit tamen *nequaquam cedere*, aut practicam prædictam acceptare, sed per dilationes *negotium*

se usque ad penultimam Novembris diffulit.

Hinc Domini *Legati & Nuncii Concilii* prædicta considerantes, deliberarunt, prædictum Dominum *Petrum solemniter requirere, quatenus cederet* simpliciter & absolute, & practicam prædictam acceptaret. Quod idem facere decrevit dictus Dominus *Rex Romanorum*. Quare audientia impetrata, *die vicesima Novembris* prætatus Dn. Petrus in præsentia qvatuor suorum Cardinalium, plurimorum Prælatorum, militum & nobilium, ac aliorum de genere suo, multitudine copiosa, doctorum & aliarum notabilium personarum præsente, *in castro villæ Perpiniani*, ubi residebat, in magna aula, stans *per me Archiepiscopum Tarraconensem* mandato collegarum & *procuratore nomine generalis Constantiensis Concilii requisitus ut cederet*. In propositione per me facta, in qua mediis ut valui, gratis & honorabilibus ostendi sibi, quod cedere tenebatur in loco Perpiniani, & quod nullo modo absque detrimento animæ suæ, famæ & honoris Regni Arragonum, progeniei suæ, ac prælatæ insignis villæ Perpiniani aliter facere potrat. Et de hoc eodem, ex parte invictissimi Romanorum Regis per Ambasiatam solennem Ducis Ludovici de Briga & militum ac doctorum, post propositionem prædictam per me factam, *fuit solenniter requisitus*. Qui dictus Dn. Petrus respondit: Quod certas practicas & scedulas dederat, quæ erant justæ & rationabiles. Et quod promtus erat ad prædictam cedulam addere vel diminuere, si esset aliqvid addendum vel diminuendum. Practicæ autem erant illæ, quæ superius sunt improbatæ. Unde etiam prædictus Dn. Petrus per Episcopum Sovetentem & quendam Doctorem proponi fecit ad excusationem sui qualiter debitum suum fecerat, & quod practicas dederat quæ erant rationabiles, quas se paratum dicebat rationibus ostendere, quod bonæ erant.

Verum *Legati* prædicti & *nuncii Concilii* per me proponi fecerunt: Quod, sicut in prima sua cedula petierat dictus Petrus, certi fuerant per Regem Romanum & ipsum deputati, qui cum mediatoribus per Regem Arragonum datis aliquibus diebus communicaverant super dicta materia: Et quod certa via, rationabilis, justa & canonica, scilicet *via cessionis*, quæ præsentialiter petita fuerat, & practica dictis suis deputatis & mediatoribus aperta fuerat; Videbaturque eisdem, quod illa practica deberet executioni mandari, & non aliqua de prædictis per Dominum Petrum præsentatis: Quæ parte ipsa deliberarant injustæ, & sic nec minus nec addi aliquid eisdem deberet, sed totaliter tolli & rejici debebant tanquam omni juri contrariæ. Quare *eum requirebam* nomine prædicto, ut cederet. Et quamvis prætatus Dominus Petrus vellet disputare super ipsum oblatis, Dominus [illegible] deliberaverant *non [illegible] tandum*. Quia suæ prælatæ [illegible] & æquitate penitus erant destitutæ, ac omni juri contrariæ, ut superius ostensum est. Hinc super eisdem non videbatur eis insistendum fore. Nam tacite improbabant & importunt denegationem illius, quod abipso petebatur. Etiam prætatus Dominus *Petrus erat circumdatus hominibus armatis* tenentibus enses & hastas, fecerantque omnia ostia aulæ, in qua propositio fiebat, per dictos armatos in magno numero custodiri. Imo omnes sui stipendiarii, balistarii & alii frigittarii erant armati, quasi ad bellum dispositi. Nec erat mirandum, si cum ipso, ei præsentibus talibus, super illo, quod nullum colorem juris aut rationis habet, non fieret disputatio; *Ac* videlicet [illegible] *castro munito respondere [illegible]*, cui lethalis actus inerat. Non enim decebat illum, qui pro Romano Pontifice se gerit, ubi per homines inermes procuratur ad pacem Ecclesiæ, quam ipse prosequi & procurare deberet, ipsam *materiam pacis tractare coadunatis hominibus armatis*: Quasi ipse, cujus tamen prædecessori, ut æstimat, improperatum a Domino extitit & præceptum, ne gladio materiali uteretur, *metum ingerendo his qui pacem quærebant*, Imperatoris terreni seu Capitanei cujus est arma materialia tenere, vices assumserit.

Dic ult. Nov. Archiepiscopus Narbonensis denovo invitavit Petrum nemine in castro Perpiniani, ubi cedebat, in Concilii ut Tarraconensem, cederet.

Negavit Petrus.

Disputatio lethalis inter armatos.

Ubi

Digitized by Google

Ubi jam sunt *lacryma & orationes*, quæ *arma* existunt *clericorum*, ut ajunt sacri canones? Evanuerunt ne? Utiq; mutatus est, proh dolor, color optimus. Et qui, *spiritualium verum administratores*, *exemplum* esse debent *aliorum*, *esse jam desinunt quod debent*, & *incipiunt esse quod non possunt*. O cocca statuum confusio! O inordinatus, & verius perversus vivendi modus! Ille, quem virtus & merita custodire debent, sibi ipsi conscius, exquisito & mendicato utitur indecentium suffragio contra propriæ professionis decorem.

Verum, quia *disputationem* prædictam aggredi nolucrunt deputati & nuncii præfati, jam publicat & prædicare facit præfatus Dominus Petrus, quod vias rationabiles aperuit: Nihilq; contra eas objectum est: Imo plus quam debitum est, fecit, & quod per eum non stat quo minus unio habeatur, quodque si via aliqua aperta fuisset vel practica, aut practicæ aliquæ meliores suis, ipsas promptus erat acceptare.

Attende Domine sancte Pater, Omnipotens æterne Deus, qui nec figmento falleris, nec simulatione decipi potes. Considera opprobria, quæ servis tuis propter te inferuntur, & qualia de diligentibus te, & pacem tuam cum omni mansuetudine & æqvitate quærentibus falso proferuntur.

Quid enim *Invictissimus Romanorum Cæsarie Sigismund Rex* pro prædicta pace facere omisit, quod facere debuit? *A finibus mundi ardor pro Eccle- orientalis ad ortus Meridionales venit*, post *sia fatica* prosecutionem prædictæ pacis Ecclesiasticæ, quasi per triennium continuatam, cum *maximis periculis*, *gravibus laboribus*, & *numerosis expensis ac permaximis tediis*, relinquendo tam regna quam alia propria. Nec à prædictis etiam immunes fuimus *legati & nuncii* præfati. Annon cum omni honore possibili, cum verbis allectivis, cum expectatione tædiosa, & plus quam decebat, expectavimus voluntatem dicti Dni Petri, quam ipse dicebat esse bonam, & ad Ecclesiam se habere, pro qua asserebat se etiam velle mortem recipere, pro qua tamen nec cessionem vult facere. An non post petitam cessionis viam, & certas *practicas per ipsum datas, mediis validis per nos improbatas*, tanquam omni juri & rationi dissonas, ac veritate carentes, quales etiam aliqui Consiliariorum præfati Domini Regis Arragonum magnæ auctoritatis viri judicarunt, viam prædictam cessionis per practicas justas & rationabiles superius declaratas obtulimus & præsentavimus, ac super eisdem cum suis & Domini Regis Arragonum præfatis deputatis pluries contulimus, & quas practicas adhuc penes se habet, & quæ sunt respectu Gregorii XII. dudum observatæ.

Verum præfatus Dominus Petrus, quasi obturans aures suas præfata audire non volens, vel contra audita & scita prædicta asserere non erubescit. Nec mirum, quia *palliamento depicto falsitas* *Obligatio* *egeri*, aliàs semper refutanda, nec eligibilis. Ubi est nunc voluntas totics *Petri de* *Luna ad* prædicata dicti Domini Petri? Ubi *cedendū* charitas ad Ecclesiam & Christicolas? *repetita.* Ubi fides? Ubi promissum? Ubi juramentum? Ubi quod solenniter vovit? Ubi adimpletio oblati contendentis cedentis, decedentis, vel ejecti? Ubi pollicitationis reipublicæ, Christianæ exsolutio? Debitor certe est viæ cessionis, pure, simpliciter & absolute. Debitor est inquam obligatione, quæ in dilectione proximi fundatur. Debitor etiam professione propria. Debitor per votum & juramentum, quæ necessario Deo reddenda sunt. Sed etsi prædictorum oblitus sit, adest *jus naturale, quod ad cessionem eum invitat*. Adest honor patriæ, honor progeniei, honor regnicolarum, sed & totius regni, à quo traxit originem, quibus nec majorem honorem facere potuerat, quàm pacem petitam in loco convento dare. O hominem deceptum! Et utinam non in sensum reprobum à Deo ad sui ignominiam datum! Ofenem, ætate viribus quasi corporalibus destitutum! Utinam miseriam mundanam & refutationem pomparum ejus consideraret: Meritum, gloriam & famam attendisset, profecto quod debet, si Deum timet, complevisset.

Sed ad excusationem sui allegat, *Exceptio* quod Ecclesiam *spontane* suam *dimittere Petri La-*

Digitized by Google

na contra cessionem.

non debet *adulterandam*: Quare debet de electione futuri Romani Pontificis providere, aliàs enim, ut asserit, graviter peccaret. An quæso dici possit, sponsam, parentibus propriis, in præsentia amicorum suorum sere omnium legitimè per sponsum commissam, esse traditam? Qui quidem parentes & amici cum omni custodia eandem recepissent, ipsamque tuentur, defensant, protegunt, & pro ejus statu felici laborant, & continuo laborare prompti sunt, ad adulterandum esse dimissam? Compertum est, quod non. Si ergo dictus Dominus Petrus cessisset, vel in Concilio, vel in manibus aliquorum nobilium Concilii, numquid Deo Patri, in præsentia filii sui, concomitati amicis venerabilibus, scilicet, Prælatis, Ecclesiæ doctoribus ac sanctis patribus, & principibus orthodoxis, qui plebem sibi commissam repræsentant, sponsam quam asserit suam reddidisset? Certe sic. Nec adulterandam eam potuisset dici, dimisisse, cum non sit aliquis, qui de ejus scilicet Ecclesiæ honore, statu & manutentia seu conversatione melius possit providere, quam sacrum Concilium, quod spiritu S. regitur. Quare tam circa futuri sponsi electionem, quàm alia statum ejusdem Ecclesiæ concernentia, tenendum est indubitanter, quod Concilium providisset, si provisiones jam factæ non sufficissent. Propter igitur rationes prædictas cessionem differre vel nolle facere, quilibet judicare satis potest quid importet.

Responsio.

Regis Arragoniæ fundium pro Petro ad cessionem invitando.

Prætacta igitur considerans Serenissimus Princeps, Dominus *Rex Arragonum*, de consilio Dominorum de prosapia sua, & plurium Prælatorum, Baronum, procerum & nobilium Doctorum, tam Ecclesiasticorum quam secularium, & virorum honorabilium, civitatum & locorum insignium regnorum suorum antedictorum, quòd dictus Dominus Petrus fuerat requisitus debite, juridice, & cum magna humilitate, cedere, & per duos menses expectatus, tam per prædictum Dominum Romanorum Regem quàm per venerabiles legatos sacri Concilii Constantiensis: Et quia practicam, sanctam & justam reputaverat: *Concluſit*, dictum Dominum *Petrum adhuc requirere, quatenus cederet.* Similiter etiam *concluſerunt* unà simul facere Serenissimi Principes, Domini *Regis Castellæ & Navarræ*, ac illustres *Comites Armeniaci & Foxi.* Quæ per eos *conclusa die 9. Nov.* præsentis incepe- runt facere, dictum Dominum Petrum requirendo, *in castro Perpiniani*, in quo residebat, ministerio Illustrissimi Principis Gerundæ, primogeniti Domini Regis Arragonum prædicti, in præsentia dictorum Dominorum Comitum & Ambasiatorum, tam Regum quàm aliorum supra nominatorum: Qui quidem similiter ipsum Dominum Petrum requisiverant.

Die 9. Martii 1415. invitatus ab Hispanis Legatis Concilii cessionis ad cessionem. Luciæ.

Verùm, quia responsio, facta per dictum Dominum Petrum non videbatur nec erat sufficiens, deliberaverunt prætati Domini, secundò & tertiò, *cum protestationibus & comminationibus certis* ipsum requirere.

Sed dictus Dominus *Petrus*, sibi ipsi conscius, *a loco Perpiniani recessit*, & ad *Perpignaleas*, suas se transtulit, asserens se ju- *liberum.* *Fuga Petri a nianoCol- lium* metum habere.

Cumque secundò & tertiò, ut deliberatum fuerat, modo supradicto requisisset in loco *Coquilberi*: *Die 14. Nov.* respondit, quod ad locum, ad quem destinaverat accedere, nondum venerat: Et, dum ibi esset, responsionem faceret, si ad ipsum pro ea obtinenda mitteretur.

Considerate devoti servi Christi fideles, & catholicis animis quæso revolvite prædicta. Certe, longo tempore rectam in lucem productam conspicietis dicti Domini Petri intentionem. Hic homo verbis generalibus, multum attractivis semper usus, profitebatur, nedum se velle cedere, sed etiam mortem suscipere pro unione Ecclesiæ. Et, dum videt Reges, Principes, Prælatos plures, proceres, nobiles, cives, & incolas suæ obedientiæ in unum convenire, ut mediis juridicis matri suæ Ecclesiæ succurant, & ipsam uniant, jam, *qui verum se Christi vicarium asserit, cum maxima commoda Dominici gregis tractari conspicit, mercenarii*

vii vices assumit fugiendo. Fuga enim, teste lege, præventum, suspectum reddit. Verum nedum fugit realiter, sed dictis & scriptis asserit, se debite omnia, quantum in eo est, & erat, fecisse. Quæ an vera sint, ex prædictis compertum habetis. Sumite itaque vires, capessite fortitudinem Catholici. Non vos tuja deleret, non falsa alleveratio ab incepto glorioso retrahat. Christum, & ejus armaturam, charitatem & perseverantiam induite, & præcincti tenete. In messem Domini hora jam appropinquat. Fidales facti sint, quibus quod in se est. Viri Ecclesiastici, exempli *Pauli*, doctoris dilectissimi, *qui Petro in faciem restitit*, deneganti quod debuit, pacem videlicet Ecclesiæ per cessionem toties debitam, & per sequelam schisma nutrienti tam pestiferum, Petro Lunæ, resistite: Ac populum à Deo vobis traditum instruite, ea quæ paci contraria sunt, avellite. Vos pugiles Ecclesiæ, Principes, fortia tractate compescite. Sæpe enim, ut ait canon, per terrenum regnum, cœleste proficit. Hujus potestatis culmina intra Ecclesiam, de quo Domino reddituri estis rationem, tenetis. Vos verò fideles alii, superioribus vestris, quibus à Deo data est potestas, in his obedite, & per adhærentiam, causam Dei & matris vestræ Ecclesiæ defendite. Ut sic post gloriosum triumphum in eadem coronari possitis à vero sponso ejus, Christo, qui Deus est pater fortitudinis & consolationis, faciens utraque unum, cui sit laus & honor in perpetuum. Amen.

Narbonæ, Anno Domini M CCCC XV. mense Novembr.

CAP. XIV.

A. 1415. *d.* 13. Dec. *Capitula Narbonensia concordata pro unione, per Regem Romanorum & Ambasiatores Concilii ex una, & Ambasiatores Regum & Principum & aliorum de obedientia Benedicti XIII. ex altera parte.*

Ex gemino MSCto Vindobonensi, Parte II. Act. C.C. f. 131. *& Parte IV. f.* 99. *ut & MSCtis Act. C.C. Brunsv. Lipsi. & Gorlic.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & filii & Spiritus S. Amen.

Tenor hujus veri & publici instrumenti cunctis pateat evidenter: Quod *die Veneris, tertia decima mensis Decembris, Anno à nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quinto decimo*, Indictione octava, *hora secunda post meridiem*, ante tamen prandium, existentibus & congregatis in Capitulo novo Ecclesiæ Narbonensis Reverendissimis & Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis Miseratione divina Jacobo Archiepiscopo Turonensi, Petro Ripensi, Jacobo de Opizis Adnensis, & Johanne Gebennensi, Episcopis: Nec non Johanne de Opizis Decretorum Doctore Causarum sacri Palatii Apostolici auditore, Lamberto de Stipite, Priore Prioratus Conventualis de Bertrannia Ordinis S. Benedicti Leodiensis diœcesis, Decretorum Doctore, Benedicto Gentiani, Conrado de Susato, Sacræ Theologiæ Professoribus, Johanne de Fabrica, Legum, Johanne Buellis, Hugone Huwez & Bernhardo de Plancha, Decretorum Doctoribus, sacri Generalis Concilii Constantiensis, sic per ejus obedientiam nuncupati, legatis, nunciis & procuratoribus, qui cum Serenissimo Principe Dno. Sigismundo, Dei gratia Romanorum Hungariæ Croatiæ &c. Rege semper Augusto, pro pace & unione sanctæ matris Ecclesiæ ad partes istas per idem Concilium transmissi venerunt: Assistentibus eis & in bonum cooperantibus etiam Reverendissimis in Christo patribus, Dominis Francisco Divina miseratione Narbonensi, Sanctæ Ro. Ecclesiæ Camerario, Reginaldo Remensi ac Johanne Rigensi Archiepiscopis, Guidone Abbate Crassensi, Illustribus & Magnificis Principibus Dominis, Duce Brigensi, Comite Palatino Ungarico Comite Bertholdo Brunone de

de Scala Veronæ & Vicen. &c. pro sacro Imperio Vicario Generali, Guilielmo Asser, pluribusque aliis Baronibus & nobilibus dicti Dni. Imperatoris Consiliaris, ab una: Nec non multum honorabilibus & providis viris Dominis Didaco Ferdinandi de Quiniones, Domini Regis Castellæ, & Didaco Ferdinandi de Vadiello, militibus & Consiliariis dicti Dni Regis Arragonum, & Magistro Philippo de Madalia, in facta pagina Professore, ac Sperante in Deo Cardona, Jurisperito, & Bonanato Petri, Decretorum Doctore, Ambasiatoribus & Procuratoribus dicti Dni. Regis Arragonum, ac Magistro Garcia de Falcibus, Secretario Dni. Regis Navarræ, ac ipsius & Dni. Fuxi prædictorum Ambaliatore & Procuratore, ab alia partibus: De & super pace & unione Ecclesiæ antedictis, habitis per eos prius pluribus diebus præcedentibus variis & diversis tractatibus, fuit tandem ad conclusionem sive concordiam inter eos deventum, ut continetur in Capitulis, quorum tenor sequitur sub his verbis:

Die Veneris XIII. mensis Decembris anno Domini M. CCCC XV. Indictione VIII. sunt subscripta Capitula concordata in Capitulo novo sanctæ Ecclesiæ Narbonensis, hora secunda post meridiem, ante tamen prandium, & in Camera magnæ turris novi palatii Archi Episcopalis.

Capitula XII. sequentia per Serenissimum Dominum *Romanorum Regem*, & Dominos *Legatos Concilii Constantiensis*, sic per ejus obedientiam nuncupati, ab una parte, & Dominos *Ambasiatores Dominorum* Illustrissimorum *Regum* & potentum, ac aliorum Dominorum Principum obedientiæ Domini Benedicti Papæ XIII. sic etiam per ejus obedientiam nuncupati, ab altera, *pro unione* in sancta Dei Ecclesia consequenda, *concordata* extiterunt cum Dei adjutorio modo infra scripto.

I. *Patres Concilii* Primo, quod *convocatio fiat per Prælatos*, cæterosque viros Ecclesiasticos, *in* dicto *Concilio Constantiensi*, sic per ejus *Constanti*, obedientiam ut præfertur, nuncupato, *ensibus. existentes* & congregatos, de Regibus & Principibus prædictis, Cardinalibus & Prælatis, & cæteris viris de obedientia dicti Domini Benedicti Papæ XIII. sic etiam per ejus obedientiam, ut præfertur, nuncupati, qui ad generale concilium debent & sunt conveni vocari, *per literas opportunas dilectorum Dominorum patris Petrum de Concilio Constantiensi*, quæ emanabunt

hcienti potestate fultos, ibidem in Constantia congregatos convocabunt.

Hoc addito, & etiam intellecto, quod *literæ convocationum mittantur ad Dominum Regem Arragonum sexaginta*, in numero: Scilicet *viginti*, quæ dirigantur ad Serenissimum Dominum *Regem Castellæ*, & prælatos regni sui, & aliæ *viginti*, quæ dirigantur *ad* Serenissimum Dominum *Regem Arragonum* & Siciliæ & Prælatos regnorum ipsorum, & *decem*, quæ dirigantur *ad* Illustrissimum Dominum *Regem Navarræ* & Prælatos Dominationis ipsius, & *quinque*, quæ dirigantur præpotenti Domino *Comiti Armaniaci*, & aliæ *quinque*, quæ dirigantur præpotenti Domino *Comiti Fuxi*, prout in eisdem literis debet seriosius contineri.

Vid. supr. f. 543.

Forma Convocationis literarum, in primo articulo conclusa, talis est.

Miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prælati & ceteri in Constantia Provinciæ Moguntinensis in Christi nomine congregati, Illustri Principi Ferdinando Dei gratia, Arragonum, Siciliæ, &c. Regi, salutem & Ecclesiasticam unionem feliciter intueri. Quanquam misericordiæ divinæ neq; mensuram ponere, neque ejusdem tempora definire possimus indies: Attamen quos diligit castigans compertum habemus flagellat, ut in tentatione proventu faciant, & probatos ampliori retributione prosequatur. Ipso siquidem permittente, à triginta octo annis & amplius, populus ejusdem peculiaris, qui Christiano nomine gloriamur, afflicti fuimus pestifero & execrabili schismate præsenti, cujus occasione omnium pene bene vivendi modorum status confractus est, Ut cessaret angelus percutiens, altissimum exoravimus, & indefessi ad id sudores nostros & animos aptavimus. Propitietur populo suo misericors & miserator Dominus, deprecamur, & secundum altitudinem cœli à terra corroboret misericordiam suam super timentes se. Unde quanquam varios perpessi fuerimus pro pace Ecclesiæ consequenda labores, & per anni circulum & ultra hic vacaverimus: Nondum venit dies Domini, in qua pace frui optabamus. Verum appropinquat, speramus in ipsius auctore, quia arrhas ipsius reperimus. Nam Dominus, qui Gregorius XII. in sua obedientia dicebatur, sponte cessit. Sic & Dominus, qui Joh. 23. dicebatur, facere voluit atque fecit. Ut autem hoc idem faceret Dominus Petrus de Luna, qui Benedictus XIII. in sua obedientia nominatur, legatos & nuncios nostros ad Serenitatem Vestram, & ipsum, cum Serenissimo Romanorum Rege, Venerabiles & Reverendos Patres & doctissimos Viros, Archiepiscopum Turonensem & alios Collegas destinavimus. Qui quidem Dn. Petrus, admonitus, rogatus, exhortatus, & requisitus humiliter apte, debite & juridice, cessionem, per ipsum jure divino pariter & humano ac alias multipliciter debitam, facere noluit. Sed hucusque distulit atque differt, in totius Ecclesiæ scandalum & populi Christiani jactutam & animæ suæ detrimentum. Quam quidem cessionem ut faceret per nos fuit dictus Dn. Petrus requisitus pluries & per Principes & communitates notabiles obedientiæ suæ. Idcirco ut filii pii matri suæ compatientes enitimur, quantum in nobis est, ut annisi fuimus, pacem prædictam obtinere, & animos virtuosorum virorum allicere: Quatenus in illo, qui est verus Ecclesiæ sponsus, congregati una simul matrem Ecclesiam uniamus, & indecentia quælibet, quæ dicti schismatis occasione pullularunt, tollamus & de medio auteramus. Hinc Serenitatem Vestram obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, per adspersionem sui pretiosissimi sanguinis, per pretium redemptionis nostræ exoramus, requirimus & monemus, quatenus ob Dei reverentiam ad tractandum super infra scriptis una nobiscum *veniatis*, & subditos vestros, qui pariter possunt & debent

conciliis generalibus intercise, quos una vobiscum præsentibus convocamus, monemus, *inducatis*, & eosdem auctoritate à Deo vobis tradita, qua potestatis culmina intra Ecclesium principatus proprii decore tenetis, de eadem Domino redditurus estis rationem, juxta dispensationis vobis traditæ modum *convocetis*, ut tali die &c. in Constantia compareant, ob schisma sedandum, unionem Ecclesiæ procurandam, reformationem etiam ipsius Ecclesiæ tam in capite quam in membris complendam, & dejectionem Petri dicti effectualiter faciendam, & ad electionem unici futuri Pontificis procedendum, ac pro aliis causis & rationibus quæ ad generale Concilium de jure pertinent & spectant. Per hoc enim populum, quem Christus suo sanguine pretioso acquisivit, in unum ovile ad gloriam æternam consequendam aptaveritis, ac debitum Deo & Ecclesiæ matri nostræ reddideritis, æternæque vitæ retributionis præmium consequi poteritis. *Datum Constantiæ &c.*

II. *Novam Convocationem, Constantiensium & Hispanorum, esse debere generalē. Negotia in Concilio tractanda.*

Secundo, quod dictæ convocationes fiendæ per Dominos de Concilio Constantiensi, sic per ejus obedientiam nuncupato, & etiam per dictos Dominos Reges & alios &c. nec non congregatio & constitutio Concilii generalis fienda per dictos Dominos Reges & cæteros de obedientia dicti Domini Benedicti Papæ XIII. sic in sua obedientia, ut prælertur, nuncupati, possint fieri & fiant generaliter, ut deferatur honori Concilii jam dicti, scilicet *pro extirpatione schismatis & hæresium*, pro sancta *unione Ecclesiæ, pro reformatione universalis Ecclesiæ in capite & in membris*, & pro unico eligendo pastore, & pro aliis causis rationabilibus, (& rationibus) quæ ad generale concilium de jure pertinent & spectant.

Sed ad partem promittatur & firmetur per Serenissimum Dominum Imperatorem, & per Dominos prænotatos Prælatos, & cæteros spectabiles viros, hic missos, ex parte Dominorum de dicto Concilio Constantiensi, nomine dicti Concilii & etiam proprio, mediante publico instrumento, cum juramentis, quod in Concilio Constantiensi uniendo & constituendo, ut præfertur, *non tractabuntur*, ordinabuntur, statuentur, vel fient, tractari, ordinari, aut fieri permittent, directe vel indirecte, *aliqua concernentia* aut tangentia dictos Dominos *Reges, Principes, Prælatos, & alios obedientiæ* dicti Domini *Benedicti*, *Negotia Constantiæ Concilio*, vel aliquem ex eis, nisi solummodo *circa removendam causam ejectionis* dicti Domini *Benedicti*, *& electionis futuri summi Pontificis, & reformationis Ecclesiæ in capite & in membris*, & causa hæresium, cum dependentibus, emergentibus, &c.

Et quod dicti Domini de dicto Concilio Constantiensi ratificabunt & approbabunt hujusmodi promissionem & obligationem mediantibus publicis instrumentis, ut supra; Et quod quod prædicta promissio, &c. & securitas specialis, confirmentur, & rata habeantur, & noviter firmentur, & statuantur per dictum formandum concilium sufficienter, prout fieri debeat, & est solitum, antequam procedi valeat ad aliquos actus, postquam iuerunt uniti.

Et quod, si contrarium fieret, Domini Reges & Principes, & alii de obedientia dicti Domini Benedicti, ab expresso ex nunc ajant & dicant, quod illa sic in contrarium facta per formandum & uniendum concilium habeantur pro invalidis atque nullis ipso jure: Et quod ad observationem eorum dicti Domini Reges & Principes & ceteri de prænotata obedientia dicti Domini Benedicti minime teneantur.

III. *Hispanos cum Concilio Constantiensi unire.*

Tertio, quod prælatis de obedientia dicti Benedicti, venientibus ad Constantiam, *statim fiat unio eorundem ad dictum Concilium Constantiense pro faciendo unum universale Concilium.*

Quo facto, quia Domini Reges & Principes, & alii dictæ obedientiæ ejusdem Domini Benedicti, dicunt esse certissimum, quod non possint licite obedire alicui in Papam eligendo, ut vero Papæ, nisi prius *vacaret papatus mortē aut renunciatione* dicti Domini Benedicti pure & libere facta, prout de jure, divino pariter & humano tenetur, vel *per* justam & legitimam ipsius *depositionem*, seu depositionis declarationem, & *ejectionem* a papatu per dictum Concili-

um vel ejus autoritate fiendam: Propterea *in favorem* dictæ *unionis consequen-de* est concordatum inter Serenissimum Dominum Regem Romanorum, & alios Dominos de Concilio Constantiensi, quod ab eis sacrum generale Concilium appellatur, & inter Ambasiatores & procuratores dictorum Dominorum Regum & Principum, quisunt de obedientia dicti Domini Benedicti, quod,

Ante electionem novi Pontificis ante quam *ad electionem unius summi Pontificis procedi valeat, per dictum Concilium*, vel per alios, ad quos pertineat, *procedatur per datur per dictum Concilium sic unitum con-Constantiense Concilium aut subsequentem renunciare papatui sede vacante pure & libere*, pro ut de jure divino *movendis* pariter & humano tenetur, aut etiam *esse Benedictum*. quomodolibet delinquentem, prout de jure divino & humano pariter potest & debet procedi, *per* dictam justam & legitimam ipsius *depositionem*, seu *depositionis declarationem*, & alias, ut præfertur: Ita tamen, quod formetur & *Remotionem illam* fiat *processus novus* per dictum Concilium *contra* eundem Dominum *Benedictum Benedictum Concilium* juste & legitime. Ad cujus veri*cilio fieri* ficationem & decisionem *nullatenus habebere per beatur ratio ad processum Pisanum*, vel sententias ibidem latas, aut illo vel illis di*cessores*, cum concilium in modum probatio*nis habi-* nis vel in vim processus vel judicandi *ta ratione* non utatur.

Pisani Concilii. Et quod processa, cognita ac sententiata per dictum Concilium modo prædicto, dicti Domini Reges & Principes, ac cæteri obedientiæ dicti Domini Benedicti rata & firma habebunt, & illa minime impugnabunt. Item, quod *Cardinales* dicti Domini *Benedicti*, si *vocati*, ut supra in literis convocatoriis, venerint ad dictum Concilium, *admittantur* per idem Concilium ad omnes actus ibidem expediendos, & etiam ad electionem summi futuri Pontificis, suo casu, prout & secundum quod alii Cardinales vocatorum Benedicti & Johannes admittentur: Et, si vocati, ut supra, non venerint personaliter ad jam dictum Concilium, sed *per alias personas*, sufficiens procuratorium habentes, recipiantur & *admittantur persona* prædictæ ad omnes actus Concilii, prout

Cardinalis Benedicti ad Concilium admittendos

prout procuratores Dominorum Cardinalium jam dictorum Dominorum Gregorii & Johannis admittentur & recipiantur: Et secundum quod dictum Concilium uniendum circa prædictos omnes Cardinales duxerit ordinandum.

IV.

Quarto, quod per dictum uniendum Concilium, si & in quantum fuerit necessarium, vel opportunum, ad uberiorem cautelam tollantur, *abolean-tur*, annullentur, & irritentur quicunque *processus*, sententiæ, decreta, ordinationes, statuta, & pœnæ, *per olim Gregorium*, & olim *Johannem*, & suos prædecessores, aut *per Concilium convocatum* Pisis, a tempore exorti schismatis, vel circa, occasione vel causa ipsius Schismatis facti & facta, & prolatæ contra Dominos Reges, Principes, & alios quoscunque obedientiæ dicti Domini Benedicti, ac etiam contra quas vis alias personas, quæ dicto Benedicto non adhærent post dictam ejectionem, seu depositionis declarationem, & contra quascunque universitates, villas & loca, quatenus tangat & tangere posset dictos Dominos Reges & Principes, & alios de obedientia dicti Domini Benedicti, & omnia & singula inde secuta, omnem effectum eorum tollendo, & omnem maculam sive notam, quæ contractæ fuerunt ob prædicta.

Abolenda esse omnia decreta Pontificii Gregorii & Johannis, contra Hispanos Benedictum secutos. Item facta.

Et *idem* intelligatur deinde *de persona* dicti Domini *Benedicti*, *casu*, *quo renunciaverit pure & libere ante sententiam dictæ ejectionis.*

Intellecto tamen, & declarato, quod dictum Concilium non possit se juvare processibus, & sententiis adversus dictum Dominum Benedictum latis, in processu & sententia inde ferendis contra eundem Dominum Benedictum, de quibus supra in tertio capitulo continetur.

Et fiat similiter de sententiis latis per dictum Dominum Benedictum, *quoq;* contra obedientiam dicti Concilii, Dominos Reges, Principes, personas singulares, villas & loca.

Abolenda decreta Benedictina contra

Et quod statuatur *in prima sessione Constantiensi Concilii*, *tempore*, *quo fiat dicta unio*, *ejus facta*

quod

quod nunquam de cætero ratione vel occasione dicti schismatis aut adhæsionis dicti Domini Benedicti, & sui prædecessoris Domini Clementis, possit contra Dominos Reges, Principes, Prælatos & alios de obedientia ipsius Domini Benedicti quomodolicet procedi, in judicio, vel extra.

V. *Favorabi-lia decreta seu beneficia Benedicti Ecclesiastica confirmanda.*

Quinto, quod per dictum formandum Concilium approbentur, laudentur, & confirmentur, & etiam meliori modo, quo fieri possit, plenissime *firmentur* omnes & singulæ *concessiones, dispensationes, gratiæ, facta* per dictum Dominum *Benedictum XIII. Papam*, sic per ejus obedientiam, ut præfertur, nuncupatum, quibusvis personis suæ obedientiæ, de qvibusvis dignitatibus, Archi Episcopatibus, Episcopatibus, & officiis & beneficiis, & aliis quibuscunque, infra suam obedientiam, quæ nunc est, & de his, quæ nunc possident: Et quæcunque *infeudationes, investituræ, contractus*, & aliæ *Concessiones & gratiæ*, factæ usque in diem primæ requisitionis, factæ eidem Domino Benedicto per Reges & Principes suæ obedientiæ, quibusvis personis suæ obedientiæ infra suam obedientiam, quæ nunc est, & secularibus, tam Regibus Arragonum, Castellæ, Navarræ, comitibus Armeniaci & Fuxi, quam filiis & liberis eorum, conjunctim seu divisim, de his, quæ nunc possident, & etiam aliis, cujusvis conditionis existant, de his, quæ nunc possident.

Hoc tamen declarato & intellecto, quod si ab aliquibus prælaturis, magisteriis, seu magistratibus, dignitatibus vel beneficiis quibuscunque, durante schismate fuerint separata, vel disgregata aliqua membra, castra, villæ, seu alia bona, reditus, proventus, vel emolumenta ac responsiones cameræ, vel alia jura quæcunqve, de quibus fuerit aliquibus forsan jam provisum, vel facta collatio, vel infeudatio, infra suam obedientiam constituta: Quin ideo prædicta ipsis prælaturis, magisteriis, seu magistratibus, dignitatibus, & beneficiis, ut capiti, restitui & reintegrari valeant, *per Concilium antedictum*, & cæteris de aliis dignitatibus & beneficiis, *providendum*, prout providentiæ concilii visum fuerit, per dictas confirmationes, approbationes, & firmationes hic contentas nullum impedimentum præstetur. Et idem fiat econverso de alia obedientia.

VI. *Cardinales Benedicti in Concilio admittendi ad electionem novi Papæ admittendi.*

Sexto, quod *Cardinales* dicti Domini Benedicti, si voluerint ire vel mittere ad jam dictum formandum Concilium, seu ad electionem summi Pontificis, cum vacaverit papatus, altero de dictis tribus modis, ut supra in tertio articulo dictum est, faciendam, convocati modo, quo supra, & adhærere volentes opinioni dictorum Dominorum Regum & Principum obedientiæ dicti Domini Benedicti, *reputentur & admittantur ut veri Cardinales* sanctæ universalis Ecclesiæ, & *ut tales habeantur*, & ab omnibus honorentur, nec non dignitatibus, & emolumentis, & aliis Cardinalatus privilegiis, præeminentiis & prærogativis ut veri Cardinales admittantur frui pariter & gaudere. *Salvis tamen aliis commendis aliis constitutionibus & statutis per dictum Concilium concilium promulgandis, de electione cleri. Romani Pontificis faciendis mentionem.*

Electio novi Pontificis.

Septimo, quod *providendum* per dictum formandum concilium circa *Officiales Provinciæ Romanæ* dicti Domini *Benedicti*, dum tamen iidem officiales eidem Domino *Benedicto non adhærent* post subtractionem obedientiæ, si eam fieri contingat, vel post ejectionem prædictam.

VII. *Officiales Curiæ Romanæ dicti Benedicti, dum tamen non adhærent, non amplius ad hæreant.*

Octavo, si ante renunciationem, seu ejectionem dicti Domini Benedicti præmotatam, *ipsum contingat decedere*, promittant dicti Domini Reges & Principes ejus obedientiæ, atque jurent, quod non *permittent fieri in eorum regnis & terris electionem aliquam per Cardinales* dicti ipsius, vel alios eorum vice, imo, in quantum in eis erit, modis omnibus prohibeant. Et casu, qvo fieret per illos electio, illi sic electo per eos non adhærebunt, nec obedient qvoqvomodo, neqve in regnis eorum & terris sic electum aliquatenus sustinebunt, vel sustineri permittent: Sed *electionem* in dicto casu *per* dictum formandum *Concilium permittent fieri, & electo per illud* in Papam, & in dicto casu, ut vero Summo Pontifici indubie adhærebunt.

VIII. *Per Cardinales dicti Benedicti, & per reges & terris electionem aliquam per Cardinales dicti Benedicti non defunctis non debitos non recipiendam, nec obedientiam exhibendam, nisi in Concilio ad electionem novi Papæ esse admittendos.*

Nono, commit-

IX. *Nono.* Quod præfatum formandum concilium debite *providebat* cum decenti maturitate & rationabili celeritate, quod, *ubi duo vel plures in codem dem titulo ex diversis obedientiis concurrebant*, qualibet eorum in dicto concilio decenter tractabitur, honore utriusque obedientiæ semper salvo. Et quod ante finem dicti Concilii idem concilium providebit in dictis casibus taliter, quod illorum quorumlibet honor & status, quam diu vixerint, debite supportentur, & interim nihil innovetur contra aliquem prædictorum, quousque per dictum Concilium, & eundem summum Pontificem eligendum, provisio fieret debite super istis.

De diversitate beneficio rant, Gregorio nem dicti & Johannem Concilii, in Concilio Const. agendum.

X. *Decimo.* Quod dictus Romanorum Rex, & Domini, qui sunt hic præsentes ex parte Dominorum de Concilio Constantiensi, illorum nomine & etiam proprio, & quantum ad eos spectat, in eorum bona fide assecurent, & assecurare facient per Dominum Regem Franciæ, & Dominos Ducem Aquitaniæ, Delphinum, Viennensem, & Regem Ludovicum, ac Dominum Comitem Sabaudiæ & per totum dominium ipsorum, dictum Dominum Benedictum, si ire voluerit, vel mittere ad dictum Concilium, & omnes & singulos Ambasiatores & procuratores ipsius Domini Benedicti, & Dominorum Regum & Principum, & alias quasvis personas, sive sint Cardinales, & alii Prælati, si accedere voluerint, & alios quoslibet obedientiæ dicti Domini Benedicti, tam clericos, quam laicos, cujusvis status, gradus, aut conditionis existant, cum gentibus & familiaribus suis, & bonis eorum, cum sufficientibus *literis de salvo conductu*, quod tute & libere possint ire, transire, & morari per itinera & loca usque ad Constantiam inclusive, & state in dicta civitate Constantiensi, & in dicto concilio, quamdiu eis & eorum cuilibet placuerit, & reverti ab illis, cum voluerint, & aliàs in omnibus & per omnia eundo, stando & redeundo plenissima gaudeant libertate. Et quod *Officiales & consules Constantienses* in absentia dicti Domini Regis Romanorum, & alii, ad quos spectet, *jurent*, & mediante juramento promittant, *quod fideliter observabunt*, quatenus ad eos spectat, & observari facient *prædicta omnia* & singula, & defendent, & tuebuntur supradictos omnes & singulos in personis & bonis pro toto posse, omni fraude cessante, & nullam impressionem aut violentiam directe vel indirecte facient, aut fieri permittent jam dictis personis vel earum singulis, nec non bonis earum quoquomodo. Et omnia ista *firmabuntur juramento proprio per* dictum Dominum *Regem Romanorum*, per se, vel per alios Dominos pro Concilio Constantiensi hic præsentes, tam nomine dicti Concilii, quam proprio. Quæ *Guidatica & assecuramenta* mittantur Regi Armagonum, una cum literis vocatoriis dicti Concilii, ad hoc ut dictus Dominus Rex possit certiorare vocandos de dictis securitatibus, & salvis conductibus, ne dicta occasione se valeant ab eundo seu mittendo ad dictum concilium excusare.

Benedicti ad Concilium mittere vel legatos missos, re salvum conductum Cesare *ejus mandatum.*

XI. *Undecimo.* Quod dictus Dominus *Rex Cæsar & Romanorum*, nomine suo, & pro successoribus suis, & alii Domini hic præsentes nomine dictorum Dominorum de *Concilio Constantiensi, & proprio, jurabunt* singulariter, & promittent, *quod famosa omnia & singula in præditis capitulis*, & eorum quolibet contenta *facient*, quantum in eis erit, omni dolo cessante, per Dominos Cardinales, Patriarchas, Archi Episcopos, Episcopos & alios Prælatos, Ambasiatores Dominorum Regum & Principum, & alios in dicto Concilio Constantiensi existentes, ut singulares, per se, vel personas ad hoc sufficienti potestate sustultas, *approbari, firmari, & jurari*, antequam concedantur dictæ literæ vocatoriæ: Et quod *in prima sessione, facta unione ad dictum Concilium*, pro dicto universali concilio prædicta facient, concedent, statuent, ordinabunt, & jurabunt.

Concilium Constantiense. vandatos jurabunt. ejus mandatum.

Et, si contrarium præmissorum, vel alicujus ipsorum fieret, vel prædicta omnia & singula non adimplerentur, fierent & exequerentur, prout in dictis capitulis, & eorum quolibet continetur, ex nunc agunt, & dicunt dicti Domini

mini Reges & Principes, Prælati & alii ipsius obedientiæ dicti Domini Benedicti ab expresso, quod ipso facto sit id irritum, & inane, & ad observantiam præsentium capitulorum, vel alicujus eorum minime teneantur. Et etiam Ambasiatores Regum & Principum hic præsentes obedientiæ dicti Domini Benedicti, firment & jurent dictis nominibus dictorum Dominorum Regum & Principum, pro se & successoribus suis tenere & observare omnia & singula supra dicta, quantum in eis erit.

Duodecimo. Quod de præmissis omnibus & singulis fiment & tradantur cuilibet partium prædictarum tot, quot necessaria fuerint, publica instrumenta. XII

CAP. XV.

Copia subtractionis per Regem Arragonum factæ Domino Petro de Luna, olim Papæ XIII.

Quæ corruptissime legitur in Appendice Labbei f. 1532.

Ex MSC. Vindobonensi, Parte II. Act. C.C. f. 124. & MSC. Helmstadiensi Brunsvicensi & Lipsiensi Actorum C.C.

NOs Ferdinandus &c. Per terrenum regnum sæpe cœleste proficit, ut, *qui* intra Ecclesiam positi *contra pacem agunt Ecclesiæ, rigore Principum terrenorum.* Hinc est, quod *auctæ pacis Ecclesiasticæ*, aut *solutæ*, nec immeritò à sæculi Regibus ille *rationem exigit*, qui eorum putavit ipsam credendam Ecclesiam potestati. Illud quippe *felix imperium, cujus divisa in partes Ecclesia legibus redit in unum.*

Felix imperium cujus legibus Ecclesia unitur

Et licet ab adolescentia naturaliter ad pacem nobis sanctæ matris Ecclesiæ insitus fuit amor, postquam regiæ apicem dignitatis altissimo disponente attigimus, tanto ad illam fervent ius nostra crevit affectio, quanto nos divinis humanisque legibus *ad Christiani populi procurandam concordiam* dignitate jam dicta reputamus astrictos.

Ferdinandi Regis Arragonia studium pacis.

Nec fuit nostrum desiderium hujusmodi solius *voluntatis* contentum finibus, quinimo non cessavit in actum *indefessis laboribus* prosilere. Et, ut multa sileamus, quibus pro desiderato fine consequendo secretam operam sollicitamque dedimus, & nonnulla & alia (aliqua) publica taceamus: Illud tamen, quamvis notissimum, silentio minime tradere volumus, quod pro celebrandis *visitu inter* (sanctissimum) Dominum *Papam Benedictum*, & Illustrissimum *Regem Romanorum*, fratrem nostrum charissimum, *& Nos, in villa Perpinian*, Ca. *Perpinianî*, prout extiterat concordatum & tum super facto unionis sanctæ matris Ecclesiæ, totius humanæ affectionis immemores, ut ita dicamus, habentes odio carnem nostram, valetudine corporali in civitate *Valentiæ* detenti, quæ, non diuante, Nos usque ad mortis portas appropinquare coëgerat, *contra Medicorum omnium nostrorum Consilium nos mari committimus.* Et quamquam operante Domino propitius semper usque ad terminum loci nos ventorum flatus pepulerit, qualem tamen & quam gravem infirmitatem contraximus, nedum vicini populi sed longe distantes Insulæ audierunt. A qua lecti auxilio erepti divino, non tamen adhuc omnino liberati sumus. Nec nos ab inceptis mortis timor poterat retrahere, consummationem æstimantes [in Lips. M. *bonam &*] beatam, si illo modo (in MS. Brunsv. *ille* in MSC. Helmst. *illis*, Ita & in *Lipsi*) diebus nostris contingeret finem dare, (dari) ubi pax Dei Ecclesiæ redderetur. Et vere pro consequendo breviter à dicto Domino Benedicto fine votivo, dubitandi locus minime videbatur, cum & Dominus *Angelus*, vocatus apud suos *Gregorius*, & Dominus *Balthasar* à suis *Johannes* nominatus, post ipsius vocati *Johannis condignam sui demeritis dejectionem*, pure & simpliciter cesserint omni juri, si quod eis forsan competeret in papatu. Erat ideo impium suspicari, quod dictus Dominus Benedictus, qui se tot promissionibus, juramentis, ac pollicitationibus ad prosequendam unionem sanctæ ma-

Colloquium Perpinianum inter Papam, Ca. Perpinian.

Regem Arragonum.

tris Ecclesiæ per viam renunciationis, omnibus illam aliis præferendo, astrinxerat, ut pene universo notum est orbi, quique, ut sæpius asseruit, adversarium suum, ut convenirent in unum ad mancipandum effectum, quæ de facienda cessione promiserat, toties agitavit, quod per eum non stabat, quo minus veniretur ad actum, aliter mente ageretur (Helmst. & Lipsi. MSC. *gereret*) quam in humanis auribus ejus verba sonarent.

Hac igitur tam verosimili decepti fiducia, postquam dictus Serenissimus *Romanorum Rex*, frater nobis charissimus, pro Ecclesiæ Dei unitate & pace fectanda, ad quam utiq; habere dignoscitur ardentem Zelum, pro dictis (*præ-dilectu*) *visus*, & tactis unionis jam dictæ, hujusmodi nostram *villam Perpiniani*, multis prælatis & viris egregiis, ab his, qui congregati sunt in Constantia, destinatis, & quam plurimis aliis Ambatiatoribus Regum Franciæ & Angliæ, ac quorundam aliorum Christianitatis Principum sociatus, *intravit*, nonnullis supervacuis dilationibus locum dedimus, & non sine magno totius Ecclesiæ ac negotii, de quo agebatur, discrimine, ut eidem Domino Benedicto omnis tolleretur dissentiendi materia, norem in diversis prorogationibus gessimus votis suis, adhuc pie credentes, quod finaliter non decerteretur tanto bono, aut, quod de fabris suis processerat, irritum facere vereretur, præsertim casu isto, ubi, etiamsi nulla præcedenti esset promissione astrictus, tenebatur, prout *tenetur*, de necessitate salutis, jure divino pariter & humano, *simpliciter renunciare papatui* pro tot evitandis scandalis in Ecclesia Dei, ob tam evidentemque utilitatem ejusdem, etiamsi de jure suo nullum dubium verteretur.

Sed res versa est, proh dolor, in obliquum. Nam *difficile* se in *facile* in promtu reduxit, &, quod *facile* putabamus, *difficile* experti sumus. Quis enim dictum vocatum *Johannem*, tanta *instatum potentia*, ac tantorum Principum obedientiis communitum, sic *dejiciendum* credidit, aut tam *seculariter viventem*, ut fertur, quantumcunque ejectum, *pure renunciaturum* putavit? Quis dictum nuncupatum *Gregorium*, per quem, ut Gre idem Dominus Benedictus asserit, qo procuratu est retroacto tempore, quo minus cessionis via executioni debit mandaretur, *jusjurandum* cogitavit tam *beraliter* in sui tanti nominis glo *dimisserunt*? Quis utique ex ac tam duræ credulitatis adfuit, & mandum putaret, quod omnib cumstantiis ab obtinendam dict clesiæ Dei unionem sic se offere quas nedum homines vix cogitare potuissent procura Christum confitentibus, cuncti liter instantius (MSC. Brunsv. & I humili instantia) supplicansv. eidem, fatus Dominus *Benedictus* cessionem *ulterius differre tamaret*, ac cessionem unionem Ecclesiæ, quam sic confirmat rie & gloriose probatione tam merito Brunsv. & Helmst. relatione) unius (MSC. consequi poterat; tam periculose & de testabiliter impediret?

Nos autem postquam novimus, quod ex nonnullis schedulis, per eum in præsenti negotio datis, & aliis suis tractatibus, nil aliud sequi poterat, nisi ruina *perpetua totius negotii, irreparabilis* populi Christiani, & cuicunque fideli horrenda *scissura*; habito digesto *consilio Ambassiatorum* maturo atque rum regnorum & Civitatum diverso rum, *in* dicta *villa Perpiniani* pro dictis negotiis sanctæ unionis *dilationis* hujusmodi, quantum cum Deo possemus *amputare*, & ulterius *minime* diffugiis deliberavimus *indulgere*.

Et dicto Domino Benedicto per inclytum *Alphonsum*, *primogenitum nostrum* Charissimum, in nostra persona, cum *zelus* tunc ægritudine teneremur, supplicare, & per ipsum requiri fecimus: Et una cum eo Ambasiatores Illustrissimi Regis Castellæ, nepotis nostri charissimi, Illustrissimi Regis Navarræ, avunculi nostri charissimi, præclari & egregii Comitis Armaniaci, & de Fuxo consanguinei nostri dilecti, eidem ustique supplicarunt, & ipsum requisierunt, quatenus omnibus supradictis attentis pro tanto Dei sacrificio, & bono præfatæ unionis habendæ, dignaretur *dictam renunciationem facere*, *pura*

& libere, prout utroque jure, ut supra dicitur, tenebatur.

Cui quidem *supplicationi* & requisitioni tam humili atque justæ *aurem obturare* voluit. Et nullo congruo dato responso, nonnullis per eum de vacantibus in regnis & dominio nostro Ecclesiis, fide, ut dicitur, provisionibus quibusdam familiaribus suis factis, deserto totaliter dicto sancto unionis negotio, *simulate motu*, cum nulla causa timoris adesset, *à dicta villa Perpiniani recessit*, in cujus castri residebat tutela. Quis vero tam formidulosus esse potuit, quod intra tam fortissimi castri claustra residens, multisque armorum gentibus constipatus, vallatusque undique consanguineis, servitoribus & amicis, infra nationem propriam trepidaret? Quod plus est, nemine sequente, *terrendi* certe *alios potius, quam timendi aderat ei facultas*, & fugandi potius, quam occasio fugiendi. Maxime, quod securitatibus & *guidaticis* nostris, solenni juramento vallatis, & cautionibus & juramentis multorum Baronum, nobilium, & aliorum potentum ditionis nostræ, ac gubernationis officialium, & consulum dictæ villæ fulcitus esset ad votum. Quibus verosimile non erat coactionem, injuriam, seu compulsionem sibi obliquam [MSC. Brunsv. ac Helmst. aliquam] irrogari. Nam si, quod absit, in cor nostrum aliqua contra personam suam cogitatio ascendisset, recessum suum facilime potuissemus impedire, cui nulla tam (MSC. Brunsv. ac Helmst. quàm) lacrymabili supplicatione nos objicere possumus.

Et quidem, licet jam essemus de sua cessione non immerito desperati, & ad alia remedia cum cordis anxietate pro consequenda pace Ecclesiæ nostræ ingeremus considerationis intuitum: Affectione tamen singulari, quam ad ejusdé Domini Benedicti personam, honorem & statum semper in corde gessimus, inflammati, ad finem, quod de consensu suo pax haberetur Ecclesiæ, & in tam evidenti casu & singulari articulo sui nominis gloriam exaltaret, continere minime potuimus, quin *missi ad eum, antequam navim seu galeam in Coquiliberio ascenderet, nuncii* & procuratoribus, nostris, & aliorum Regum & Principum prædict. rum, requisitionem & *supplicationem* prædictas eidem faceremus humiliter *duplicari*.

Quibus infructuoso per eum dato responso, in continenti ventorum ducatui se commisit.

Et denique percepto, quod intra nostrum dominium *in castro de Paniscola* idem Dominus Benedictus derelicto mari descenderat, etiam per nuncios & procuratores nostros & Regum & Principum prædictorum requisitiones & *supplicationes* prædictas, eidem faceremus *triplicari*.

Sed minime supplicandi importunitas cor suum ad tanti boni & rationis vehiculum blandiri potuit, quin imo in propria pertinacia adhæreret.

Attendentes itaque hic labores nostros debito fine frustrari, quod, per omnes humani consilii nodos (in MSC. Br. & Lipf. *nostes*) laborantes, nullum potuimus boni operis manipulum ex tam prolixi schismatis [in MSC. Brunf. *prolixæ feminatis, in Lipf. MSC. Ex tam prolixæ feminatis tractibus*] tractatibus adipisci: De cætero laxare retia decrevimus, invocato Christi nomine, & ejus virginis genetricis, salubri super his jam dictorum omnium præmissorum vocato consilio: Attento, quod *in civitate Constantiensi fere totus populus Christianus*, qui sub obedientiis prædictorum vocatorum Gregorii & Johannis præsens (in MSC. Brunsv. *prius*) erat, tam per Principes, & eorum Ambasiatores solennes, quam etiam per Prælatos & alios quamplurimos notabiles viros *congregatus existit*, cum affectione sancta, pura & simplici ad obediendum summo Pontifici, quem universalis Ecclesia sibi canonice præficiendum decreverit: Et quod nedum injustum sed inhumanum utique videretur, illos ulterius nostra communione privari, quos ad unitatem & pacem sic esse constat affectos: *Deliberavimus, quod* Ambasiatores Regum & Principum prædictorum obedientiæ dicti Domini Benedicti, ac etiam omnes Prælati, & alii Ecclesiastici viri, qui ad generale concilium confuevernt vocari, *ad*

jam

jam dictum *Constantiense Concilium infra certum terminum venire* (MSC. Br. *ire tencantur*) tractaturi una cum aliis, ibidem, ut dictum est, congregatis, ac facto divino mediante præludio, quod unio Ecclesiæ orthodoxæ jam (M. B. & H. *tam*) diu corrupta (MSC. B. & Helmst. & Lipf. *concupita*) sub uno indubitato & ab universali Ecclesia recepto pastore legitimo habeatur: Prout in certis super hoc *capitulis* inter Serenissimum Dominum Regem Romanorum prædictum, & Ambaliatores Constantienses, (in MSC. Br. & H. ac L. *congregationis Constantiensis*) & diversos alios Prælatos cum eis, ex una parte, & nos & alios Reges & Principes suprædictos obedientiæ dicti Domini Benedicti, seu eorum Ambaliatores, ex altera, *concordatis* & firmatis dignoscitur contineri.

Et non parum ad dictam catholicam communionem (M. H. Br. & L. *unionem*) nos illud *novum bonum* allicies ab orientis sedis apicibus, [MSC. Brunsv. Helmst. ac Lipf. *ab oriente sedis apicibus*] & relatione productum, quod Græci & suam actu legitimorum (MSC. Br. & Lipf. *a cætu Latinorum*) defientes scissuram, ardore Christi persusi, dominico gregi, si eidem unum & indubitatum pastor præesset, aggregari proponunt.

Verum, quia vanum esset deliberare salubria, nisi (in MSC. Br. *ne*) tollantur de medio ea, quæ minime pervenire deliberata permitterent ad effectum, (in MSC. Helmst. aliter: *Verum quia bonum esset deliberare salubria incassum ea, quæ minime pervenirent deliberata, permitterentur ad effectum*) considerantes, quod prælibata tam sancta tam (M. H. & L. *causa, quam*) totiusque (totius) catholicæ fidei conservatio (MSC. Br. & H. *conservativa*) provisio ac deliberatio, non nostra, imo divina, nullatenus produci (M. H. *perduci*) ad condignum valeret effectum, quamdiu prælati & alii subditi (MSC. Br. *studii*) nostri sub obedientia dicti Domini Benedicti existerent, aut ejus jussionibus atque mandatis parerent. Præsertim, cum in responsione, quam fecit dictæ supplicationi & requisitioni ultimæ, convocatarum (se omnes Prælatos suæ obedientiæ, asserat, (M. H. *asserunt*) ut ad celebrandum cum eo concilium per totum mensem Februarii convenirent, deliberaturi ibidem, ut asserunt, quomodo respondeat dictis suppletionibus sibi factis, quas jam, ut presse negavit: sed jam, quod dum, (*quod non*) ut cum eis de (M. B. *deliberaret*) ne (M. H. *ponsint ire Constantiam*, hujusmodi tionem ipse faciet, inter (*Adeo*) satis apparet, quod, alia *dicta villa Perpiniani*, ubi negotia bantur Ecclesiæ, cessionem & Lipf. *successionem*) aliquam (MSC. (idem per septennium & ultra dicvit, *voluit*.) tenere nolit (MSC. exquisita de directo & deliberatione, hujusmodi visioni, (M. H. & B. *concordia*) per nos jam dictos facta, certissime contradicit, & unionem ac pacem Ecclesiæ pedit manifeste. Quamobrem prædictis omnibus, & aliis plurimis tentis, quæ aperte & evidenti progressu tam salutifero & optato pacis sanctæ matris Ecclesiæ, quod veterati (M. H. *intemerati*) ichtinatis evulsioni, obedire & ejus inBenedicto, aut ejus dicto Domino notorium impedimentum adducit De multorum Prælatorum, Militum, Baronum, Militum, Doctorum & Comitum, byterorum (M. B. ac Prælatorum & Pressnúnciorum (M. H. *ac proborum*) ac rum) hic præsentium, diversorum gnorum & civitatum nostrarum Consilio, providemus & ordinamus, per nos & nostros successores, nec non, per quoscunque Ecclesiarum Prælatos, Duces, Domites, Barones, & quasliber alias personas, tam Ecclesiasticas, quam sæculares, cujuscunque gradus, dignitatis, præeminentiæ aut conditionis existant, quomodocunque subditos, ac inter regna & diœceses nostras (M. H. & Br. *ditionem nostram*) degentes, præfato Domino Benedicto obedire non esse aliqualiter parendum: Ac præcipimus districtius & mandamus eisdem, quatenus dicto Domino Bene-

dicto minime tanquam Papæ obedicndo [M. H. & Br. *obedire*,] adhærere, aut in aliquo parere præsumant, nec ejus bullas, ac quascunque literas suas, & suorum officiariorum ordinariorum, vel delegatorum collectorum, vel subcollectorum, intra ditionem nostram præsentare, ac collectoribus vel subcollectoribus prædictis, seu (in MSC. L. & H. *privilegiis*) quibus vis aliis personis, de fructibus sive reditibus, ad cameram Apostolicam quomodocunque spectantibus respondere, præterquam illis, quos nos ad hoc duxerimus deputandos: Cum nostræ intentionis existat, illos, his duntaxat exceptis, quos in prosecutione unionis Ecclesiæ expendere oportebit, futuro unico, & ab universali Ecclesia recepto summo Pontifici per fideles personas integraliter reservare. Injungentes nihilominus, ac etiam ordinantes, quod omnes & singuli, qui beneficia Ecclesiastica in regnis, aut terris, ditioni aut dominio nostro subjectis, obtinent, cujuscunq; conditionis aut status existant, etiamsi Cardinalatus & Pontificali dignitate præfulgeant, in suis Ecclesiis ac beneficiis residcant, nullusque eorum præfatum Dominum Benedictum aut ejus curiam sequi, quovismodo morari (manere) præsumat. Alioquin per illos, quos ad colligendos fructus cameræ Apostolicæ duximus, ut præmittitur, deputandos, omnes & singulos reditus beneficiorum, quæ obtinent, præcipimus arrestari, donec super hoc aliud ordinetur. Etiam districtius nihil ominus [M. H. & B. *inhibemus*] universis & singulis subditis nostris, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, etiamsi pontificali prætulgeant dignitate, vel quovis alio titulo, seu nomine censeantur, ne contra tenorem præsentium aliquid attentare, seu in aliquo contra venire præsumant, si pœnas graves cupiunt non subire. Mandamusque demum universis & singulis Gubernatoribus, vicariis, justitiariis, Calmedinis, bajolis, juratis, & aliis officialibus nostris, ubilibet constitutis, quatenus servato tenore (M. H. honore) hujusmodi, prout ad eorum quemlibet pertinebit, quoscunque deprehenderint, aut noverint aliquatenus contraire, sub competenti custodia teneri faciant, nosque super hoc consultare non differant, facturi deinde, prout a nobis receperint in mandatis.

In cujus rei testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo (M. B. & L. *pendente*) munitas. Datum *Perpiniani*, & propter indispositionem personæ nostræ signatum manu nostri *primogeniti*, die sexto Januarii Anno a nativitate (incarnationis Domini) *Millesimo, quadringentesimo, sexto decimo*, regnique nostri quinto.

Alphonsus Primogenitus.

Dominus Rex mandavit mihi Paulo Nicolai.

CAP. XVI.

Copiæ Literæ clausæ Ferdinandi Regis Arragonum ad Sigismundum Imperatorem. Qua renunciavit subtractionem obedientiæ Benedicto factam.

Ex *MSC. Lipsiensi Actorum Concilii Const.*

SEreniſſimo Principi SIGISMUNDO, Dei gratia Romanorum Regi semper Augusto, ac Hungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ &c. Regi, Fratri nostro carissimo, FERDINANDUS, eadem gratia Rex Arragonum, Siciliæ, &c. salutem debitam cum honore.

Serenissime Princeps, Frater noster præcharissime.

Sollicitâ curâ præcipuâ circa consummationem tractatus initi unionis sanctæ matris Ecclesiæ, & nec ignari, Serenitatem Vestram, pro qua reciprocæ assertionis (*affectionis*) studio ferventer

ferenter insudat, (*visum dat*) summopere gratulari, Vobis præsentibus intimamus: Quod *hodie*, dato (*de*) hujusmodi, Dei nomine invocato, ad finem, quod Dei Ecclesia, unico nupta sponso, Jesu Christianus populus, qui toris pene temporum naufragavit cui reculis, (circulis) in pace quiescat, *subtrahimus* & subtrahi jussimus ubique ditiones nostras *obedientiæ Dn. Benedicti*. Dictamq; *subtractionem* hic signanter, & per alias etiam partes nostræ ditionis, juxta ipsius formam quam Serenitati Vestræ mittimus cum præsent, solenniter *fecimus publicari*. Credentes indubie, ad idem uno eodem die factum fuisse per Illustrissimos Reges, Castellæ, nepotem, & Navarræ, avunculum, nobis charissimos, ac etiam Comites Armaniaci, & Fuxi, in eorum regnis & terris & civitatibus, prout extiterat concordatum. Super aliis verò, quæ remanent exequenda, tam vigiliter tamque studio (*tam vigili studio*) procedere curabimus, quantum in nobis erit, quod ex eis speramus, opem sustragante Domine, (*sustragante ope divina*) fructum votivum & felicem exitum proditurum. Et si quæ de nostris regnis & terris, Serenissime Princeps, frater nobis charissime, grata vobis occurrunt, ducialiter intimetis. Datum *Perpinianis* sub nostro sigillo secreto, & propter indispositionem personæ nostræ signatam manu nostri Primogeniti, 6. *die Januarii*, *Anno à Nativitate Domini* MCCCC XVI.

Alphonsus, Primogenitus

Quod ab Hispaniæ Regibus die 6. Jan. An. 1416. conclusum erat, fidem Petro de Luna, ob locum fidei ac promissi protius amissam, denegandam esse, istud absque mora effectum. Quod ajunt: *Frangenti fidem fides frangatur eidem*. Solenni proinde formula *pro publica concione* denunciatum populo, nullam esse Petro, tanquam Papæ, fidem posthac obedientiæ præstandam. Recitatoque hoc laudatus supra Cap. XIII. §. 22. *Vincentius Ferrerius*, solenni hac de re Plebi diplomate regio originali, quod manu Alphonsi, Primogeniti Regis, subscripsit roboratum erat. Prælectum hoc diploma lingva vulgari & Latina ore *Vincentii*, præsentibus Ferdinando, Alphonso, Rege, Regnique hærede, aliisque Magnatibus & innumera plebe. Quæ pompa plenius depicta per *Johannem Comitem*, epistola *de illo* spectaculo scripta, memorante *Cerretano*.

Epistola Johannis Comitis ad Petrum Trilhiam.

Narbonæ 12. Jan. A. 1416. Scripta

De celebritate, qua Petro de Luna à Rege Arragoniæ omne obsequium in regno denegatum.

QVia dici nativi, & verum fuit, quod Frater Vincentius debebat Prædicare die Lunæ sequenti in Castro, coram Domino Rege, & de ipsius mandato exponere populo Capitula & Concordiam, facta inter Serenissimum nostrum Imperatorem & ipsum: Ego ipsa die Lunæ, quæ fuit festum Cathedræ Petri Romani, fratris ex Domini, remansi usque post prandium. Et sui in prædicatione dicti Fratris Vincentii. Qui multum notabiliter Missa solenni ad portam Capellæ ipsius superius per eum celebrata, astante ibidem populi multitudine copiosa de utique ut credo ad decem millia personarum, prædicavit, assumto themate videlicet: *Obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham*: Et Capitula ipsa laudando & approbando, recessum dicti Benedicti & alia per eum facta sibi bando, exposuit. Et facto sermone, ante tamen conclusionem, data sibi littera subtractionis, sigillata sigillo Domini Regis, & manu Domini Primogeniti signata. Quam exhibuit & publicavit. Et quia totus populus non intelligeret Latinum, dicta littera fuerat transcripta eorum vulgari, in uno folio

pyri, & sic lecta ibidem & publicata, Rege tribus regnis, Primogenito, & aliis quampluribus nobilibus ac dicti populi multitudine, & me, præsentibus. Qua publice facta, dictus F. Vincentius dixit ista verba, videlicet: Dominus Rex credit firmiter, quod hodie & ista hora, Domini Reges Castellæ & Navarræ similem fecerint publicationem subtractionis. Quia misit eis nuncios suos ad deprecandum eos, quod ita facere vellent. Et tunc idem F. Vincentius veniet ad conclusionem suæ prædicationis, sic dicendo: *Bonæ gentes, sicut tres Reges tali die, sicut est hodie, obtulerunt Domino nostro Jesu Christo munera pretiosa: Sic isti tres Domini Reges, videlicet Castellæ Arragonum & Navarræ, hodie fecerunt istam oblationem Deo & sanctæ matri Ecclesiæ, pro ejus sanctæ unione.* Scriptum Narbonæ, 12. Jan.

Literas subtractionis factæ per *Reges Castellæ & Navarræ*, sistet *Tomo IV.*

TOMI II. PARS XIX.

JOHANNIS GERSONIS

Demonstratio in Constantiensi Concilio publice facta,

PETRUM de LUNA

aliàs Benedictum XIII.

esse hæreticum, & Papali dignitate exuendum.

Quod & postea solennissime in Constantiensi hoc Concilio factum, ut ex Actis Tomo IV. constabit.

CAP. I.

Articuli Generales

De Unitate, potestate & autoritate Ecclesiæ, deq; hæresi & schismate.

I. Artic.

PRimò constat, quod iste est articulus fidei: Quod *est una, sancta, Catholica, & Apostolica Ecclesia.*

II. Artic. Item quod hæc *unitas Ecclesiæ* non sic dependet à persona Papæ essentialiter, quin *posset manere una, & maneret de facto, quando nullus esset Papa in Ecclesia.*

III. Artic. Item quamvis *unitas Ecclesiastica essentialis* sit *ad* primarium caput *Christum*, Nihilominus *unitas* altera *accidentalis* vel secundaria consistit in obedientiâ *ad unum summum Pontificem*, qui est caput secundarium in Ecclesiâ cum Christo. Sic videlicet, quod quilibet Catholicus debet habere promtitudinem seu præparationem animi ad obediendum uni summo Pontifici, dum constiterit sibi aut constare debuerit, quod sit Papa aliquis legitimè electus. Et ultra secundo requiritur, quod non ponat scienter impedimentum, commissivè vel omissivè, ne præficiatur Ecclesiæ Dei unus Papa certus & legitimè electus. Ideo etiam condemnatus est inter cæteras causas *Johannes Hus*: Quia dicebat, quod Ecclesia Dei usque ad consummationem seculi poterat æquè bene regi per sacerdotes dispersos per mundum absque uno capite, sicut cum tali capite. Unde, sicut dicunt Theologi, quod Sacramentum confirmationis est Sacramentum necessitatis, non quidem simpliciter, cum sine illo staret salus, sed sic quod obligatur quilibet ad non contemnendum susceptionem hujus Sacramenti pro tempore & loco opportunis: Ita proportionaliter *de unione vel adhæsione ad unicum Papam* potest intelligi. Sicut etiam dici solet apud Theologos, quod præceptum affirmativum, quale est de habendo Papam, obligat ad semper non pro semper. Item quod culpabilis in priori articulo, primo modo vel secundo, verè dicitur fautor & nutritor schismatis, imò schismaticus, si jungat pertinaciam, id est, si non velit corrigi. Quamvis staret, quod ex hoc solo non esset hæreticus, si faceret hoc non ex errore intel-

intellectus, sed ex depravatione affectus. Quamvis apud Ecclesiam habendus esset ille vel hæreticus, vel de hæresi vehementer suspectus.

IV. Artic. Item quod *Ecclesia*, sic instituta est à Christo perfecto legislatore, quod *potest se continuare* & de facto continuabit in unitate, usque ad consummationem seculi. Et hoc intelligendo nedum de *primaria* & essentiali *unione*, quæ est ad Christum, sed de *accidentali* & secundariâ ad summum Pontificem, sic, quod potest & poterit sibi instituere caput unum secundarium, quod dicitur Papa. Et quicunque impedit scienter commissivè vel omissivè talem unitatem Ecclesiæ, agit contra articulum jam dictum: *Unam, sanctam, Catholicam* &c. Etiam ubi videretur stare cum prima unitate ad Christum. Inde patet, quod *aliquis existens Papa legitimè electus potest efficì schismaticus, si det impedimentum scienter commissivè, quòd ista Ecclesia non obediat uni summo Pontifici.* Dum exempli gratiâ Papa non potest reducere majorem partem Christianitatis ad obediendum uni capiti, nisi cesserit & alter constituatur, ipse verò hoc pertinaciter renuit facere, aut in aliquo multiplici casu tali. Simile dicretur de inobedientibus vero Papæ, quod possint esse Schismatici. Et alii, qui non obediunt, sed parati sunt obedire modo prædicto, & apponunt diligentiam suam, quod uniatur Ecclesia, sunt immunes à schismate.

V. Artic. Item si probetur de aliquo, quod circa præmissa sit *hæreticus*, hoc est juxta verba Augustini, quod fingat sibi novum errorem vel antiquum sequatur, gloriæ suæ vel principatus sui causâ, probabitur consequenter manifestissimè, quod talis est nedum fautor schismatis, sed verè *schismaticus*. Et ideo sufficiat in sequentibus coarctare sermonem ad *hæresim*, quoniam ex isto sufficienter concludetur *schisma*.

VI. Artic. Item quod dum nullus est Papa, vel dum lapsus est in hæresin manifestam & jam damnatam, vel dum consentire non potest, quod Ecclesia congregetur, quia scilicet effectus est amens & insanus incurabiliter, vel in carceratus est taliter, quod haberi non potest accessus ad eum, etiamsi necessitas vel evidens utilitas immineat, potest se congregare sicut Papa. Et idem dicendum est, ubi Papa sufficienter summatus & requisitus pro congregando Ecclesiam *ad unicndum eam infide & moribus*, vel ad constituendum sibi Papam certum, nollet contumaciter eam convocare.

VII. Artic. Item iste articulus sequitur ex prioribus, ut ex negatione ejus sequeretur, quod Ecclesia non fuisset à Christo perfectè instituta pro sui conservatione & unitate legitimâ in membris suis in fide & moribus, & adunum caput secundarium verum & certum. Quod apertissimè est contra Apostolum *ad Ephesios 4.* & alibi multis locis, & *Hoseæ primo.*

VIII. Artic. Item Ecclesia dicitur *Catholica*, id est, *universalis*. *Apostolica*, quoniam omnis homo generaliter obligatur adhærere firmiter illis veritatibus, quas cadè Ecclesia tenet, docet & prædicat. Quæ *veritates* sunt *sufficienter in sacrâ Scripturâ contentæ*, præsertim in Sacrâ Scripturâ & clarè deducuntur, vel per Apostolum ad Ephesios 4. deducitur & clarè deducuntur, vel per Apostolorum doctrinam successivè deducitur sunt de generatione in generationem legitimam. Unde dicitur *Ecclesia Apostolica, quoniam in Apostolorum doctrinam fundata est*, tam verbis quàm scriptis.

IX. Artic. Item dum est data regula generalis observanda, illa *obligat omnem hominem* habentem usum rationis. Nisi de exceptione alicujus hominis constiterit per eandem legem Evangelicam & non solum per humanam traditionem vel exceptionem. Quoniam inferioris non potest superioris lex derogare non potest superioris Eccl

X. Artic. Item quod hæc est lex Evangelica generaliter promulgata Mat. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corrige eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum, si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos testes in ore duorum vel trium testium*

Ra contra cessionem. non debet *adulterandam*: Quare debet de electione futuri Romani Pontificis providere, alias enim, ut asserit, graviter peccaret. *Responsio.* An quæso dici possit, sponsam, parentibus propriis in præsentia amicorum suorum fere omnium legitimè per sponsum commissam, esse traditam: Qui quidem parentes & amici cum omni custodia eandem recepissent, ipsamque tuentur, defensant, protegunt, & pro ejus statu felici laborant, & continuo laborare prompti sunt, ad adulterandum esse dimissam? Compertum est, quod non. Si ergo dictus Dominus Retrus cessisset, vel in Concilio, vel in manibus aliquorum nobilium Concilii, numquid Deo Patri, in præsentia filii sui, concomitati amicis venerabilibus, scilicet, Prælatis, Ecclesiæ doctoribus ac sanctis patribus, & principibus orthodoxis, qui plebem sibi commissam repræsentant, sponsam quam asserit suam reddidisset? Certe sic. Nec adulterandam eam potuisset dici dimisisse, cum non sit aliquis, qui de ejus scilicet Ecclesiæ honore, statu & manutenentia seu conversatione melius possit providere, quàm sacrum Concilium, quod spiritu S. regitur. Quare tam circa futuri sponsi electionem, quàm alia statum ejusdem Ecclesiæ concernentia, tenendum est indubitanter, quod Concilium providisset, si provisiones jam factæ non sufficissent. Propter igitur rationes prædictas cessionem differre vel nolle facere, quilicet judicare satis potest quid importet.

Regis Aragoniæ studium pro Petro ad cessionem invitando. Præfata igitur considerans Serenissimus Princeps, Dominus *Rex Arragonum*, de consilio Dominorum de prosapia sua, & plurium Prælatorum, Baronum, procerum & nobilium Doctorum, tam Ecclesiasticorum quam secularium, & virorum honorabilium, civitatum & locorum insignium regnorum suorum antedictorum, quod dictus Dominus Petrus fuerat requisitus debite, juridice, & cum magna humilitate, cedere, & per duos menses expectatus, tam per prædictum Dominum Romanorum Regem quàm per venerabiles legatos sacri Concilii Constantiensis: Et quia practicam, sanctam & justam reputaverat: *Concluserunt*, dictum Dominum *Petrum adhuc requirere, quatenus cederet.* Similiter etiam *concluserunt* unà simul facere Serenissimi Principes, Domini *Regis Castellæ & Navarræ*, ac illustres *Comites Armeniaci & Foxi.* Quæ per eos *conclusa die* 9. *Nov.* præsentis incepe- *invitatus* runt facere, dictum Dominum Petrum *ab Hispa-* requirendo, *in castro Perpiniani*, in quo *nis Lu-* residebat, ministerio illustrissimi Prin- *censis ad* cipis Gerundæ, primogeniti Domini *cessionis* Regis Arragonum prædicti, in præsen- *lucem.* tia dictorum Dominorum Comitum & Ambasiatorum, tam Regum quàm aliorum supra nominatorum: Qui quidem similiter ipsum Dominum Petrum requisiverant.

Die 9. M. A. 1415.

Verùm, quia responsio, facta per dictum Dominum Petrum non videbatur nec erat sufficiens, deliberaverunt præfati Domini, secundo & tertio, *cum protestationibus & commination ibus certis* ipsum requirere.

Sed dictus Dominus *Petrus*, sibi ipsi *Fuga Pe-* conscius, *à loco Perpiniani recessit*, & ad tri *tri Perpi-* galeas suas se transtulit, asserens se ju- *gnianoCol-* stum metum habere. *liberim.*

Cumque secundò & tertiò, ut deliberatum fuerat, modo supradicto requireretur in loco *Coquoliberi*: *Die* 14. *Nov.* respondit, quod ad locum, ad quem destinaverat accedere, nondum venerat: Et, dum ibi esset, responsionem faceret, si ad ipsum pro ea obtinenda mitteretur.

Considerate devoti servi Christi fideles, & catholicis animis quæso revolvite prædicta. Certe, longo tempore rectam in lucem productam conspicietis dicti Domini Petri intentionem. Hic homo verbis generalibus, multum attractivis semper usus, profitebatur, nedum se velle cedere, sed etiam mortem suscipere pro unione Ecclesiæ. Et, dum videt Reges, Principes, Prælatos plures, proceres, nobiles, cives, & incolas suæ obedientiæ in unum convenire, ut mediis juridicis matri suæ Ecclesiæ succurrant, & ipsam uniant, jam, *qui verum se Christi vicarium asserit, cum maxima commoda Dominici gregis trahi cernit, mercena-*

rii

Digitized by Google

rii vitia assumit fugiendo. Fuga enim, teste lege, præventum, suspectum reddit. Verum nedum fugit realiter, sed dictis & scriptis asserit, se debite omnia, quantum in eo est, & erat, fecisse. Quæcunque vera sint, ex prædictis compertum habetis. Sumite itaque vires, capessite fortitudinem Catholici. Non vos fuga deseret, non falsa asseveratio ab incepto glorioso retrahat. Christum, & ejus armaturam, charitatem & perseverantiam induite, & præcincti tenete. In messem Domini hora jam appropinquat. Fideles faciant, quilibet quod in eo est. Viri Ecclesiastici, exemplo *Pauli*, doctoris dilectissimi, *qui Petram non reliquit*, denegantis quod debet, pacem videlicet Ecclesiæ per cessionem toties debitam, & per sequelam ichilina nutrienti tam pestiferum, Petro Lunæ, resistite: Ac populum à Deo vobis traditum instruite, ea quæ pacì contraria sunt, avellite. Vos pugiles Ecclesiæ, Principes, fortiter compescite. Sæpe enim, ut accanon, per terrenum regnum, cœleste proficit. Hujus potestatis culmina intra Ecclesiam, de quo Domino reddituri estis rationem, tenetis. Vos verò fideles alii, superioribus vestris, quibus à Deo data est potestas, in his obedite, & per adhærentiam, causam Dei & matris vestræ Ecclesiæ defendite. Ut sic post gloriosum triumphum in eadem coronari possitis à vero sponso ejus, Christo, qui Deus est pacer fortitudinis & consolationis, faciens utraque unum, cui sit laus & honor in perpetuum. Amen.

Narbonæ, Anno Domini M CCCC XV. mense Novembr.

CAP. XIV.

A. 1415. 13. Dec. Capitula Narbonensia concordata pro unione, per Regem Romanorum & Ambasiatores Concilii ex una, & Ambasiatores Regum & Principum & aliorum de obedientia Benedicti XIII. ex altera parte.

Ex gemino MSC to Vindobonensi, Parte II. Act. C.C. f. 131. & Parte IV. f. 99. ut & MSCtis Act. C.C. Brunsv. Lipsi. & Gorl.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & filii & Spiritus S. Amen.

Tenor hujus veri & publici instrumenti cunctis pateat evidenter: Quod *die Veneris, tertia decima mensis Decembris, Anno ante natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quinto decimo*, Indictione octava, *hora secunda post meridiem*, ante tamen prandium, existentibus & congregatis in Capitulo novo Ecclesiæ Narbonensis Reverendissimis & Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis Miseratione divina Jacobo Archiepiscopo Turonensi, Petro Ripensi, Jacobo de Opizis Adnensis, & Johanne Gebennensi, Episcopis: Nec non Johanne de Opizis Decretorum Doctore Causarum sacri Palatii Apostolici auditore, Lamberto de Stipite, Priore Prioratus Conventualis de Bertrannia Ordinis S. Benedicti Leodiensis diœceseos, Decretorum Doctore, Benedicto Gentiani, Conrado de Sulato, Sacræ Theologiæ Professoribus, Johanne de Fabricis, Legum, Johanne Buellis, Hugone Hurez & Bernhardo de Planchis, Decretorum Doctoribus, sacri Generalis Concilii Constantiensis, sic per ejus obedientiam Protectoribus, & Principum nuncupati, legatis, nunciis & curatoribus, qui cum Serenissimo Principe Dno. Sigismundo, Dei gratia Romanorum Hungariæ Croatiæ &c. Regi semper Augusto, pro pace & unione sanctæ matris Ecclesiæ ad partes venerunt: Assistentibus eis & in bonis per idem Concilium transmissi Francis cooperantibus etiam Reverendis in Christo patribus, Dominis Regiis Divina miseratione Narbonensi, Arelatensi, Ro. Ecclesiæ Camerario, Arelatensi, Remensi ac Johanne Rigensi Archiepiscopis, Guidone Abbate Cluniacensi, Principibus illustribus & Magnificis Principibus, Duce Brigensi Comite Palatino, Ungarico Comite Bertholdo Duce

de Scala Veronæ & Vicen. &c. pro sacro Imperio Vicario Generali, Guilielmo Asser, pluribusque aliis Baronibus & nobilibus dicti Dni. Imperatoris Consiliariis, ab una: Nec non multum honorabilibus & providis viris Dominis Didaco Ferdinandi de Quiniones, Domini Regis Castellæ, & Didaco Ferdinandi de Vadiello, militibus & Consiliariis dicti Dni Regis Arragonum, & Magistro Philippo de Madalia, in facta pagina Professore, ac Sperante in Deo Cardona, Jurisperito, & Bonanato Petri, Decretorum Doctore, Ambasiatoribus & Procuratoribus dicti Dni. Regis Arragonum, ac Magistro Garcia de Falcibus, Secretario Dni. Regis Navarræ, ac ipsius & Dni. Fuxi prædictorum Ambasiatore & Procuratore, ab alia partibus: De & super pace & unione Ecclesiæ antedictis, habitis per eos prius pluribus diebus præcedentibus variis & diversis tractatibus, fuit tandem ad conclusionem sive concordiam inter eos deventum, ut continetur in Capitulis, quorum tenor sequitur sub his verbis:

Die Veneris XIII. mensis Decembris anno Domini M. CCCC XV. Indictione VIII. sunt subscripta Capitula concordata in Capitulo novo sanctæ Ecclesiæ Narbonensis, hora secunda post meridiem, ante tamen prandium, & in Camera magnæ turris novi palatii Archi Episcopalis.

Capitula XII. sequentia per Serenissimum Dominum *Romanorum Regem*, & Dominos *Legatos Concilii Constantiensis*, sic per ejus obedientiam nuncupati, ab una parte, & Dominos *Ambasiatores Dominorum* Illustrissimorum *Regum* & potentum, ac aliorum Dominorum Principum obedientiæ Domini Benedicti Papæ XIII. sic etiam per ejus obedientiam nuncupati, ab altera, *pro unione* in sancta Dei Ecclesia consequenda, *concordata* extiterunt cum Dei adjutorio modo infra scripto.

I. Patres Concilii Primo, quod *convocatio fiat per Prælatos*, cæterosque viros Ecclesiasticos, *in* dicto *Concilio Constantiensi*, sic per ejus obedientiam, ut præfertur, nuncupato, *existentes* & congregatos, de Regibus & Principibus prædictis, Cardinalibus & Prælatis, & cæteris viris de obedientia dicti Domini Benedicti Papæ XIII. sic per ejus obedientiam, ut præfertur, nuncupati, qui ad generale concilium debent & sunt consueti vocari, *per literas opportunas dictorum Dominorum de Concilio Constantiensi*, quæ emanent ab eis sub nominibus generalibus & sub denominatione tituli dignitatum, sive nominum appellativorum, sine expressione propriorum nominum vel propriarum dignitatum, *secundum formam hic* & *infra* ante secundum Capitulum *insertam*.

re novam instituere.
convocationem Concilii,
ratione partis Patris de Lunan Constantiensis.
Similiter tanquam existentes.

Et quod dictæ *literæ* dirigantur nedum ad Dominos Reges, Principes & Cardinales, sed ad alios quoscumque prælatos obedientiæ prædicti Domini Benedicti.

Et quod dicti Domini Reges & Principes ipsius obedientiæ sumant *onus faciendi præsentari* dictas *literas convocatorias*, quibuslibet in regno & principatu suo Prælatis suæ ditionis.

Et specialiter Dominus *Rex Arragonum* sumat onus faciendi præsentari dictas literas convocatorias Regibus & Principibus dictæ obedientiæ, ista capitula firmantibus.

Et quod in dictis literis convocatoriis *præfigatur terminus ad interessendum in civitate Constantiensi*, pro uniendo se & faciendo concilium generale una cum aliis ibidem congregatis, *trium menssium*, computandorum *a die præsentationis* dictarum literarum, *tres mentes* Domino *Regi Arragonum* in *Perpiniano*, si *stantia* fuerit, vel alias *in civitate Barchinonensi*, *comparatio* fuerit præsens, vel absens. Et in casu absentiæ sufficiat præsentari literas ante dictas *Vicario Regis*, vel *consiliariis* dictæ civitatis, aut majori parti eorundem.

Ut istra ant.

Et vice versa, quod præfati Domini *Hispani*, *Reges & Principes* proxime dictæ obedientiæ Domini Benedicti, *faciant literas Lunensis convocatorias ad* prænominatos *Prælatos*, *convocatorias* cæterosque Dominos *de Concilio Constantiensi*, similes literis convocatoriis *Patris* ab illis de dicto concilio emanandis, *Constantia* ut præfertur: Vel per suos Ambasiatores, & procuratores mittendos, sufficienti *jam congregati.*

Patris tos.

ficienti potestate fustultos, ibidem in Constantia congregatos convocabunt.

Hoc addito, & etiam intellecto, quod *litera convocationum mittantur ad Dominum Regem Arragonum sexaginta*, in numero: Scilicet *viginti*, quæ dirigantur ad Serenissimum Dominum *Regem Castellæ*, & prælatos regni sui, & aliæ *viginti*, quæ dirigantur *ad* Serenissimum Dominum *Regem Arragonum* & Siciliæ & Prælatos regnorum ipsorum, & *decem*, quæ dirigantur *ad* Illustrissimum Dominum *Regem Navarræ* & Prælatos Dominationis ipsius, & *quinque*, quæ dirigantur præpotenti Domino *Comiti Armaniaci*, & aliæ *quinque*, quæ dirigantur præpotenti Domino *Comiti Fuxi*, prout in eisdem literis debet seriosius contineri.

Vid. supr. f. 543.

Forma Convocationis literarum, in primo articulo concluſa, talis eſt.

Misseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, & ceteri in Constantia Provinciæ Moguntinensis in Christi nomine congregati, Illustri Principi Ferdinando Dei gratia, Arragonum, Siciliæ, &c. Regi, salutem & Ecclesiasticam unionem feliciter intueri. Quanquam misericordiæ divinæ neq; mensuram ponere, neque ejusdem tempora definire possimus indies: Attamen quos diligit castigans compertum habemus flagellat, ut in tentatione proventû faciant, & probatos ampliori retributione prosequatur. Ipsô siquidem permittente, à triginta octo annis & amplius, populus ejusdem peculiaris, qui Christiano nomine gloriamur, afflicti fuimus pestifero & execrabili schismate præsenti, cujus occasione omnium pene bene vivendi modorum status contractus est. Ut cessaret angelus percutiens, altissimum exoravimus, & indefessi ad id sudores nostros & animos aptavimus. Propitietur populo suo misericors & miserator Dominus, deprecamur, & secundum altitudinem cœli à terra corroboret misericordiam suam super timentes se. Unde quanquam varios perpessi fuerimus pro pace Ecclesiæ consequenda labores, & per anni circulum & ultra hic vacaverimus: Nondum venit dies Domini, in qua pace frui optabamus. Verùm appropinquat, speramus in ipsius auctore, quia arrhas ipsius reperimus. Nam Dominus, qui Gregorius XII. in sua obedientia dicebatur, sponte cessit. Sic & Dominus, qui *Joh.* 23. dicebatur, facere voluit atque fecit. Ut autem hoc idem faceret Dominus Petrus de Luna, qui Benedictus XIII. in sua obedientia nominatur, legatos & nuncios nostros ad Serenitatem Vestram, & ipsum, cum Serenissimo Romanorum Rege, Venerabiles & Reverendos Patres & doctissimos Viros, Archiepiscopum Turonensem & alios Collegas destinavimus. Qui quidem Dn. Petrus, admonitus, rogatus, exhortatus, & requisitus humiliter, per te debite & juridice, cessionem, per ipsum jure divino pariter & humano ac alias multipliciter debitam, tulit facere atque noluit. Sed hucusque distulit & noluit. Sed hucusque distulit facere differt, in totius Ecclesiæ scandalum & animæ populi Christiani jacturam, quam quidem suæ detrimentum. Quam quidem cessionem ut faceret per nos fuit & per Dn. Petrus requisitus pluries & notabiles Principes & communitates fuit ut filii pii obedientiæ suæ. Idcirco cnitimur, matri suæ compatientes animos quantum in nobis est, ut omnis pacem prædictam obtinere, & virtuosorum virorum allicere, nus in illo, qui est verus Ecclesiæ sus, congregati unâ simul cleſiam unjamus, & indecentia bet, quæ dicti schismatis lularunt, tollamus & de mus. Hinc Serenitatem feceramus per viscera misericordiæ nostri, per adspersionem sui pretimi sanguinis, per pretium nis nostræ exoramus, requirimus, monemus, quatenus ob Dei reverentiam ad tractandum super pris una nobiscum *veniatis*, & vestros, qui pariter possitis

conciliis generalibus interesse, quos una vobiscum præsentibus convocamus, moneatis, *inducatus*, & eosdem auctoritate à Deo vobis tradita, qua potestatis culmina intra Ecclesiam principatus proprii decore tenetis, de eadem Domino reddituri estis rationem, juxta dispensationis vobis traditæ modum *convocetis*, ut tali die &c. in Constantia compareant, ob schisma sedandum, unionem Ecclesiæ procurandam, reformationem etiam ipsius Ecclesiæ tam in capite quàm in membris complendam, & dejectionem Petri dicti effectualiter faciendam, & ad electionem unici futuri Pontificis procedendum, ac pro aliis causis & rationibus quæ ad generale Concilium de jure pertinent & spectant. Per hoc enim populum, quem Christus suo sanguine pretioso acquisivit, in unum ovile ad gloriam æternam consequendam aptaveritis, ac debitum Deo & Ecclesiæ matri nostræ reddideritis, æternæque vitæ retributionis præmium consequi poteritis. *Datum Constantiæ &c.*

II. *Novam Convocationem, Constantiensium & Hispanorum, esse debere generalē. Negotia in Concilio tractanda.*

Secundo, quod dictæ convocationes fiendæ per Dominos de Concilio Constantiensi, sic per ejus obedientiam nuncupato, & etiam per dictos Dominos Reges & alios &c. nec non congregatio & constitutio Concilii generalis fienda per dictos Dominos Reges & cæteros de obedientia dicti Domini Benedicti Papæ XIII, sic in sua obedientia, ut præfertur, nuncupati, possint fieri & fiant generaliter, ut deferatur honori Concilii jam dicti, scilicet *pro extirpatione schismatis & hæresium*, pro sancta *unione Ecclesiæ, pro reformatione universalis Ecclesiæ in capite & in membris*, & pro unico eligendo pastore, & pro aliis causis rationabilibus, (& rationibus) quæ ad generale concilium de jure pertinent & spectant.

Sed ad partem promittatur & firmetur per Serenissimum Dominum Imperatorem, & per Dominos prænotatos Prælatos, & cæteros spectabiles viros, hic missos, ex parte Dominorum de dicto Concilio Constantiensi, nomine dicti Concilii & etiam proprio, mediante publico instrumento, cum juramentis, quod in Concilio Constantiensi uniendo & constituendo, ut præfertur, *non tractabuntur*, ordinabuntur, statuentur, vel fient, tractari, ordinari, aut fieri permittent, directe vel indirecte, *aliqua concernentia* aut tangentia dictos Dominos *Reges, Principes, Prælatos, & alios de obedientia* dicti Domini *Benedicti*, vel aliquem ex eis, nisi solummodo *duntaxat causa ejectionis* dicti Domini *Benedicti, & electionis futuri summi Pontificis, & reformationis Ecclesiæ in capite & in membris*, & causa hæresium, cum dependentibus, emergentibus, &c.

Negotia à Constantiensi Concilio removenda.

Et quod dicti Dominus de dicto Concilio Constantiensi ratificabunt & approbabunt hujusmodi promissionem & obligationem mediantibus [illegible] instrumentis, ut supra; Et nihilominus, quod prædicta promissio, ratificatio, securitas specialis, confirmentur, & rata habeantur, & noviter firmentur, & statuantur per dictum formandum concilium sufficienter, prout fieri debeat, & est solitum, antequam procedi valeat ad aliquos actus, postquam fuerunt uniti.

Et quod, si contrarium fieret, Domini Reges & Principes, & alii de obedientia dicti Domini Benedicti, ab expresso ex nunc ajant & dicant, quod illa sic in contrarium facta per formandum & uniendum concilium habeantur pro invalidis atque nullis ipso jure: Et quod ad observationem eorum dicti Domini Reges & Principes & ceteri de prænotata obedientia dicti Domini Benedicti minime teneantur.

III. *Hispanos cum Concilio Constantiensi uniendos.*

Tertio, quod præfatis de obedientia dicti Domini Benedicti, venientibus ad Constantiam, *statim fiat unio eorumdem ad dictum Concilium Constantiense pro faciendo unum universale Concilium.*

Quo facto, quia Domini Reges & Principes, & alii dictæ obedientiæ ejusdem Domini Benedicti, dicunt esse certissimum, quod non possint licite obedire alicui in Papam eligendo, ut vero Papæ, nisi prius *vacaret papatus morte aut renunciatione* dicti Domini Benedicti pure & libere facta, prout de jure, divino pariter & humano tenetur, vel *per* justam & legitimam ipsius *depositionem*, seu depositionis declarationem, & *ejectionem* a papatu per dictum Concilium

um vel ejus autoritate fiendam: Propterea *in favorem* dictæ *unionis consequende* est concordatum inter Serenissimum Dominum Regem Romanorum, & alios Dominos de Concilio Constantiensi, quod ab eis sacrum generale Concilium appellatur, & inter Ambasiatores & procuratores dictorum Dominorum Regum & Principum, qui sunt de obedientia dicti Domini Benedicti, quod,

Ante electionem novi Pontificis per datum Concilium Constantiense inter eundem Dominum Benedictum & Concilium, aut subtersugientem renunciare papalium sedentem pure & libere, & alias, ut præmeretur quomodolibet delinquentem, & alias quoscunque dicti Domini Benedicti, ac etiam cujuslibet Domini Cardinalis quasvis alias personas, quæ dicto Benedicto non adhærent post dictam declarationem, seu depositionis universitatem, & contra quascunque civitates, villas & loca, quatenus tangere posset dictos Dominos Reges & Principes, & alios de obedientia dicti Domini Benedicti, & omnia & singula inde secuta, omnem effectum sive rum tollendo, & omnem maculam notam, quæ contractæ fuerunt ob præ-

Remotionem illam fiat processus per dictum Concilium contra eundem Dominum Benedictum in Concilium juste & legitime. Ad cujus vericilio fieri ficationem & decisionem *nullatenus habebere per beatur ratio ad processum Pisanum*, vel sententiæ ibidem latas, aut illo vel illis, dicessum, tum concilium in modum probationis vel in vim processus vel judicandi *tatione* non utatur.

Pisani Concilii. Et quod processa, cognita ac sententiata per dictum Concilium modo prædicto, dicti Domini Reges & Principes, ac cæteri obedientiæ dicti Domini Benedicti rata & firma habebunt, & illa minime impugnabunt. Item, quod

Cardinales Benedicti si veniant ad Concilium esse admittendos Cardinales dicti Domini *Benedicti*, si voluerint, ut supra in literis convocatoriis, venerint ad dictum Concilium, *admittantur* per idem Concilium ad omnes actus ibidem expediendos, & etiam ad electionem summi futuri Pontificis, suo casu, prout & secundum quod alii Cardinales vocatorum Benedicti & Johannes admittentur: Et, si vocati, ut supra, non venerint personaliter ad jam dictum Concilium, sed *per alias personas*, sufficiens procuratorium habentes, recipiantur & *admittantur personæ* prædictæ ad omnes actus Concilii, prout prout procuratores Dominorum Cardinalium jam dictorum Dominorum Gregorii & Johannis admittentur & recipiantur: Et secundum quod dictam Concilium uniendum circa prædictos omnes Cardinales duxerit ordinandum.

IV.

Quarto, quod per dictum unien- dum Concilium, si & in quantum fuerit necessarium, vel opportunum, ad uberiorem cautelam tollantur, *abolean- tur*, annullentur, & irritentur quicunque *processus*, sententiæ, decreta, ordinationes, statuta, & pœnæ, *per olim Gregorium*, & olim *Johannem*, *Abolenda* suos prædecessores, aut *per Concilium* *decreta* *convocatum Pisis*, a tempore exorti *esse omnia* schismatis, vel circa, occasione, vel cau- *durorum* latæ contra Dominos Reges, & pro- *Pontificis* sa ipsius Schismatis tacta, & facta, *Gregorii* & *Johannis* contra eundem Dominum Benedictum *Benedicti* & ejus obedientiæ *nis*, *con-* *stitutionibus* *dictis* Benedictis, *firmatis* *dictum* Benedictum *Benedictum* *Benedictum*

Et *idem* intelligatur deinde *de per-* *sona* dicti Domini *Benedicti*, *casu*, quo *renunciaverit pure & libere ante sententiam dictæ ejectionis.*

Intellecto tamen, & declarato, quod dictum Concilium non possit esse adversus processibus, & sententiis *Benedicti* latis, processu & sententia inde contra eundem Dominum *Benedictum* de quibus supra in tertio capitulo tinetur.

Et fiat similiter de sententiis per dictum Dominum *Benedictum* contra obedientiam dicti Concilii minos Reges, Principes, *personas* gulares, villas & loca.

Et quod statuatur *in prima* *dicti Concilii*, *tempore*, quo *fiat dictus*

quod nunquam de cætero ratione vel occasione dicti schismatis aut adhæsionis dicti Domini Benedicti, & sui prædecessoris Domini Clementis, possit contra Dominos Reges, Principes, Prælatos & alios de obedientia ipsius Domini Benedicti quomodolicet procedi, in judicio, vel extra.

V. *Favorabi-lia decre-ta seu be-neficia Ecclesia-stica confir-manda.*

Quinto, quod per dictum formandum Concilium approbentur, laudentur, & confirmentur, & etiam meliori modo, quo fieri possit, plenissime *dispensationes*, *gratiæ*, *facta* per dictum Dominum *Benedictum XIII. Papam*, sic per ejus obedientiam, ut præfertur, nuncupatum, quibusvis personis suæ obedientiæ, de quibusvis dignitatibus, Archi Episcopatibus, Episcopatibus, & officiis & beneficiis, & aliis quibuscunque, infra suam obedientiam, quæ nunc est, de his, quæ nunc possident: Et quæcunque *infeudationes*, *investituræ*, *contralim*, & aliæ *Concessiones* & *gratiæ*, *factæ* usque in diem primæ requisitionis, factæ eidem Domino Benedicto per Reges & Principes suæ obedientiæ, quibusvis personis suæ obedientiæ infra suam obedientiam, quæ nunc est, & secularibus, tam Regibus Arragoniæ, Castellæ, Navarræ, comitibus Armeniaci & Fuxi, quam filiis & liberis eorum, conjunctim seu divisim, de his, quæ nunc possident, & etiam aliis, cujusvis conditionis existant, de his, quæ nunc possident.

Mentuer omnes & singulæ *concessiones*, *dimenti* *minum* *Benedictum XIII. Papam*, sic per

Hoc tamen declarato & intellecto, quod si ab aliquibus prælaturis, magisteriis, seu magistratibus, dignitatibus vel beneficiis quibuscunque, durante schismate fuerint separata, vel disgregata aliqua membra, castra, villæ, seu alia bona, reditus, proventus, vel emolumenta ac responsiones cameræ, vel alia jura quæcunque, de quibus fuerit aliquibus forsan jam provisum, vel facta collatio, vel infeudatio, infra suam obedientiam constituta: Quin ideo prædicta ipsis prælaturis, magisteriis, seu magistratibus, dignitatibus, & beneficiis, ut capiti, restitui & reintegrari valeant, *per Concilium antedictum*, & cæteris de aliis dignitatibus & beneficiis, *providentur*, prout providentiæ concilii visum fuerit, per dictas confirmationes, approbationes, & firmationes hic contentas nullum impedimentum præstetur. Et idem fiat econverso de alia obedientia.

VI. *Cardina-les Benedi-cti in Con-silio Constan-tiensi ad electio-nem novi Papæ admittun-tur.*

Sexto, quod *Cardinales* dicti Domini Benedicti, si voluerint ire vel mittere ad jam dictum formandum Concilium, seu ad electionem summi Pontificis, cum vacaverit papatus, altero de dictis tribus modis, ut supra in tertio articulo dictum est, faciendam, convocati modo, quo supra, & adhærere volentes opinioni dictorum Dominorum Regum & Principum obedientiæ dicti Domini Benedicti, *reputentur & admittantur ut veri Cardinales* sanctæ universalis Ecclesiæ, & *ut tales habeantur*, & ab omnibus honorentur, nec non dignitatibus, & emolumentis, & aliis Cardinalatus privilegiis, præeminentiis & prærogativis ut veri Cardinales admittantur frui pariter & gaudere. *Salvis tamen aliis constitutionibus & statutis per dictum Concilium promulgandis, de electione Romani Pontificis facienda in futurum.*

Electio no-vi Pontifi-cis.

Septimo, quod *provideatur* per dictum formandum concilium circa *Officiales Provincia Romanæ* dicti Domini *Benedicti*, *de eadem* Dum tamen iidem officiales eidem Domino *Benedicto non adhæreant* post subtractionem obedientiæ, si eam fieri contingat, vel post ejectionem præfatam.

VII. *esse Curia-libus Be-nedicti, si non amplius illi ad-hæreant.*

Octavo, si ante renunciationem, seu ejectionem dicti Domini Benedicti prænotatam, *ipsum contingat decedere*, promittant dicti Domini Reges & Principes ejus obedientiæ, atque jurent, quod non *permittent fieri in eorum regnis & terris electionem aliquam per Cardinales* ipsius, vel alios eorum vice, imo, in *Benedicti* quantum in eis erit, modis omnibus prohibeant. Et casu, quo fieret per illos electio, illi sic electo per eos non adhærebunt, nec obedient quoquo modo, neque in regnis eorum & terris sic electum aliquatenus sustinebunt, vel sustineri permittent: Sed *electionem* in dicto casu per dictum formandum *Electio concilium permittent fieri, & electo per illud* in Papam, & in dicto casu, ut vero summo Pontifici indubie adhærebunt.

VIII. *Nono. commissa*

Per Car-dinales *defuncti* *non dele-tos* *instituta* *in Hispa-nia* *Concilio Const.*

IX. *Nono.* Quod præfatum formandum concilium debite *providerat* cum decenti manſvetudine & rationabili æ-

De diversis eadem dem titulo ex diversis obedientiis concurrentibus ſi certo tractabitur, honore utriusque obedientiæ ſemper ſalvo.

quitate, quod, *ubi duo vel plures in eo-*
rant, quilibet eorum in dicto concilio decen-
ter tractabitur, honore utriusque obedientiæ ſemper ſalvo. Et quod ante finem dicti Concilii idem concilium providebit in dictis casibus taliter, quod illorum quorumlibet honor & ſtatus, quam diu vixerint, debite ſupportentur, & interim nihil innovetur contra aliquem prædictorum, quousq; per dictum Concilium, & eundem ſummum Pontificem eligendum, proviſio fieret debite ſuper iſtis.

Benedicto Gregorio & Johanni malta.

in Concilio Conſt. agendum.

X. *Decimo.* Quod dictus Romanorum Rex, & Domini, qui ſunt hic præſentes ex parte Dominorum de Concilio Conſtantienſi, illorum nomine & etiam proprio, & quantum ad eos ſpectat, in eorum bona fide aſſecurent, & aſſecurare ſatient per Dominum Regem Franciæ, & Dominos Ducem Aquitaniæ, Delphinum, Viennenſem, & Regem Ludovicum, ac Dominum Comitem Sabaudiæ & per totum dominium ipſorum, dictum Dominum Benedictum, ſi ire voluerit, vel mittere ad dictum Concilium, & omnes & ſingulos Ambaſiatores & procuratores ipſius Domini Benedicti, & Dominorum Regum & Principum, & alias quasvis perſonas, ſive ſint Cardinales, & alii Prælati, ſi accedere voluerint, & alios quoslibet obedientiæ dicti Domini Benedicti, tam clericos, quam laicos, cujusvis ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtant, cum gentibus & familiaribus ſuis, & bonis eorum, cum ſufficientibus *literis de ſalvo conductu*, quod tute & libere poſſint ire, tranſire, & morari per itinera & loca, usque ad Conſtantiam inclusive, & ſtare in dicta civitate Conſtantienſi, & in dicto concilio, quamdiu eis & eorum cuilibet placuerit, & reverti ab illis, cum voluerint, & aliàs in omnibus & per omnia eundo, ſtando & redeundo pleniſſima gaudeant libertate. Et quod *Officiales & conſules Conſtantienſes* in abſentia dicti Domini Regis Romanorum, & alii, ad quos ſpectet, *jurent*, & mediante juramento promittant, *quod fideliter obſervabunt*, quatenus ad eos ſpectat, & obſervari facient *prædicta omnia* & ſingula, & defendent, & tuebuntur ſupradictos omnes & ſingulos in perſonis & bonis pro toto poſſe, omni fraude ceſſante, & nullam impreſſionem aut violentiam directe vel indirecte facient, aut fieri permittent jam dictis perſonis vel earum ſingulis, nec non bonis earum quoquomodo. Et omnia iſta *firmabuntur juramento proprio per* dictum Dominum *Regem Romanorum*, per ſe, vel per alios Dominos pro Concilio Conſtantienſi hic præſentes, tam nomine dicti Concilii, quam proprio. Quæ *Guidatica & aſſecuramenta* mittantur *Regi Armagonum*, una cum literis vocatoriis dicti Concilii, ad hoc ut dictus Dominus Rex poſſit certiorare vocandos de dictis ſecuritatibus, & ſalvis conductibus, ne dicta occaſione le valeant ab eundo ſeu mittendo ad dictum concilium excuſare.

Benedicto ad Concilium iturò vel legatos miſſuro ſalvum conductum per Cæſarem eſſe dandum.

XI. *Undecimo.* Quod dictus Dominus *Romanorum*, nomine ſuo, & pro ſuccessoribus ſuis, & alii Domini hic præſentes nomine dictorum Dominorum de Concilio Conſtantienſi, & promittent, *quod ratum habebunt* ſingulariter, & promittent *omnia & ſingula in prædictis capitulis* eorum quolibet contenta *facient*, quantum in eis erit, omni dolo ceſſante, per Dominos Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos & alios Prælatos, Ambaſiatores Dominorum Regum & Principum, & alios in dicto Concilio Conſtantienſi exiſtentes, ſingulares, per ſe, vel perſonas ſufficienti poteſtate ſuffultas, *firmari, & jurari*, antequam ab eo recedatur dictæ literæ vocatoriæ, *prima ſeſſione, facta unione ad dictum concilium*, pro dicto univerſali concilio, prædicta facient, concedent, ordinabunt, & jurabunt.

Et, ſi contrarium præmiſſorum, alicujus ipſorum fieret, vel *prædicta* omnia & ſingula non adimplerentur, & exequerentur, prout in dictis capitulis, & eorum quolibet continetur, ex nunc prout ex tunc dicunt, & dicunt

mini Reges & Principes, Prælati & alii ipsius obedientiæ dicti Domini Benedicti ab expresso, quod ipso facto sit id irritum, & inane, & ad observantiam præsentium capitulorum, vel alicujus eorum minime teneantur. Et etiam Ambasiatores Regum & Principum hic præsentes obedientiæ dicti Domini Benedicti, firment & jurent dictis nominibus dictorum Dominorum Regum & Principum, pro se & successoribus suis tenere & observare omnia & singula supra dicta, quantum in eis erit.

Duodecimo. Quod de præmissis omnibus & singulis firmentur & tradantur cuilibet partium prædictarum tot, quot necessaria fuerint, publica instrumenta. XII.

CAP. XV.

Copiæ subtractionis per Regem Arragonum factæ Domino Petro de Luna, olim Papæ XIII.

Quæ corruptissime legitur in Appendice Labbei f. 1532.

Ex MSC. Vindobonensi, Parte II. Act. C.C. f. 224. & MSC. Helmstadiensi - Brunsvicensi & Lipsiensi Actorum C.C.

NOs Ferdinandus &c. Per terrenum regnum sæpe cœleste proficit, ut, *qui* intra Ecclesiam positi *contra pacem agunt Ecclesiæ, rigore Principum terreantur.* Hinc est, quod *auctæ pacis Ecclesiasticæ*, aut *solutæ*, nec immerito, a cœteris Regibus illa *rationem exigit*, qui eorum putavit ipsam credendam Ecclesiam potestati. Illud quippe *felix imperium, cujus divisa in partes Ecclesia legibus redit in unum.*

Felix imperium cujus legibus Ecclesia unitur.

Et licet ab adolescentia naturaliter ad pacem nobis sanctæ matris Ecclesiæ instinctus fuit amor, postquam regiæ apicem dignitatis altissimo disponente attigimus, tanto ad illam ferventius nostra crevit affectio, quanto nos divinis humanisque legibus *ad Christiani populi procurandam concordiam* dignitate jam dicta reputamus astrictos.

Ferdinandi Regis Arragonia studium pacis.

Nec fuit nostrum desiderium hujusmodi solius *voluntatis* contentum finibus, quinimo non cessavit in actum *indefessis laboribus* profilere. Et, ut multa silemus, quibus pro desiderato fine consequendo secretam operam sollicitamque dedimus, & nonnulla & alia (aliqua) publica taceamus: Illud tamen, quamvis notissimum, silentio minime tradere volumus, quod pro celebrandis *visitis inter* (sanctissimum) Dominum *Papam Benedictum*, & Illustrissimum *Regem Romanorum*, fratrem nostrum charissimum, *& Nos, in villa Perpiniani*, prout extiterat concordatum & tum super facto unionis sanctæ matris Ecclesiæ, totius humanæ affectionis immemores, ut ita dicamus, habentes odio carnem nostram, valetudine corporali in civitate *Valentiæ* detenti, quæ, non diuante, Nos usque ad mortis portas appropinquare coegerat, *contra Medicorum omnium nostrorum Consilium nil mari committimus.* Et quanquam operante Domino propitius semper usque ad terminum loci nostri ventorum flatus populerit, qualem tamen & quam gravem infirmitatem contraximus, nodum vicini populi seri loqui distantes Insulæ audierunt. A qua licet auxilio crepti divino, non tamen adhuc omnino liberati sumus. Nec nos ab inceptis mortis timor poterat retrahere, consummationem æstimantes [in Lips. M. *bonam* &] beatam, si illo modo (in MS. Brunsv. *illa* in MSC. Helmst. *illis*, Ita & in *Lipsi*) diebus nostris contingeret finem dare, (dari) ubi pax Dei Ecclesiæ redderetur. Et vere pro consequendo breviter à dicto Domino Benedicto fine votivo, dubitandi locus minime videbatur, cum & Dominus *Angelus*, vocatus apud suos *Gregorius*, & Dominus *Balthasar* à suis *Johannes* nominatus, post ipsius vocati *Johannis condignam sua demersus dejectione*, pure & simpliciter cesserint omni juri, si quod eis forsan competeret in papatu. Eratque ideo impium suspicari, quod dictus Dominus Benedictus, qui se tot promissionibus, juramentis, ac pollicitationibus ad prosequendam unionem sanctæ ma-

Colloquium Perpinianum inter Papam, Caesarem & Perpinianum.

Recordatur.

tri-

tris Ecclesiæ per viam renunciationis, omnibus illam aliis præferendo, astrinxerat, ut pene universo notum est orbi, quique, ut sæpius asserit, adversarium suum, ut convenirent in unum ad mancipandum effectum, quæ de faciendacessione promiserat, toties agitavit, quod per eum non stabat, quo minus veniretur ad actum, aliter mente ageretur (Helmst. & Lipſ. MSC. *gereret*) quam in humanis auribus ejus verba sonarent.

Hac igitur tam verosimili decepti fiducia, postquam dictus Serenissimus *Romanorum Rex*, frater nobis charissimus, pro Ecclesiæ Dei unitate & pace sectanda, ad quam utiq; habere dignoscitur ardentem Zelum, pro dictis (*præ-dictus*) *visitus*, & factis unionis jam dictæ, hujusmodi nostram *villam Perpinani*, multis prælatis & viris egregiis, ab his, qui congregati sunt in Constantia, destinatis, & quam plurimis aliis Ambasiatoribus Regum Franciæ & Angliæ, ac quorundam aliorum Christianitatis Principum sociatus, *intravit*, nonnullis supervacuis dilationibus locum dedimus, & non sine magno totius Ecclesiæ ac negotii, de quo agebatur, discrimine, ut eidem Domino Benedicto omnis tolleretur dissentiendi materia, morem in diversis prorogationibus gessimus votis suis, adhuc pie credentes, quod finaliter non dubitaret tanto bono, aut, quod de labis sui proceſſerat, irritum facere vereretur, præsertim casu isto, ubi, etiamsi nulla præcedenti esset promissione astrictus, tenebatur, prout *teneatur*, de necessitate salutis, jure divino pariter & humano, *simpliciter renunciare papatui* pro tot evitandis scandalis in Ecclesia Dei, ob tam evidentemque utilitatem ejusdem, etiamsi de jure suo nullum dubium verteretur.

Sed res versa est, proh dolor, in obliquum. Nam *difficile* se in *facile* in promtu reduxit, &, quod *facile* putabamus, *difficile* experti sumus. Quis enim dictum vocatum *Johannem*, tanta, *inflatam potentia*, ac tantorum Principum obedientiis communitum, sic *dejiciendum* credidit, aut tam *seculariter viventem*, ut fertur, quantumcunque ejectum, *pure renunciaturum* putavit? Quis dictum nuncupatum *Gregorium*, per quem, ut *Gregorius* idem Dominus Benedictus asserit, *cessisse*. procuratú est retroacto tempore, quominus cessionis via executioni debitæ mandaretur, *jus suum* cogitavit tam *liberaliter* in sui tanti nominis gloriam *dimissurum*? Quis utique ex adverso tam duræ credulitatis adesset, & existimandum putaret, quod omnibus circumstantiis ab obtinendam dictam Ecclesiæ Dei unionem sic se offerentibus, quas nedum homines procurare, sed vix cogitare potuissent, cunctis verè Christum confitentibus, eidem humiliter instantius (MSC. Brunsv. & Helmst. humili instantia) supplicantibus, prælatus Dominus *Benedictus cessionem jusum ulterius differre tentaret*, ac sacrosanctam unionem Ecclesiæ, quam tam meritorie & glorioſe probatione unius (MSC. Brunsv. & Helmst. probatione) verbi consequi poterat, tam periculoſe & detestabiliter impediret?

Nos autem postquam novimus, quod ex nonnullis schedulis, per eum in præsenti negotio datis, & aliis *tuis* tradatibus, nil aliud sequi poterat, nisi *imparabilis ruina perpetua totius negotii, irreparabilis* populi Christiani, & cujuscunque fidei horrenda *scissura*, habito *maturo* digesto *consilio Ambasiatorum*, rum regnorum & civitatum, rum, *in* dicta *villa Perpinani* negotiis sanctæ unionis præ *dilationes* hujusmodi, quantum possemus *amputare*, & ulterius diffugiis deliberavimus *indulgere*.

Et dicto Domino Benedicto clytum *Alphonsum, primogenitum* charissimum, in nostra persona, nos tunc ægritudine tenerem plicare, & per ipsum requiri Et una cum eo Ambasiatores mi Regis Castellæ, nepotis rissimi, Illustrissimi Regis Navarræ vunculi nostri charissimi, præ gregii Comitis Armaniach, consanguinei nostri dilecti, tique supplicarunt, & ipsum runt, quatenus omnibus attentis pro tanto Dei sacrificio, no prælibatæ unionis habendæ, retur *dictam renunciationem facere*

Johan. 23. cessisse.

& libere, prout utroque jure, ut supra dicitur, tenebatur.

Cui quidem *supplicationi* & requisitioni tam humili atque justæ *aurem obturare* voluit. Et nullo congruo dato responso, nonnullis per eum de vacantibus in regnis & dominio nostro Ecclesiis, fictè, ut dicitur, provisionibus quibusdam familiaribus suis factis, deserto totaliter dicto sancto unionis negotio, *simulato metu*, cum nulla causa timoris adesset, *à dicta villa Perpiniani recessit*, in cujus castri residebat tutela. Quis vero tam formidulosus esse potuit, quod intra tam fortissimi castri claustra residens, multisque armorum gentibus constipatus, vallatusque undique consanguineis, servitoribus & amicis, infra nationem propriam trepidaret? Quod plus est, nemine sequente, *terrendi* certe *alios potius, quam timendi aderat ei facultas*, & fugandi potius, quam occasio fugiendi. Maxime, quod securitatibus & *guidaticis* nostris, solenni juramento vallatis, & cautionibus & juramentis multorum Baronum, nobilium, & aliorum potentum ditionis nostræ, ac gubernationis officialium, & consulum dictæ villæ fulcitus esset ad votum. Quibus verosimile non erat coactionem, injuriam, seu compulsionem sibi obliquam [MSC. Brunsv. ac Helmst. aliquam] irrogari. Nam si, quod absit, in cor nostrum aliqua contra personam suam cogitatio ascendisset, recessum suum facilime potuissemus impedire, cui nulla tam (MSC. Brunsv. ac Helmst. quàm) lacrymabili supplicatione nos objicere possumus.

Et quidem, licet jam essemus de sua cessione non immerito desperati, & ad alia remedia cum cordis anxietate pro consequenda pace Ecclesiæ nostræ ligeremus considerationis intuitum: Affectione tamen singulari, quam ad ejusdē Domini Benedicti personam, honorem & statum semper in corde gessimus, inflammati, ad finem, quod de consensu suo pax haberetur Ecclesiæ, & in tam evidenti casu & singulari articulo sui nominis gloriam exaltaret, continere minime potuimus, quin *missis ad eum*, antequam navim seu galeam in Coquiliberio ascenderet, *nunciis* & procuratoribus, nostris, & aliorum Regum & Principum prædictorum, requisitionem & *supplicationem* prædictas eidem faceremus humiliter *duplicari*.

Quibus intructuoso per eum dato responso, in continenti ventorum ducatui se commisit.

Et denique percepto, quod intra nostrum dominium *in castro de Panisco* idem Dominus Benedictus derelicto mari descenderat, etiam per nuncios & procuratores nostros & Regum & Principum prædictorum requisitiones & *supplicationes* prædictas, eidem faceremus *triplicari*.

Sed minime supplicandi importunitas cor suum ad tanti boni & rationis vehiculum blandiri potuit, quin imo in propria pertinacia adhæreret.

Attendentes itaque, sic labores nostros debito fine frustrati, quod, per omnes humani consilii nodos (in MSC. Br. & Lipſ. *nostes*) laborantes, nullum potuimus boni operis manipulum ex tam prolixi schismatis [in MSC. Brunſ. *prolixæ seminatis, in Lipſ. MSC. Ex tam prolixæ seminatis aratibus*] tractatibus adipisci: De cætero laxare retia decrevimus, invocato Christi nomine, & ejus virginis genetricis, salubri super his jam dictorum omnium præmissorum vocato consilio: Attento, quod *in civitate Constantiensi fere totus populus Christianus*, qui sub obedientiis prædictorum vocatorum Gregorii & Johannis præsens (in MSC. Brunſv. *prius*) erat, tam per Principes, & eorum Ambaliatores solennes, quam etiam per Prælatos & alios quamplurimos notabiles viros *congregatus existit*, cum affectione sancta, pura & simplici ad obediendum summo Pontifici, quem universalis Ecclesia sibi canonice præficiendum decreverit: Et quod nedum injusſum sed inhumanum utique videretur, illos ulterius nostra communione privari, quos ad unitatem & pacem sic esse constat affectos: *Deliberavimus, quod* Ambasiatores Regum & Principum prædictorum obedientiæ dicti Domini Benedicti, ac etiam omnes Prælati, & alii Ecclesiastici viri, qui ad generale concilium consueverunt vocari, *ad*

jam

jam dictum *Constantiense Concilium infra certum terminum venire* (MSC. Br. *ire teneantur*) tractaturi una cum aliis, ibidem, ut dictum est, congregatis, ac facturi divino mediante præsidio, quod unio Ecclesiæ orthodoxæ jam (M. B. & H. *tam*) diu corrupta (MSC. B. & Helmst. & Lipſ. *concupita*) sub uno indubitato & ab universali Ecclesia recepto pastore legitimo habeatur: Prout in certis super hoc *capitulis* inter Serenissimum Dominum Regem Romanorum prædictum, & Ambasiatores Constantienses, (in MSC. Br. & H. ac L. *congregationis Constantiensis*) & diversos alios Prælatos cum eis, ex una parte, & nos & alios Reges & Principes supradictos obedientiæ dicti Domini Benedicti, seu eorum Ambasiatores, ex altera, *concordatis* & thematis dignoscitur contineri.

Et non parum ad dictam cathoicam communionem (M. H. Br. & L. *unionem*) nos illud *novum bonum* allicit, ab orientis sedis apicibus, [MSC. Bruniv. Helmst. ac Lipſ. *ab oriente sedis apicibus*] & relatione productum, quod Græci, suam actu legitimorum (MSC. Br. & H. & Lipſ. *a cœtu Latinorum*) defientes scissuram, ardore Christi perfusi, dominico gregi, si eidem unum & indubitatum caput præesset, aggregari proponunt.

Verum, quia vanum esset deliberare salubria, nisi (in MSC. Br. *ne*) tollantur de medio ea, quæ minime pervenire deliberata permitterent ad effectum, (in MSC. Helmst. aliter: *Verum quia bonum esset deliberare salubria incessanter, ne medio ea, quæ minime pervenirent deliberata, permittantur ad effectum*) considerantes, quod prælibata tam sancta tam (M. H. & L. *causa, quam*) totiusque (totius) catholicæ fidei conservatio (MS. Br & H. *conservativa*) provisio ac deliberatio, non nostra, imo divina, nullatenus produci (M. H. *perduci*) ad condignum valeret effectum, quamdiu prælati & alii subditi (MSC. Br. *studii*) nostri sub obedientia dicti Domini Benedicti existerent, aut ejus jussionibus atque mandatis parerent. Præsertim, cum in responsione, quam fecit dictæ supplicationi & requisitioni ultimæ, convocaturum se omnes Prælatos suæ obedientiæ, asserat, (M. H. effatur) ut ad celebrandum eum eo concilium per totum mensem Februarii convenirent, deliberaturi ibidem, ut asseruit, quomodo responderet dictis supplicationibus sibi factis, quas jam ipse expresse negavit: sed jam, quod notandum, (*quod non*) ut cum eis deliberet, (M. B. *deliberaret*) ne (M. H. *cum non*) *posset ire Constantiam*, hujusmodi vocationem ipse faciet inter alia. Ideo (*Adeo*) satis apparet, quod, *dum erat in dicta villa Perpiniani*, ubi negotia tractabantur Ecclesiæ, cessionem (MSC. Br. & Lipſ. *scissionem*) aliquam in concilio (idem per septennium & ultra dilatavit,) tenere noluit (MSC. Br. & Lipſ. *voluit.*) Unde convocatio hujusmodi exquisita de directo deliberationi, provisioni, (M. H. & B. & *concordiæ*) per nos jam dictos factæ, certissime contradicit, & unionem ac pacem Ecclesiæ impedit manifeste: Quamobrem prædictis omnibus, & aliis pluribus plene attentis, quæ aperte demonstrant, quod tam salutifero & evidenti progressui pacis sanctæ matris Ecclesiæ, & ejus inveterati (M. H. *intemeratæ*) schismatis evulsioni, obedire dicto Domino Benedicto, aut ejus parere mandatis, notorium impedimentum adducit: De multorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Militum, Doctorum & Presbyterorum (M. B. ac proborum) ac nunciorum (M. H. *ac proborum nuntiorum*) hic præsentium, diversorum regnorum & civitatum nostrarum Consilio, providemus & ordinamus, per nos & nostros successores, nec non, per quoscunque Ecclesiarum Prælatos, Duces, Domites, Barones, & quasibet alias personas, tam Ecclesiasticas, quam seculares, cujuscunque gradus, dignitatis, præeminentiæ aut conditionis existant, quomodocunque subditos, ac inter regna & diœceses nostras (M. H. & Br. *ditionem nostram*) degentes, præfato Domino Benedicto obediendo non esse aliqualiter parendum: Ac præcipimus districtius & mandamus eisdem, quatenus dicto Domino Bene-

dicto minime tanquam Papæ obediendo [M.H. & Br. *obedire,*] adhærere, aut in aliquo parere præsumant, nec ejus bullas, ac quascunque literas suas, & suorum officiariorum ordinariorum, vel delegatorum collectorum, vel subcollectorum, intra ditionem nostram præsentare, ac collectoribus vel subcollectoribus prædictis, seu (in MSC. L. & H. *privilegiis*) quibusvis aliis personis, de fructibus sive reditibus, ad cameram Apostolicam quomodocunque spectantibus respondere, præterquam illis, quos nos ad hoc duxerimus deputandos: Cum nostræ intentionis existat, illos, his duntaxat exceptis, quos in prosecutione unionis Ecclesiæ expendere oportebit, futuro unico, & ab universali Ecclesia recepto summo Pontifici per fideles personas integraliter reservare. Injungentes nihilominus, ac etiam ordinantes, quod omnes & singuli, qui beneficia Ecclesiastica in regnis, aut terris, ditioni aut dominio nostro subjectis, obtinent, cujuscunq; conditionis aut status existant, etiamsi Cardinalatus & Pontificali dignitate præfulgeant, in suis Ecclesiis ac beneficiis resideant, nullusque eorum præfatum Dominum Benedictum aut ejus curiam sequi, quovismodo morari (manere) præsumat. Alioquin per illos, quos ad colligendos fructus cameræ Apostolicæ duxerimus, ut præmittitur, deputandos, omnes & singulos reditus beneficiorum, quæ obtinent, præcipimus arrestari, donec super hoc aliud ordinetur. Etiam districtius nihil ominus [M. H. & B. *inhibentes*] universis & singulis subditis nostris, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, etiamsi pontificali prætulgeant dignitate, vel quovis alio titulo, seu nomine censeantur, ne contra tenorem præsentium aliquid attentare, seu in aliquo contra venire præsumant, si pœnas graves cupiunt non subire. Mandamusque demum universis & singulis Gubernatoribus, vicariis, justitiariis, Calmedinis, bajolis, juratis, & aliis officialibus nostris, ubilibet constitutis, quatenus servato tenore (M. H. honore) hujusmodi, prout ad eorum quemlibet pertinebit, quoscunque deprehenderint, aut noverint aliquatenus contraire, sub competenti custodia teneri faciant, nosque super hoc consultare non differant, facturi deinde, prout a nobis receperint in mandatis.

In cujus rei testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo (M. B. & L. *pendente*) munitas. Datum *Perpiniani*, & propter indispositionem personæ nostræ signatum manu nostri *primogeniti*, die sexto Januarii Anno a nativitate (incarnationis Domini) *Millesimo, quadringentesimo, sexto decimo*, regnique nostri quinto.

Alphonsus Primogenitus.

Dominus Rex mandavit mihi Paulo Nicolai.

CAP. XVI.

Copia Literæ clausæ Ferdinandi Regis Arragonum ad Sigismundum Imperatorem. Qua renunciavit subtractionem obedientiæ Benedicto factam.

Ex *MSC. Lipsiensi Actorum Concilii Const.*

SEreniſſimo Principi SIGISMUNDO, Dei gratia Romanorum Regi semper Augusto, ac Hungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ &c. Regi, Fratri nostro carissimo, FERDINANDUS, eadem gratia Rex Arragonum, Siciliæ, &c. salutem debitam cum honore.

Serenissime Princeps, Frater noster præcharissime.

Sollicitâ curâ præcipuâ circa consummationem tractatus initi unionis sanctæ matris Ecclesiæ, & nec ignari, Serenitatem Vestram, pro qua reciprocæ assertionis (*affectionis*) studio

fervenior

si recenter inludat, (*nisum dat*) summopere gratulari, Vobis prælentibus intimamus: Quod *hodie*, dato (*de*) hujusmodi, Dei nomine invocato, ad finem, quod Dei Ecclesia, unico nupta sponso, sive Christianus populus, qui toris pene temporum naufragavit curriculis, (circulis) in pace quiescat, *subtraximus* & subtrahi jussimus ubique ditiones nostras *obedientiæ Dn. Benedicti*. Dictamq; *subtractionem* hic signanter, & per alias etiam partes nostræ ditionis, juxta ipsius formam quam Serenitati Vestræ mittimus cum præsenti, solenniter *fecimus publicari*. Credentes indubie, ad idem uno eodem die factam fuisse per Illustrissimos Reges, Castellæ, nepotem, & Navarræ, avunculum, nobis charissimos, ac etiam Comites Armaniaci, & Fuxi, in eorum regnis & terris & civitatibus, prout extiterat concordatum. Super aliis verò, quæ remanent excquenda, tam vigiliter tamque studio (*tam vigili studio*) procedere curabimus, quantum in nobis erit, quod ex eis speramus, ipsem suffragante Domino, (*suffragante ope divina*) fructum votivum & felicem exitum proditurum. Et si quæ de nostris regnis & terris, Serenissime Princeps, frater nobis charissime, grata vobis occurrunt, fiducialiter intimetis. Datum *Perpiniani* sub nostro sigillo secreto, & propter indispositionem personæ nostræ signatam manu nostri Primogeniti, 6. *die Januarii*, *Anno a Nativitate Domini* M CCC XVI.

Alphonsus, Primogenitus.

Quod ab Hispaniæ Regibus die 6. Jan. An. 1416. conclusum erat, fidem Petro de Luna, ob lucem fidei ac promissi prorsus amissam, denegandam esse, istud absque mora effectum. Quod ajunt 1. *Frangenti fidem fides frangatur eidem*. Solenni proinde formula *pro publica concione* denunciatum populo, nullam Petro, tanquam Papæ, fidem posthac obedientiæ esse præstandam. Effecit hoc laudatus supra Cap. XIII. §. 22. *Vincentius Ferrerius*, silentio hac de re plebi diplomate regio originali, quod manu Alphonsi, Primogeniti Regis, subscriptâ roboratum erat. Prælectum hoc diploma lingva vulgari & Latina ore *Vincentii*, præsentibus Ferdinando, Alphonso, Rege, Regnique hærede, aliisque Magnatibus & innumera plebe. Quæ pompa plenius depicta per *Johannem Comitem*, *epistola de illo* spectaculo scripta, memorante *Cerretano*.

Epistola Johannis Comitis ad Petrum Trilhiam,

Narbonæ 12. Jan. A. 1416. scripta

De celebritate, qua Petro de Luna à Rege Arragoniæ omne obsequium in regno denegatum.

QVia dici audivi, & verum fuit, quod Frater Vincentius debebat prædicare die Lunæ sequenti in Castro, coram Domino Rege, & de ipsius mandato exponere populo Capitula & Concordiam, facta inter Serenissimum nostrum Imperatorem & ipsum: Ego ipsa die Lunæ, quæ fuit festum Epiphaniæ Domini, remansi usquè post prandium. Et fui in prædicatione dicti Fratris Vincentii. Qui multum notabiliter. Missa solenni ad portam Capellæ Castri superius per eum celebrata, astante ibidem populi multitudine copiosissima, utque ut credo ad decem millia personarum, prædicavit, assumto themate suo, videlicet: *Obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham*: Et Capitula ipsa, eadem laudando & approbando, recessum dicti Benedicti & alia per eum facta reprobando, exposuit. Et facto sermone, ante tamen conclusionem, data sibi fuit littera subtractionis, sigillata sigillo Domini Regis, & manu Domini Primogeniti signata. Quam exhibuit & publicavit. Et quia totus populus non intellexisset Latinum, dicta litera fuerat transcripta eorum vulgari, in uno folio Papyri,

intellectus, sed ex depravatione affectus. Quamvis apud Ecclesiam habendus esset ille vel hæreticus, vel de hæresi vehementer suspectus.

IV. Artic. Item quod *Ecclesia*, sic instituta est à Christo perfecto legislatore, quod *potest se continuare* & de facto continuabit in unitate, usque ad consummationem seculi. Et hoc intelligendo nedum de *primariâ* & essentiali *unione*, quæ est ad Christum, sed de *accidentali* & secundariâ ad summum Pontificem, sic, quod potest & poterit sibi instituere caput unum secundarium, quod dicitur Papa. Et quicunque impedit scienter commissivè vel omissivè talem unitatem Ecclesiæ, agit contra articulum jam dictum: *Unam, sanctam, Catholicam* &c. Etiam ubi videretur stare cum prima unitate ad Christum. Iode patet, quod *aliqui existens Papa legitimè electus potest effici schismaticus, si det impedimentum scienter commissive, quod ista Ecclesia non obediat uni summo Pontifici.* Dum exempli gratia Papa non potest reducere majorem partem Christianitatis ad obediendum uni capiti, nisi cesserit & alter constituatur, ipse vero hoc pertinaciter renuit facere, aut in aliquo multiplici casu tali. Simile dicendum de inobedientibus vero Papæ, quod possint esse Schismatici. Et alii, qui non obediunt, sed parati sunt obedire modo prædicto, & apponunt diligentiam suam, quod uniatur Ecclesia, sunt immunes à schismate.

V. Artic. Item si probetur de aliquo, quod circa præmissa sit *hæreticus*, hoc est juxta verba Augustini, quod fingat sibi novum errorem vel antiquum sequatur, gloriæ suæ vel principatus sui causa, probabitur consequenter manifestissimè, quod talis est nedum fautor schismatis, sed verè *schismaticus*. Et ideo sufficiat in seqventibus coarctare sermonem ad *hæresin*, quoniam ex isto sufficienter concluditur *schisma*.

VI. Artic. Item quod dum nullus est Papa, vel dum lapsus est in hæresin manifestam & jam damnatam, vel dum consentire non potest, quod Ecclesia congregetur, quia scilicet effectus est amens & insanus incurabiliter, vel incarceratus est taliter, quod haberi non potest accessus ad eum, etiamsi necessitas vel evidens utilitas immineat, potest se congregare sicut Papa. Et idem dicendum est, ubi Papa sufficienter summatus & requisitus pro congregando Ecclesiam *ad intendum eam infide & moribus* vel ad consituendum sibi Papam certum, nollet contumaciter eam convocare.

VII. Artic. Item iste articulus sequitur ex prioribus, ut ex negatione ejus sequeretur, quod Ecclesia non fuisset à Christo perfectè instituta pro sui conservatione & unitate legitimâ in membris suis in fide & moribus, & ad unum caput secundarium verum & certum. Quod apertissimè est contra Apostolum *ad Ephesios 4.* & alibi multis locis, & *Hoseæ primo.*

VIII. Artic. Item Ecclesia dicitur *Catholica*, id est, *universalis & Apostolica*, quoniam omnis homo generaliter obligatur adhærere firmiter illis veritatibus, quas eadè Ecclesia tenet, docet & prædicat. Quæ *veritates* sunt *sufficienter in sacrâ Scripturâ contentæ*, præsertim in Evangelio, vel ex contentis in Sacrâ Scripturâ & clarè deducuntur, vel per Apostolorum doctrinâ succesivè deductæ sunt de generatione in generationem usque ad nos per observationem legitimam. Unde dicitur *Ecclesia Apostolica, quoniam in Apostolorum doctrinam fundata est*, tam verbis quàm scriptis.

IX. Artic. Item dum est data in Evangelio per Christum aliqua *regula generalis* observanda, illa *obligat omnem hominem* habentem usum rationis. Nisi de exceptione alicujus hominis constiterit per eandem legem Evangelicam, & non solum per humanam traditionem vel exceptionem. Quoniam inferioris lex derogare non potest superioris auctoritati.

X. Artic. Item quod hæc est *lex Evangelica* generaliter promulgata *Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, vade & corrige eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum, si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos testes, ut in ore duorum vel trium testium stet omne*

verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Sequitur continuo: *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram*, &c. Ubi fundatur *potestas supernaturalis Ecclesiæ* ultra naturalem.

XI. Artic. Item quod ad prædictum articulum corroborandum ex aliis sacræ scripturæ passibus possent induci variæ leges, quæ sunt de jure proprie divino & expresso, imò & jure proprie naturali, præsupposito divino. Ut de abiciendo partem corporis scandalisantem totum corpus, sive sit pes, sive manus, sive oculus, *Matth.* 18. Et ita de reliquis. Sed sufficit ad deducendum propositum hæc unica lex prædicta: *Si peccaverit.* Et forte diceret hic aliquis, quod quicquid sit de membris abiciendis aut recidendis, caput tamen non potest abjici vitâ manente: Respondeo, quod similitudo corporis veri & mystici non est hic usquequaque eadem. Quoniam sine capite naturali corpus non potest vivere, sed *sine capite secundario corpus mysticum potest habere vitam*, sicut in casu nostro patet *de Papa*, quo remoto vel abscisso stat unitas & vita in corpore mystico Ecclesiæ, & hoc in virtute capitis essentialis & primi, quod est Christus.

XII. Artic. Item sicut *summus Pontifex*, quantumcunque legitimè fuerit electus, est *filius Ecclesiæ*; sic dici potest & debet *frater uniuscujusque hominis de Ecclesia.* Unde & ad hoc significandum dedit nobis Christus hanc formam orandi; *Pater noster* &c. Si unum ergo habemus Patrem in cœlis, si unam matrem Ecclesiam in terris, constat, quod *omnes mutuo sumus fratres.* Et oppositum sentire vel dicere de Papa, esset apertissima dementia.

XIII. Artic. Item quod *Papa*, quantumcunque legitimè electus, *potest peccare.* Quia non est impeccabilis ex assumtione papalis dignitatis. Oppositum dicere, nisi constaret de aliquo per divinam revelationem, esset intolerabiliter superbire, & contra testimonium experientiæ, præsentis & præteritæ.

XIV. Artic. Item prædicta lex: *Si peccaverit*, quamvis data fuerit pro regimine totius Ecclesiæ & filiorum suorum; Nihilominus appropriatè data est personæ Petri, qui erat futurus summus pastor, sicut promissum fuerat *Matth.* 16. & executioni demandatum *Joh.* 21.

XV. Artic. Item, quod Christus in prædictâ lege: *si peccaverit* &c. non accipiebat Ecclesiam, quando dixit, *Dic Ecclesiæ*, pro ipso *Petro* vel pro successoribus suis summis Pontificibus. Patet, quia Petrus non dixisset sibi ipsi, quando frater suus noluisset obedire monitioni suæ seu fraternæ correctioni. Intelligebat ergo *de Ecclesia*, quæ est *congregatio fidelium*, præsertim quando frater, qui peccabat, & nolebat corrigi, fuisset talis, quod non habuisset prælatum supra se, sicut est Papa, qui tamen subjectus est legi prædictæ; sicut ipse est *frater peccabilis.*

XVI. Artic. Item Christus dicendo in prædictâ lege: *Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*, docet manifestè, quod etiam *habet auditoriam judiciariam.* Alioquin si non audiretur, non esset contumacia vel peccatum. Et patet aliunde per illud: *Qui vos audit, me audit* &c. & iterum: *Quæcunque alligaveritis super terram.* &c. Sic subjungitur statim post prædictam legem: *si peccaverit.*

XVII. Artic. Item quod omnis, qui potest & debet licitè puniri judicialiter, potest etiam licitè evocari ad judicium, etiam per appellationem, aut provocationem, aut citationem, prout visum fuerit expediens judici, vel illis, qui ad judicium accusare volunt fratrem delinquentem. Præsertim ubi non apparet pro tunc modus convenientior procedendi contra reum & peccatorem fratrem.

XVIII. Artic. Item quod nulla constitutio humana potuit aut potest præjudicare legi prædictæ: *si peccaverit* &c. cum sit de jure purè divino & de jure proprie naturali, præsupposito divino.

XIX. Artic. Item quod constitutiones, quæ dicunt, quod *Papa potest deponi*, si labatur in hæresin, non sunt censendæ constitutiones purè humanæ vel positivæ.

Digitized by Google

tivæ aliquorum summorum Pontificum vel alterius. Patet, quia tunc non ligarent Papam, quia par in parem non habet imperium.

XX. Artic. Item, quod fundantur hæ constitutiones principaliter in prædictâ lege: *Si peccaverit*, & in aliis juribus conformibus, sicut prætactum est *Articulo Undecimo.*

XXI. Artic. Item, quod sicut hæc constitutio Christi: *Si peccaverit* &c. non specificat vel restringit de solo peccato hæresis, sed est *generaliter de quolibet peccati genere*, quod potest deduci in publicum. Sic *quodlibet peccatum Papæ*, publicum seu notorium, *potest denunciari Ecclesiæ*, si fraternaliter Papa monitus nolit audire monentem neque testes inductos. Nisi daretur ex lege propriè divinâ, quod aliquod peccatum Christus isthic excluserit: Quod utique fieri non poterit.

XXII. Artic. Item, quicunque cujuscunque status fuerit, qui scripserit vel asseruerit, quod Papa non possit pro alio crimine accusari coram Ecclesiâ quàm pro hæresi, ille negandus est simpliciter, tanquam contradicens textui Evangelico. Vel reverenter glossiandus est, si non appareat, quod fuerit in hâc assertione pertinax, & si in aliis bene sensit. Simile dicitur *de scripturis*, quæ sonare videntur, quod *Papa non habeat superiorē judicem in terris, & quod ab eo nunquam licuit, neque licet appellare*, & ita de similibus, quæ *si excludunt auctoritatem generalis concilii*, sunt hæreses manifestæ. Sed non est leviter præsumendum, quod alii Doctores sic senserint generaliter absq; omni exceptione, possibili occasione vel colore.

XXIII. Artic. Item, quod glossa, quæ dicit, quod *pro alio crimine quàm pro hæresi potest Papa accusari vel deponi, non habet auctoritatem* vel robur tanquam ab uno glossatore vel homine, sed *à Christo immediate* & expressè. Alioquin non faceret fidem, sicut prædictum est in altero articulo, quod par in parem, & unus inferior in superiorem non habet judicium.

XXIV. Artic. Item, quod de jure divino & naturali est propria defensio sui ipsius, dum læditur, dum tamen hoc faciat per media non prohibita in lege divinâ & naturali.

XXV. Artic. Item, quod stare potest in facto, quod aliquis *molestatus à Papa*, etiam vero & legitimo, non possit habere sufficientem defensionem, nisi provocet vel *appellet à Papa ad judicium Ecclesiæ, & nisi subtrahat se ab eo*, sic quod ejus mandatis non obediat, quæ mandata vel obedientia tollerent læso justam defensionem sui ipsius vel suorum: Ut esset tutio proprii patris vel matris, aut patriæ suæ; imo & totius Catholicæ veritatis aut unitatis Ecclesiæ. Sicut apparuit in subtractionibus multis legitimè factis tempore nostro & per prius.

XXVI. Artic. Item, sicut aliàs prædictum est *coram hoc sacro Concilio*, potest haberi multiplex occasio; & quæsitus color ad hoc, quod *possit & debeat per Ecclesiam seu concilium generale vice sua dari libellus repudii vero Papæ*, quandoque *sine culpa Papæ*, licet non sine causâ, quandoque *cum culpa Papæ*, etiam aliâ quàm sit hæresis. Et numerati sunt colores vel *occasiones duodecim*. Quemadmodum viceversa summus Pontifex potest dare libellum repudii Ecclesiæ, sicut patuit in Cœlestino cedente. Uxor autem & vir non videntur hic ad imparia judicari.

XXVII. Artic. Item quod *prædictiomnes & singuli Articuli* sunt *per hoc sacrum Concilium Constantiense solemniter & judicialiter declarati*, & multipliciter practicati, tam *in ejectione olim Johannis Vicesimi tertii*, quàm in *constitutionibus & decretis factis super auctoritate generalis concilii*, præsertim 6. *Aprilis anno* 1415. & novissimè in decreto facto, quod præjudicet subtractioni factæ sibi in Arragonia &c. *Vid. in A- lio Tomo IV.*

XXVIII. Art. Item quod docens vel asserens nunc oppositum alicujus articulorum præmissorum cadit in hæresin jam damnatam, & asserit expressè contra prædictam legem Evangelicam: *Si peccaverit* &c. & contra articulum istum: *Unam sanctam Catholicam* &c. & contra *determinata expressè per hoc sa-*

crum concilium, ſicut prætactum eſt.

XXIX. Artic. Item quod *Prælatus Eccleſiaſticus*, etiam *Papa*, determinans judicialiter, aut per modum conſtitutionis perpetuæ & pœnalis, oppoſitum præmiſſorum Articulorum, non potuit aut poteſt à pertinacia quomodolibet excuſari. Tum quia demonſtrat, quod non quærit tota ſolicitudine veritatē, dum eam ſcienter impugnat & ad impugnandum omnes alios inducit, quantum in ſe eſt, per excommunicationes & alias pœnas graviſſimas. Tum vitioſus in caſu præſenti, quia non oſtendit ſe paratum corrigi, dum regulam ſui correctricem negat & impugnat, ſcilicet auctoritatem Eccleſiæ vel generalis Concilii vice ſua.

XXX. Artic. Item quod nullæ *proteſtationes* factæ in oppoſitum relevant talem aſſertorem, vel determinatorem, quo minus debeat *in errore ſuo pertinaci judicari*. Quia cum talibus *proteſtationibus generalibus*, de volendo ſtare in fide Eccleſiæ, &c. ſtat de facto particularis erroris aſſertio. Sicut poſſet latius deduci, tam per rationes quam exempla priorum *hæreticorum* & etiam modernorum, dum *factum repugnat proteſtationi*.

CAP. II.

Articuli Speciales

De pertinacia & hæreſi Petri de Luna, hujuſque vanis proteſtationibus contra citationem Conſtantienſi Concilio factam.

I. Artic.

ET primò notandum eſt, quod *Petrus de Luna* dudum fecit quandam prætenſam *conſtitutionem*, & eam pluries ſolenniter publicavit & publicari fecit, imò & *practicavit*, quantum in ſe fuit, tam contra Chriſtianiſſimum Regem Franciæ, *ante Concilium Piſanum*, quàm noviſſimè contra Illuſtriſſimum Regem Arragoniæ, & generaliter *contra omnes*, *qui ſunt in hoc ſacro Conſtantienſi Concilio*, ſicut patet ex ſua *reſponſione ad citationem*. Quæ prætenſa conſtitutio incepit: *In dierum ſucceſſu creſcente malitia &c. Datum Maſſiliæ 14. Calend. Junii, anno 13. Pontificatus noſtri*, ita quod ſunt *decem anni* vel circiter.

Vid. in Actis, Tomo IV.

II. Artic. Item, quod in prætenſa conſtitutione ponitur in forma talis *clauſula* inter cæteras: *Omnes &c. qui à nobis vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus appellare præſumſerint, ſeu à noſtra ſeu ipſorum ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium obedientia receſſerint, ac ſe ſubtraxerint, vel in præmiſſa ſubtractione aut appellatione perſeveraverint ſeu perſtiterint, ſeu eis in præmiſſis impedimenta, ſeu appellationibus, ſubtractionibus vel provocationibus ſcienter per ſe vel per alium vel alios quavis occaſione ſeu æquſito, colore dederint auxilium, conſilium, vel favorem, & qui pertinaciter aſſerverint, illos qui præmiſſa committunt per noſtras ſententias non ligari, cujuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis exiſtant vel conditionis, etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, regali, imperiali, vel aliâ quavis Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, ex nunc auctoritate appoſita excommunicationis ſententiam promulgamus, à quâ nullus præterquam à Romani Pontificibus, niſi duntaxat in mortis articulo, poterit beneficium abſolutionis obtinere &c.* Et adduntur *pœna* depoſitionis.

III. Artic. Item, quod dicta *clauſula*, ſicut patet ex formâ ſuâ, eſt generaliter *ubiq; omni exceptione* poſita, tam de Petro de Lunâ, quàm de quocunque legitimo ſucceſſore ſuo, live labatur aliquis eorum in hæreſin, ſive in aliud peccatum quodlibet, quantumcunque enorme. Quia dicit, *quavis occaſione ſeu æquſito colore &c.* Et quia ſi voluiſſet aliquam exceptionem fuiſſe, illam explicaſſet. Sed quia videbat exceptionem redundare potuiſſe contra ſeipſum, propterea nullam appoſuit, vel apponendam judicavit.

IV. Artic. Item, quod *Petrus de Lunâ* in ſuis *reſponſionibus* datis *ad citationem* contra eum factam dat aperte intelligi, quod vult practicare dictam prætenſam conſtitutionem, & tenet firmiter, quod habuit & habet robur & vim ſuam *contra omnes & ſingulos, qui ſunt in hoc ſancto*

sacro Constantiensi Concilio. Quia sic dicit in formâ:

Protestandum tamen, quod per quæcunque facta vel facienda dicta seu dicenda sub quacunque formâ non intendit dictum congregationem aut ejus præsens citationem comprobare, nec ipsam citationem quomodolibet exandire, aut in quocunque seu qualemcunque dignitate tanquam notorie nullam protestatem habentibus emanatam quomodo tribuere seu præstare: imo ipsam & alia quæcunque facta seu facienda ordinata seu ordinanda contra ipsum, & Romanam Ecclesiam, cum sint de facto præsumpta per eos, pronunciavit, decrevit, & declaravit, pronunciat, decernit, & declarat cassa, nulla & irrita ipso jure, ut de his etiam solenniter est protestatus.

Postremò cum in prætensâ citatione contineatur, quòd *convenientes in unum canonice convocati & representantes ipsam universalem Ecclesiam decreturum* &c. Respondet idem Dominus noster Papa, quòd prædicti *congregati in Constantia non sunt generalis synodus nec universalem Ecclesiam representant, cum sint excommunicati, & omnibus Ecclesiasticis dignitatibus, gradibus, & auctoritatibus, & jurisdictione privati, & per consequens nullas partes potuerint assumere, nec possint, sicut nec etiam jurisdictionem aliquam exercere, præcipue cum minor in majorem, & præsumitur in Papam, quem nec juris auctoritas, nec rationis debitum, nec alicujus obligationis necessitas ad hoc arctant, aliam impediosum exercere non potest.*

Ecce temeritatem & pertinaciam adversus hoc sacrum Concilium, & adversus omnes indifferenter, qui sibi non obediunt. Unde & reputat solam Ecclesiam esse apud se & solum Concilium generale, & quod Cathedra suæ est arca Noha, sicut dixit. Verbo dans intelligi, quod nullus extra hanc arcam salvabitur. Et ita de pluribus.

VI. Articulus. Item quod hæc prætensa *constitutio*, de directo & expressè repugnat omnibus & singulis prioribus Articulis, qui elucidant hanc legem Evangelicam, *Si peccaverit*, & qui fundantur in hac lege cum suis similibus. Et hoc notorium est ex terminis.

VI. Artic. Item, quod Petrus de Lunâ *non excusatur* vel relevatur *ab hæresi* prædictâ & pertinaciâ *per generalem protestationem*, quas facit, quæ sic habentur in formâ:

Dicit ac etiam profitetur, quod in veritate fidei & unitate Catholicæ Eccl. semper fuit & est, semperq; se fuisse & permansisse firmiter credit, nec ab illa unquam modo aliquo deviavit sicut nec deviare intendit, nec favorem scismati vel hæresi aliquo modo dedit, sicut nec dare intendit, imo semper tenuit & tenet firmiter, credidit & credit, quod sancta Romana & Catholica ecclesia tenuit & tenet profitetur & docet, nec aliquid à prædictis devium dicere, facere, scribere, docere, tenere, seu credere intendit imposterum, gratia ejusdem divina adjuvante, nil, pertinaciter seu incorrigibiliter dixisse seu dicere voluit nec intendit. Sed omnia præterita, præsentia & futura, quæcunq; dicta & dicenda, facta & facienda, scripta & scribenda, credita & credenda, docta & docenda, subjicit subjectaq; esse voluit correctioni & determinationi Catholicæ Ecclesiæ sacrosanctæ. Et si contra præmissa vel aliquid præmissorum dixerit, scripserit aut fecerit quovismodo quod non credit, paratus est semper stare correctioni dictæ sanctæ matris Ecclesiæ, in cujus unitate vivere intendit, atque mori sicut catholicus & fidelis, & facere & complere ea, ad quæ astringitur in præmissis & quolibet præmissorum. Constat enim, quod cum his protestationibus remaneret particularis error suus non purgatus.

Protestationes Petri de Luna.

VII. Artic. Item, si nunc prædictus *Petrus de Luna* vellet à prædictâ *hæresi sua* reverti & redire ad gremium Ecclesiæ, ipsa posset non claudere sibi gremium, dando indulgentiam de scelere, sed *non deberet ipsum impunitum relinquere, vel in Papatu pretenso retinere*, etiam ubi fuisset aliunde Papa legitimus.

VIII. Artic. Item, quod *si mitteat nuncios suos*, videtur quod in primis & ante omnia proponendi sunt ipsis præcedentes Articuli, ut respondeant figillatim ad quemlibet. Quoniam per hoc fiet abbreviatio aliorum processuum Juridicorum, qui verfarentur in his quæ sunt facti. Quoniam per prædictos articulos potest veraciter uno verbo dici ipsi Petro de Luna: *Ex ore tuo te judico*

dico fuiſſe nequam. Imò videtur, quod nuncii, ſi mittantur, erunt interrogandi ſuper præmiſſis, nedum pro nomine ſeu vice Petri de Luna, ſed etiam pro ſe ipſis, ut videatur quid ſentiant ſuper eisdem articulis, ut ſi male, habeant & ipſi malè juxta demericum & errorem, ſi bene, condemnabitur eorum magiſter ex eorum confeſſione catholica & vera.

Articulatio prætactæ *conſtitutionis Petri de Luna* poteſt fieri contra ipſum ſub *tribus propoſitionibus* ſequentibus, cum probatione ſummaria & aliarum quarundam additione concluſionum.

Hæc *conſtitutio* Petri de Luna eſt *hæreticalis*, quæ incipit. *In dierum* &c.

Hæc conſtitutio cum ſuis circumſtantiis reddit Petrum de Luna proprie *ſchiſmaticum*, *temerarium*, *ſcandaloſum atque ſacrilegum.*

Probatur *prima concluſio* ſic. *Conſtitutio* illa eſt *hæreticalis*, quæ directe & expreſsè præjudicat & contrariatur legi Evangelicæ, de correctione fraterna, & de correctione judiciali per auctoritatem Eccleſiæ, ſi fraterna non ſatisfecerit; quæ habetur *Matth.* 18. *Si peccaverit in te frater tuus* &c. Sed hæc conſtitutio Petri de Luna eſt hujuſmodi, igitur eſt hæreticalis.

Deducitur *major* per deſcriptionem *hæreſis*, quod eſt *dogma perverſum fidei catholicæ contrarium.* Conſtat autem quod Evangelium eſt fides orthodoxa objective, ſicut dicitur in Symbolo: *Hæc eſt fides catholica* &c.

Sed *minor*, in quo ſtat difficultas, deducitur ſic. Lex prædicta de correctione fraterna & judiciali aut comprehendit Petrum de Luna & ſuos ſucceſſores, qvos reputat ſummos Pontifices futuros legitimè, vel non comprehendit. Non poteſt dici ſecundum: Quoniam lex fertur generaliter de omni fratre, dum peccaverit tali peccato, qvod poteſt deduci in publicum. Conſtat autem, quod qvilibet Chriſtianus eſt frater noſter, etiamſi fuerit Papa. Qvia propter hoc non deſinit dicere, Pater noſter. Si igitur eſt pater noſter, nos pariter ſumus fratres. Si verò detur primum, ſicut dari neceſſe eſt, qvod ſcilicet Papa comprehendatur ſub lege hac Evangelica & immutabili, quæ conſonat etiam juri propriè naturali. Sequitur ergo, qvod ſi peccaverit in nos, etiam frater noſter debet fraternaliter corripi juxta regulam generaliter ita poſitam: qvod ſi noluerit audire, adhibendi ſunt teſtes, qvod ſi audire noluerit, denunciandus eſt Eccleſiæ, qvam ſi contemſerit, habendus eſt tanqvam ethnicus & publicanus, id eſt, excommunicatus, & extra Eccleſiam poſitus.

Seqvitur ergo conſeqventer, qvod *Eccleſia eſt judex Papæ*, dum peccaverit peccato publico & Eccleſiæ denunciato. Et *poteſt Eccleſia talem Papam excommunicare & ejicere à conſortio*, multiplici occaſione, & multiplici qvæſito colore.

Conſtat autem, qvod ab inferiori ad ſuperiorem legitimum poteſt fieri appellatio, ſeu provocatio, ſeu deductio in cauſam, ſeu judicialis citatio & evocatio, nunc ad denunciationem alterius, nunc ex puro judicis officio. Sed manifeſtum eſt, qvod hæc conſtitutio tollit omnia iſta media, dum ſert generaliter excommunicationis ſententiam & pœnas depoſitionis in omnes, qvi qvacunqve occaſione vel qvocunqve qvæſito colore præſumſerint à perſona Petri de Luna vel à qvocunqve ſucceſſore ſeu appellare, ſeu provocare, vel ab obedientia ſe ſubtrahere, id qvod utiqve repugnat & contradicit manifeſtiſſimè huic legi Evangelicæ, prout modo deductum eſt.

Probatur *Secunda Concluſio* facilitèr ex præcedenti. Ille enim propriè dicitur hæretieus, qui pertinaciter aſſerit imo determinat hæreſin. Sed Petrus de Luna pertinaciter ita facit. Eſt enim pertinax, qui non eſt paratus corrigi, & qui non quærit totâ ſolicitudine veritatem, ſed impugnat, & ad impugnandum omnes inducit ſub pœnis terribilibus, quantum in ipſo eſt. Sic eſt in propoſito. Addendo maxime, quod *hic impugnatur regula veritatis* de directo, per qvam errans frater habet corrigi. Quæ regula eſt *Auctoritas & poteſtas judicialis ipſius Eccleſiæ vel Concilii generalis* vice ſua. Unde tollit, quantum in ipſo eſt, omnia media, per quæ debet

Digitized by Google

debet errans ad viam & regulam reduci veritatis. Possent addi circumstantiæ quasi sine numero, quæ probant hanc pertinaciam in Petro de Lunâ respectu constitutionis hujusmodi & aliorum errorum multiplicium & scandalosissimorum. Sed hæc pro nunc sufficiunt, attento, quod tam erga Regem Franciæ quam erga Regem Arragoniæ voluit practicare constitutionem illam hæreticalem atque pestiferam, imò & in omnes *existentes in hoc Concilio*, sicut patet in responsione suâ ad citationem.

Probatur *Tertia Conclusio*, considerando materiam, circa quam est hæresis prædicta, quæ de necessitate infert peccatum schismatis. Quoniâ tenditad impossibilitandum reunitionem Ecclesiæ sub uno certo pastore supremo, quia tollit medium convenientissimum imò necessarium, scilicet *auctoritatem judicialem Ecclesiæ seu Concilii generalis* vice suâ, prohibet Ecclesiam congregari &c. & dum removet omnem Papam à subjectione auctoritatis judicialis Ecclesiæ.

Confirmantur omnia prædicta per *constitutiones hujus sacri Concilii factas & publicatas pluries.* Confirmantur etiam per subtractiones licitas illorum Principum, qui se subtraxerunt.

Oportet etiam concedere præmissas *tres conclusiones*, vel dicere, quod hoc Concilium generale erravit faciendo quæstiones tales, & in approbando novissimè *subtractionem Dominorum Arragonensium.* Ablit autem hoc à nobis ita delirare.

Et, si dicatur, quod multa jura Canonica, multæ constitutiones Papales, & aliæ videntur sonare pro constitutione Petri de Lunâ: Respondetur, quod illa jura sunt reverenter glossanda, & interpretanda conformiter ad invariabilem legem Christi. Aut si vult aliquis illa tenere in suis terminis protervè & rigidè, nos cum omni libertate talia scripta negabimus esse vera, & per consequens nec jura Canonica. Quoniam *nullum jus esse censendum est, quod divinæ legi convincitur contraire.* Addatur & hic clausula quæstionis, quæ ponitur supra *Articulo Secundo*, *in secundis Articulis: Omnes &c. qui à nobis &c.* supra.

CAP. III.
De variis Erroribus Petri de Luna.

EXcerpta de articulis contra Petrum de Lunâ in processu producti.

Primò *in tractatu*, quem fecit, aut fieri fecit, & ab aliis factum adprobavit, & ratum habuit, intitulato *de schismate*, ponit conclusionem sequentem: *Et paniturconclusio sequens: Nulli convenit potestati, nec divinæ, nec humanæ, quod quid sit intra unum locum & extra eundem.* Dictamq; conclusionem pertinaciter adseruit & sustinuit, quæ *hæretica* est *contra Sacram Scripturam* & divinam potentiam: Cum Deus sit intra & extra eundem locum. Et hoc est notorium.

Item quod dixit, scripsit vel scribi fecit & adseruit idem Dominus Petrus, vocatus ut præmittitur, Benedictus: *Quod si iviſſet ad Pisanum Concilium vel iviſſet ad illud, ad cedendum Papatui ut aliqui sibi consulverunt, & consulebant, jam non essent clavis in Ecclesia, nisi Deus incarnatus fuisset, & clavis de novo dedisset. Et hoc est notorium.*

Item *in tractatu*, quem fecit, aut fieri fecit, & factum adprobavit, & ratum habuit, *contra Pisanum Concilium*, qui incipit: *Quia nonnulli, In quarta parte, via tertia, & subsequenti*, & alibi in dicto tractatu dixit, adseruit, & pertinaciter sustinuit, quod, *stante dubio hujus schismatis, illi qui non possunt certificare de veritate & justitia alterius contendentium de Papatu primo electorum, obediendo Papæ Benedicto Tertiodecimo, scilicet sibi, quod essent in conscientia sunt & essent securi.* Et hoc est notorium.

Item dicunt & proponunt dicti prosecutores & ministri, quod idem Papa, vocatus, ut præmittitur, Benedictus, post præmissum per eos prætensum Perpinianum Concilium dixit & adseruit pertinaciter & constanter: *Quod si totus mundus diceret sibi, quod cederet Papatui, & sibi videretur, quod non sequeretur inde unio Ecclesiæ, aut videretur sibi, quod ipse non deberet cedere, ipse non cederet. Et si totus mundus diceret sibi, quod*

non

non cederet, & sibi videretur, quod deberet cedere, ipse cederet. Per hoc suum judicium, imò potius errorem, pertinaciter præferendo omni humano & Ecclesiæ universalis judicio. Quod manifestè probat pertinaciam in errore.

Item, quod Christus & Papa sunt unum caput Ecclesiæ, posuit in quodam *Tractatu contra decem propositiones stabilientes Concilium Pisanum.*

Item quod Concilium generale nullo modo & in nullo casu potest celebrari sine Papa, etiam dum Papa mortuus est. Et ita necessariò dicendum esset, quod *in Constantia* post adunationem tot obedientiarum & regionum nullum est aut fuit generale Concilium. Cujus oppositum tanquam Catholicum *determinatum est & prædicatum in hoc sacro Concilio.*

Et quoniam hoc errore dato sequeretur manifestè, quod Ecclesia non fuisset sufficienter & perseveranter pro sui conservatione instituta à Christo: Quia denique non appareret modus condemnandi vel ejiciendi Papam schismaticum incorrigibilem & hæreticum contradicentem pertinaciter Ecclesiæ.

Ponuntur consequenter ad probata de prædictis & aliis articulis *tres conclusiones* sequentes:

Hæc assertio Petri de Luna, *quod Concilium generale non potest in aliquo casu congregari sine Papa*, est hæresis nunc expresse damnata.

Hæc assertio Petri de Luna: *quod si credidisset aliquibus tempore Concilii Pisani, clausis hodie non essent in Ecclesia*, est manifestè hæretica, præsupposita duratione legis Dei usque ad consummationem mundi.

Hæc assertio Petri de Luna, quod *Christus & Papa sunt unum caput Ecclesiæ*, est hæreticalis, nisi reducatur ad aliquem sensum sanum satis improprium.

Advertendum est postremò, quod *super materia hæresis* fundatæ sunt principaliter conclusiones prædictæ ex assertionibus Petri de Luna.

Primo quoniam & voces & scripturæ significant manifestius conceptum mentis, juxta dictum Christi: *Ex verbis tuis justificaberis* &c. Cui consonat dictum Aristotelis: Quod *voces sunt signa earum, quæ in mente sunt passionum.*

Secundo, quia convincere, hominem hæreticum esse, ex solis operibus sine vocibus, difficillimum est, attento, quod hæresis principaliter consistit in intellectu.

Propter quod *tertio* dicitur, quod, licet ex prædictis articulis contra *Petrum de Luna* & sufficienter in facto probatis posset & debeat sufficienter concludi, contra eundem Petrum de Luna, quod *ipse est notorie perjurus, notorie schismaticus, notorie scandalizans universam Ecclesiam sanctam Dei*, & per consequens de hæretica pravitate vehementer notandus & suspectus, præsertim circa hunc articulum: *Unam, sanctam* &c. Et circa præceptum hoc: *Non perjurabis* &c: Ac perinde, per hujusmodi suspicionem vehementem & scandalum notorium datum in materia schismatis & perjurii & incorrigibilitatem, sit *ab omni officio Papatus*, vero vel pretenso, rationabiliter & judicialiter *deponendus*, prout multi solenniter ex juribus allegarunt & probaverunt: Nihilominus ex solis eisdem productis & probatis non videtur sufficienter concludi, quod sit *hæreticus propriè dictus*, nisi confundatur ex propriis assertionibus suis, constitutionibus & responsionibus, datis tam verbo quàm scripto. Quamobrem studiosius scriptum est vel articulatum circa hujusmodi assertiones. Attento præcipuè, quod *nonnulli revocant in dubium, an Papa depositus, vel habeat judicem superiorem in quocunq; crimine, nisi sit à fide devius, vel hæreticus propriè dictus.*

TOM.

TOMI II. PARS XX.

Consultationes Cardinalium aliorumq; Prælatorum, de novo Pontifice in Constantiensi Concilio eligendo.

Ex MSC. Vindobonensi, alioq; Codice antiquo.

CAP. I.

De Papa & Cardinalibus non ex una semper Natione eligendis, Schedula præsentata Regi Romano, ut eam cum ejus materia promoveat coram Conc. Constantiensi.

Ex *MSC. Cæsareo Vindobonensi. Part. II. Act. C. C. f.* 188.

VIdetur multis Prælatis & Doctoribus, quod ea, quæ sequuntur, essent posse materiam fidei tractanda, & in Concilio deliberanda.

In primis itaq; essent aperiendi modi rationabiles, quibus salubriter præsens schisma posset convenientius terminari, & pax Ecclesiastica reformari.

Et circa hoc dudum plures viæ apertæ sunt, quæ offeruntur examini Concilii, & discussioni, ut ex eis convenientior eligatur.

Item, sanctarum Patrum sequendo vestigia, qui contra præcedentia schismata Ecclesiæ in Conciliis generalibus futura remedia providerunt, ne similia ulterius occurrerent, esset primitus videndum: Principales radices, & occasiones, ex quibus præsens schisma ortum est, & tam diu proh dolor continuatum, *ut nullum tale aut simile fieri contingeret*, penitus extirpando.

Item, ut tanti mali radices extirpantur, essent contra eas, & ipsarum occasiones convenientia remedia sumenda.

Item, videretur multum quod fres fuerunt radicales hujus schismatis causæ. *Primo*, ambitio papatus, quod videlicet una natio urbis diu papatum tenuerat, alia vero e contra papam cupiebat habere Romanum vel saltem Italicum. [multus.

Secunda, Romani populi seditiosus tu-

Tertia, Dominorum tunc Cardinalium longa dilimulatio, *tardaq; allegatio sui metus.*

Contra hæc igitur videtur esse modus convenientibus providendum.

Et circa provisionem præmissorum occurrunt quæstiones sequentes, super quibus requiritur deliberatio Concilii generalis.

Contra primum & principale schismatis fundamentum & originalem radicem, *& ubi major necessitas providendi, quæritur:* An expediat statuere, quod de cætero de uno regno vel natione, aut provincia, non fiant tot Cardinales, quod possint in electione Papæ per pluralitatem vocum papatum ad libitū obtinere, & sanctuarium Dei, quasi hæreditatem possidere? Seu de omni natione, absque personarum acceptione, electio celebretur.

Item, An statuendus sit certus numerus Cardinalium, *qui non sic ex sua multitudine hujus status nec ex sua sustentatione, nimis existat Ecclesiæ onerosus?*

Item, utrū statuendum expediat, quod de una provincia non possunt esse plures? *Distinguendo provinciam juxta usum Ecclesiæ Romanæ.*

Item, utrum expediat statuere, quod de dicto numero Cardinalium, per Concilium declarando, ordinetur, quod de qualibet natione, videlicet *Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, Germaniæ & Angliæ*, aliqui eligantur? *Ita tamen, quod ad minus una medietas Cardinalium sit citramontanorum, Ut sic in eorum electione non videatur esse acceptio personarum.*

Item, utrum statuendum sit, quod de dicto numero Cardinalium sit una pars Doctorum Theologiæ, *sicut fuit antiquitus consuetum?* Ut, cum ad Romanam curiam pertitet quæstiones fidei definiri, non sit opus extra collegium Cardinalium exteriorum Theologorum *suffragia mendicare.*

Item, ad magis tollendum radicem præsentis schismatis & futurorum, consideraudum erit: An congruat statuere, quod nunquam de eodem regno vel provincia bina vice eligerētur successive Papa: Sed alternatis vicibus, jam de una, jam de alia, vel una vice citramontanus, &c.

Contra secundum: Ultrum expediat statuere in prædicti Concilio, quod de cætero nullibi Romana curia resideat, nisi ubi sit aliquis locus tutus pro habitatione Papæ ac Cardinalium, ac quoad electionem summi futuri Pontificis à tumultu populari securus.

Item, circa hoc considerandum erit: Ultrum conveniat, quod civitas Leonina, seu Burgus sancti Petri, continens Basilicam Apostolorum, sacrum palatium, & Castrum sancti Angeli, & quæ propinqua eidem,

claudantur sub una citadella fortissima, in qua Papa, Cardinales, & Romana curia possint secure residere contra hujusmodi tumultus & insultus sæpe experios intrusionibus plurimis Pseudo Pontificum, & extrusionibus verorum Pontificum Romanorum.

Contra tertium fundamentum hujus schismatis: Utrum expediat statuere certum tempus, ultra quod non liceat Cardinalibus in electionibus de summo Pontifice metus exceptionem aliquatenus allegare: &c. Amen.

CAP. II.

De Modo vel forma eligendi novum Pontificem in Concilio Constantiensi,

Constitutio, calamo Petri de Alliaco Cardin. Cameracensis *delineata, ac publica postmodum Concilii autoritate probata, ut ex Act. C. publ.* T. 4. constabit.

Ex antiquo Codice operum Cardin. Cameracensis, edito Argentinæ 1490.

AD laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, ad pacem & unitatem universalis Ecclesiæ ac totius populi Christiani, ad deferendum autoritati & honori hujus sacri generalis Constantiensis Concilii. Ut electio futuri Romani & summi Pontificis proxime fienda firmiori autoritate & plurium roboretur assensu, satisfiatque votis multorum, & ne, attento statu Ecclesiæ, super dicta electione imposterum ulla retractio ullusque scrupulus in mentibus hominum resideat, sed ex illa sequatur unio plenissima & perfecta fidelium, ac exinde Serenissimus Romanorum, Hungariæ, &c. Rex Sigismundus, suorum ad unionem hanc Ecclesiæ laborum fructum & gloriam consequatur: Et ut reverendi patres Episcopi, & nobiles & spectabiles viri & Doctores insignes, ceterique Legati Serenissimi Regis Castellæ, nomine dicti Regis prætato Concilio se uniant, qui noluerant se unire, nisi prius certificati de modo electionis prædictæ, & maxime qui erunt electores: Collegium tantæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ad quos de jure pertinet jus eligendi Romanum & summum Pontificem, dictos Legatos quantum in se est certificaris, offert eidem sacro Concilio atque legatis prædictis, quod hac vice tantaxat ad eligendum Romanum Pontificem una cum ipsis Cardinalibus de qualibet natione, in eodem sacro Concilio pro nunc existente & nominata, assumantur aliqui Prælati vel aliæ insignes personæ Ecclesiasticæ, quorum & quarum omnium numerus ipsorum Cardinalium numerum non excedat, quos seu quas quælibet ipsarum nationum per se ad hoc decrevit eligendos cum ipso Cardinalium Collegio.

Sigismundi Cæsaris pro unione Ecclesiæ labor.

Vid. in A. El. Tomo IV.

Hoc tamen in ipsa electione observando, quod non valeat electio, nec electus pro summo Pontifice habeatur, nisi duæ partes Cardinalium in conclavi existentium & duæ partes ceterorum, cum Cardinalibus ad eligendum admittendorum & tunc admissorum, consentient & consenserint.

Hoc etiam observando, atque ex nunc volunt & intendunt, vota quorumcunque, in ipsa electione emittenda, nulla esse, nec aliter intendunt in aliquem consentire, nisi, ut præmittitur, duæ partes Cardinalium, & duæ partes aliorum prædictorum principaliter aut per accessionem in unum concurrant.

Hoc etiam adjecto, quod Prælati & alii cum ipsis Cardinalibus ad electionem hujusmodi admittendi, omnes etiam & singulas constitutiones Apostolicas, etiam pœnales, circa electionem Romani Pontificis editas, atque consuetudines observari consuetas, quemadmodum ipsi Cardinales, observare teneantur & ad illarum observantiam astringantur.

Teneantur insuper jurare, & jurent dicti electores, Cardinales & alii quicunque, antequam ad electionem procedant, quod in hujusmodi electionis negotio, attendentes quid eis imminebit, cum de creatione agatur vicarii Jesu Christi, successoris beati Petri, universalis Ecclesiæ Rectoris, gregis Dominici Directoris, puris & sinceris mentibus, quantum credent publicæ utilitati universalis Ecclesiæ proficere, omni cujusque nationis personæ aut alio inordinato affectu, odio, gratia vel labore abjectis, procedent, ut eorum ministerio de utili & idoneo universali Ecclesiæ providetur pastore. Et hæc omnia fiant sacro primitus si sibi placet approbante Concilio, & super his interponente decretum, & defectus omnes, si qui insint, suppleante.

TOMI II. PARS XXI. XXII. XXIII.

RES MARTINI V.

Anno 1417. *menſe Novembri die Martini*
In

CONSTANTIENSI CONCILIO
ELECTI

Quoad *gratiam Cæſari* SIGISMUNDO *præſtitam*
pro immenſis ſumptibus, quos Cæſar quadriennio, pro Eccleſiæ unione ac pace concilianda, in & extra Concilium inter infinitos & inſuperabiles labores *impenderat.*

FELICISSIMIS AUSPICIIS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

D N. RUDOLPHI AUGUSTI
BRUNSVIC. AC LUNÆBURG.
DUCIS &c.

Ex antiquo MSC. Codice
BIBLIOTHECÆ ELECTORALIS BEROLINENSIS
recenſitæ ab

HERMANNO von der Hardt.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ
IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII
Typis SALOMONIS SCHMORRII, 1697.

Lectori S.

INexplicabilem laborem, in diſſidiis illis Papalibus componendis ac deſidera-tiſſima Eccleſiarum unione redintegranda impenſum, immenſosque ſumptus à Cæſare Sigiſmundo in hanc rem factos, diſſimulare haud ſuſtinebat novus in Concilio electus *Pontifex Martinus V.* Quapropter, ut aliquod extaret gratitu-dinis veſtigium in novo Pontifice, pro ſumptibus, quos omnino refundere pos-ſibile vix ac ne vix quidem erat futurum, aliquo modo compenſandis aut re-ſarciendis, *decimas unius anni ex bonis Eccleſiaſticis cleri Germanici Cæſari con-ceſſit.*

Quanquam verò in *Concordatis Martini V. & Germanicæ Nationis* (Tom I. Parte XXIV.) definitum eſſet, fas non eſſe Pontifici generales clero imponere decimas, ut hæc Martini indulgentia decimarumque conceſſio Cæſari facta in-fringere videretur pacta illa ac *concordata*; Id quod à Germanis quibusdam haud diſſimulatum, uti ex ſequentibus monumentis conſtabit: Nihilominus tamen res ſtetit ſententia Pontificis. In antiquo *Chronico Magdeburgenſi MSCto* hoc negorium his dialecti veteris Saxonicæ verbis eſt deſcriptum. *Im M CCCC XVIII. Jare gaff Paweſt Martinus dem Römiſchen Könige Sigismundo ene Gnade, van wegen ſiner groten Unkoſt ende Teringe, de he im Concilio to Costeniz boven 3. Jar gedragen hadde, aver de Papheit im Düdſchen Landen, dat ſe dem Konige geven ſcholden den teinden Penning alle öhrer Leben.* Deſſer Gnade Vörderer worden geſett Herr Johann, Erzbiſchop te Rige, unde Georgius Biſchop to Paſ-law, de des Königes Cantzler was, unde Herr Johan van Waldow, Biſchop to Brandenborg, de dar ſchwarliken de Papen ümme den teinden Penning beſchu-teden, unde öhrer etlike mit dem Banne to geven dwungen.

Debemus autem antiqua hæc monumenta locupletiſſimæ ac ſplendidiſſi-mæ *Bibliothecæ Electorali Berolinenſi*: Ex qua, benignitate *Illuſtriſſimi Domini de SPANHEIM*, manu inclyti *Chauvini*, noſtræ recenſioni hæc ſunt indulta.

Scrib. d. 30. Octob. Stili Veteri,
A. 1697.

Quando, prævia pace inter Anglos, Batavos, Hiſpanos & Gallos ſuperiori *menſe Septembri* condita, *hoc* tandem *menſe* die 30. Octob. Stil. Nov. inter Cæ-ſarem quoque & Gallum publica pax inita erat & concluſa.

Digitized by Google

TOMI II. PARS XXI.

MARTINI V.

BENEFICIUM DECIMARUM

CÆSARI SIGISMUNDO

pro immensis laboribus in Ecclesiastica pace paranda exantlatis, & infinitis sumptibus in eam rem profusis, ex Ecclesiasticis cleri Germanici bonis uno anno tributum,

Diplomatibus in Constantiensi Concilio munirum.

Ex antiquo MSCo BIBLIOTHECÆ ELECTORALIS BEROLINENSIS.

CAP. I.

MARTINI V.

Literæ Gratiosæ,

CÆSARI SIGISMUNDO

in Constantiensi Concilio

A. 1418. 7. Calend. Febr.

Pro Decimis Ecclesiasticarum opum in Germania accipiendis impertitæ.

MARTINUS *Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Sigismundo, Regi Romanorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Dum preclaræ devotionis & fidei Tua Serenitatis merita, quibus erga Deum & universalem Ecclesiam sanctam suam gloriosissime, præsertim circa unionem ejusdem Ecclesiæ, cunctis Christi fidelibus supremis desideriis exoptatam, per multa jam tempora curis vigiliisque & continuis, non sine ma-

Magna expensa ab Imperatore facta.

gnis etiam personalibus laboribus, ac expensarum profusionibus, sedule, prone cognoscimus in Ecclesiæ operis ad effectum, mirifice claruisti, & indies fiã facies erga Pacem & tranquillitatem ipsius ecclesiæ, ac statum nostrum pariter & honorem, di operã ac Romani etiamen Imperii clarere digneris, attenta meditatione pensamus: Meritoque revolvimus, divinis superillustrante gratiã, clementiã, per interventum etiam tuorum regalium ac salutarium operum, jam tandem in eadem ecclesia affectum unionis hujusmodi in tanto rerum turbine,

CAP. II.
MARTINI V.
Literæ Executoriæ,
Archi-Episcopo Rigensi, Episcopis Patavienſi & Brandenburgenſi, *in Conſtantienſi Concilio*

A. 1418. 7. Cal. Febr.

Pro Decimis Cæſari indultis ex Eccleſiaſticis bonis in Germania colligendis, tanquam Commiſſariis, datæ.

Diploma alterum Martini V. Epiſcopis illis Executorib. Commiſſariis datum,

MARTINUS EPISCOPUS, *ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Rigenſi, & Patavienſi ac Brandenburgenſi Epiſcopis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Hodie cariſſimo in Chriſto filio noſtro, SIGISMUNDO, REGI ROMANORUM *illuſtri, literas noſtras ex certis rationabilibus cauſis dimmum noſtrum moventibus concedimus, in hac forma, videlicet:* Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Sigismundo, Regi Romanorum Illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dum præclara devotionis & fidei Tuæ Serenitatis merita &c. *Et ſic finit.*

Nos itaque, volentes, ut præmiſſa in dictis noſtris contenta literis ſuum votiunt conſequatur effectum, Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præſentium tenore committimus & mandamus; Quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, vel alios, clericos dumtaxat, & alias idoneos ac fideles, per vos deputandos, quando & quoties pro parte dicti Regis, aut ejus procuratoris ad hoc ſpeciale mandatum habentis, ſuerit requiſiti, aut alter veſtrum requiſitus exiſterit, omnia & ſingula ſupradicta in dictis contenta literis circa exactionem dictæ decimæ unius anni, & aſſignationem dicto Regi de exactione faciendam, juxta & ſecundum exigentiam dictarum literarum, ſtudeatis modis omnibus exequi & etiam adimplere. Contradictores quoque ac rebelles per cenſum ad coercendi Eccleſiaſticum, & ſequeſtrationem fructuum & proventuum eccleſiaſticorum, & alia ſuaque ac vis remedia, etiam per invocationem auxilii brachii ſeculari, auctoritate præfata, appellatione poſpoſita, compeſcendo.

Subcommiſſarii conceſſi clerici.

Non obſtantibus

Non obſtante conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri: Qua cavetur, ne aliquis extra ſuam privilegiatum vel diœceſin, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a non evocetur: cando. Seu, ne judices & conſervatores, a ſede deputati predicta, contra quoscunq; procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere, aut quod ultra unam dietam a ſuæ diœceſeos eorundem trahere aliquomodo præſumant, quemadmodo de duabus dictis in Concilio generali Auctiſiodan Abbatibus, Prioribus, ceteris, perſonis Eccleſiaſticis hujusmodi, ſeu eorum monaſteriis, Prioratibus, aut Eccleſiis aliis, vel ordinibus, communiter vel divi-ſim, a dicta ſui ſede indultum, quod ad ſolutionem hujusmodi decimæ, vel alterius, ſeu vilegio, de cujusvis ſubſidio minime teneantur, & ad non ſolid compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel vendo, excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint. Per literas ſi Apoſtolicas de indulto hujusmodi, & tota ejus tenore de verbo ad verbum, non ea propriis ipſorum perſonarum, monaſteriorum, Prioratuum, Eccleſiarum, & ordinum nominibus, plenam & expreſſam non facientes mentionem. Et quibuvis aliis privilegiis, exemtionibus, & literis Apoſtolicis, perſonis, dignitatibus, aut ordinibus, generaliter vel ſpecialiter, ſub quacunque verborum forma ſeu concepione a memorata ſede concesſis.

Nec obſtante priſtionem

Volumus etiam, & auctoritate præfata vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum, & deputandis a vobis harum ſerie; concedimus, ut quotiès ſolventes, in totum, ſeu pro parte, hujusmodi decimam, de ſolutis duntaxat nomine præfati Regis firmiter quitare, & etiam abſolvere.

Apocha dandada cimis ſolutis.

Item, exacta & ſoluta dare & etiam aſſignare præfato Regi, vel ejus procuratori ad hoc ſpecialiter mandatum habenti; poſſitis ac etiam debeatis,

Imperata decima Cæſari tradenda

Et etiam quod de ſolutis per vos, & de pura-

Digitized by Google

non abrasas, nec in aliqua earum parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, Nobis, *pro parte Illustrissimi & Serenissimi Principis & Domini nostri, Domini* SIGISMUNDI, *divina favente clementia* ROMANORUM REGIS *semper* AUGUSTI, *nec non* HUNGARIÆ, DALMATIÆ, CROACIÆ &c. REGIS, *in dictis literis apostolicis principaliter nominati*, coram Notario publico & testibus infra scriptis præsentatas, Nos cum ea, quâ decuit, reverentia noveritis recepisse.

Decima hactenus præstita.

Diploma Papæ Martini V. Imperatori Sigismundo datum pro decimis illis. Commendat Martinus studium Sigismundi pro Ecclesia unione.

Quarum quidem *literarum apostolicarum* unius, videlicet *Gratiosæ*, tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

MARTINUS EPISCOPUS, *servus servorum Dei, carissimo in Christo filio*, SIGISMUNDO, REGI ROMANORUM *illustri, salutem & apostolicam benedictionem. Dum præclara devotionis & fidei tuæ Serenitatis merita, quibus erga Deum, & universalem ecclesiam sanctam suam gloriosissimè præsertim circa unionem ejusdem ecclesiæ &c.* (Vid. supra *Parte XXI. Cap. I.* Fuit autem insertum diploma totum)

Alteri vero *Litera*, videlicet *Executoriæ*, tenor sic incipit: *Martinus Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Archi-Episcopo Rigensi, & Patavien. ac Brandeburgensi Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie carissimo in Christo filio nostro Sigismundo, Regi Romanorum illustri &c.* (Vid. supr. *Parte XXI. Cap.* 2. Et hoc diploma totum hic fuit insertum.)

Post quarum quidem Literarum Apostolicarum præsentationem & receptionem fuimus pro parte ejusdem Domini nostri Regis debitacum instantia requisiti, ut ad executionem earundem literarum Apostolicarum, & contentorum in eisdem, pro cedere dignaremur, juxta tradictam à sede Apostolica nobis formam.

Nos igitur *Johannes Archi Episcopus, & Johannis Episcopus*, Executores præfati, volentes mandatum Apostolicum, nobis in hac parte directum, reverenter exequi, ut tenemur: Id circo, Autoritate Apostolica, nobis in hac parte commissa, dictas literas Apostolicas & omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supra dictis intimamus, insinuamus, & notifi camus, ac ad vestram & cujuslibet Vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes: Et nihilominos, Dominos Abbates, Priores, cetetosque Prælatos, atque alias personas Ecclesiasticas, seculares & regulares, exemptas & non exemptas, provinciatum, terrarum & locorum *nationis Germanicæ*, totiusque provinciæ *Trevirensis*, nec non *Basilensis & Leodiensis* civitatum, diœcesium, sub Romano Imperio consistentium, & vestrum quemlibet in solidum, auctoritate apostolicâ nobis in hac parte commissâ *requirimus & monemus*, primò, secundò, tertiò, & peremtoriè, communiter & divisim: Vobisque nihilominus & vestrum cuilibet in virtute sanctæ *obedientiæ*, & sub infra scriptis, ac fructuum & proventuum ecclesiasticorum sequestrationis *pœnis*, distinctè præcipiendo *mandamus: Juxta* Quatenus *infra tringinta dierum* spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium vobis factam immediatè sequentium, & postquam per deputatos seu deputandos nostros super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, quorum tringinta dierum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies vobis universis & singulis supra dictis & vestrum cuilibet pro tertio & peremtorio termino ac monitione canonicâ assignamus, prætatis, deputandos seu deputandis, prædictam *decimam integram unius anni omnium redituum & proventuum ecclesiasticorum, in provinciis, terris, & locis nationis Germanicæ, ac totius unius anni provinciæ Trevirensis, nec non Basilensis, & Leodiensis civitatum, & diœcesium, sub Romano Imperio consistentium*, (Reverendissimorum in Christo Patrum & Dominorum S. R. E. Cardinalium, nec non S. Johannis & B. Mariæ Teutonicorum Hierosolymitanorum Hospitalium personis, bonis, reditibus & proventibus duntaxat exceptis,) *per* præfatum Dominum nostrum *Papam impositam*, & ipsi *Domino Regi assignatam* & concessam, juxta dictarum literarum apostolicarum formam & tenorem, *in moneta*, in singulis partibus illis *cursum*

Monita & monenda Germani.

Juris, sub pœna, Intra tringinta dierum spatium.

Solvere decimam integram unius anni reditum & proventuum Ecclesiasticis.

ſum habente, ſolvatis, detis, tradatis & aſſignetis, & de eadem realiter & cum effectu reſpondeatis, ac faciatis & *permittatis*, ab aliis, quantum in vobis fuerit, & ad vos ſingulos veſtrum communiter vel diviſim pertinet, *plenariè ſolvi*, tradi, dari, aſſignari & reſponderi:

Inhibentes vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & aliis, quorum intereſt, vel intererit, communiter vel diviſim, ne præfatis deputatis vel deputandis, quò *minus hujusmodi decimam unius anni integrè aſſequantur*, & ſibi de eadem decima reſpondeatur, decimasque hujusmodi exigere valeant, & levare, ſeu quo minus omnia & ſingula ſuprà & infra ſcripta ſuum debitum conſequantur & ſortiantur effectum, *impedimentum aliquod præſtetis*, ſeu præſtent, aut præſtet aliquis, vel veſtrum, vel eorum, per vos vel alium ſeu alios, publicè vel occultè, directè vel in directè, qvovisquæſito colore. Nec impedientibus deputatos ſeu deputandos hujusmodi ſuper præmiſſis detis, dent, ſeu det auxilium, conſilium, vel favorem.

Cauti, ne impediant.

Et ſi omnibus, & ſingulis præmiſſis, & infraſcriptis monitionibus & mandatis noſtris hujusmodi, imò verius apoſtolicis, non parueritis, paruerint, ſeu paruerit, cùm effectu, aut aliquid in contrarium feceritis, fecerint, ſeu fecerit: Nos in vos, & in eos, ac veſtrum, & eorum quemlibet, qui culpabiles in præmiſſis fuerint reperti, nec non *impedientes, & contradictores* quoslibet, & rebelles, cujuscunque ſtatus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ exiſtant, ex nunc prout ex tunc, dicta canonica monitione præmiſſa, *excommunicationis*, in Capitula vero & Conventus in his forſan delinquentia & delinquentes, *ſuſpenſionis à divinis*, & in ipſorum delinqventium eccleſias & monaſteria *interdicti ſententias ferimus* in his ſcriptis, ac etiam promulgamus.

Indicta pœna refractariis.

Excommunicationis Suſpenſionis à divinis.

Ceterùm, cum ad *executionem ulteriorem* hujusmodi negotii faciendam nequeamus quoad præſens, pluribus aliis arduis in Romana curia prædicti negotiis, perſonaliter intereſſe: Univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prælatis, Decanis, Archi-Diaconis, Scholaſticis, Theſaurariis, Cantoribus, cuſtodibus, ſuccentoribus, ſacriſtis, canonicis, tam cathedralium quam collegiatarum parochialiumque eccleſiarum rectoribus, & locatenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, Capellanis, curatis & non curatis, vicariisque perpetuis, Altariſtis, ceteriſque prebyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis qvibuscunque, per provincias, civitates, & diœceſes prædictas, ac aliis ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum, ſuper ulteriori executione hujusmodi mandati apoſtolici atqve noſtri ulterius faciendâ, *committimus plenariè vices noſtras*, donec eas ad nos duxerimus revocandas.

Sub Commiſſarii conſtituti.

Commiſſa.

Quos & eorum quemlibet modo & *ris injunctorma* præmiſſis reqvirimus, & *monemus* primò, ſecundò, tertiò peremtoriè, communiter & diviſim: Eisqve nihilominus, & eorum cuilibet, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœnâ, qvam in eos & eorum qvemlibet trina & canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis, niſi monitionibus & mandatis hujusmodi, imò verius apoſtolicis, paruerint cum effectu, diſtinctè præcipiendo *mandamus*, quatenus *infra ſex dierum ſpacium*, poſt præſentationem & notificationem præſentium, eis ſeu eorum alteri factam, & poſtqvam pro parte noſtra vigore præſentium fuerint reqviſiti, aut alter eorum fuerint reqviſitus, immediatè ſeqventium, qvem tertium eis & eorum cuilibet pro omni dilatione ac canonica monitione aſſignamus, ad vos omnes & ſingulos ſupra dictos, & qvibus præſentes noſtræ literæ diriguntur, nec non ad eccleſias ac loca, de quibus, ubi, quando, & qvoties expediens fuerit, perſonaliter accedant, ſeu alter eorum accedat, & præſentes noſtras literas, omniaqve & ſingula in eis contenta vobis univerſis & ſingulis ſupradictis, tam cõjunctim qvam diviſim, legant, intiment, & infinuent, & *publicent*, ac legi & infinuari fideliter, & publicari procurent.

Publicatio

Et nihilominus eisdem, deputando ſeu deputandis, *de* prædictis *decimis e-*

Digitized by Google

minimum proventuum & reditum eccleſiaſticorum ſatisfieri & reſponderi faciant, & procurent.

Si verò *contradictores* in hac parte & rebelles hujusmodi noſtris literis & mandatis infra dictum eis aſſignatum terminum non paruerint realiter & cum effectu, dictas ſententias propter hoc damnabiliter incurrendo: Ex tunc vos omnes & ſingulos prædictos *ſubdelegatos* noſtros, & veſtrum quemlibet *requirimus & monemus*, & ſub dicta excommunicationis pœna mandamus, quatenus ſingulis diebus Dominicis & feſtivis in veſtris eccleſiis, monaſteriis, & capellis, ubi, quando & quoties opus fuerit, pro parte noſtra ſuper hoc fueritis requiſiti, aut aliquis veſtrum fuerit requiſitus, infra miſſarum & aliarum horarum eccleſiaſticarum ſolennia, dum populi multitudo ad divina audiendum vel aliquis convenerit, ex parte noſtra imò verius apoſtolica præfatos contradictores in hac parte & *rebelles* ſic *excommunicatos publicè denuncietis*, & ab aliis denunciari curetis, tam diu donec à ſententia hujusmodi abſolutionis beneficium meruerint obtinere, & aliud à nobis vel ſuperiori noſtro ſuper hoc habueritis in mandatis.

Primus gradus pœnæ contumacium.

Excommunicatio refractariorum publicè denunciando.

Etſi contradictores & rebelles præfati, in ſolutione hujuſmodi decimæ ſe opponentes, denunciationem hujuſmodi per ſex dies præfatos, terminum & denunciationem immediatè ſequentes, animo, quod abſit, ſuſtinuerint indurato: nos, attendentes, quod creſcente contumacia creſcere debet & pœna, *proceſſus* noſtros hujuſmodi *aggravare* volentes, præfatis noſtris *ſubdelegatis* ſub dicta excommunicationis pœna *committimus & mandamus*, quatenus ſingulis diebus Dominicis & feſtis, infra dictarum miſſarum & horarum ſolennia, dictam *denunciationem excommunicationis reiterando*, & innovando, eoſdem contradictores & rebelles, ut præmittitur, excommunicatos, nominatim, *campanis pulſatis, & candelis accenſis*, ac demum *extinctis*, *& in terram projectis*, *cruce erecta*, & religione induti *aquam benedictam aſpergendo, ad fugandum damonas*, qui eoſdem in ſuis laqueis ſic tenent catenatos: *Orando*, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus ipſos ad catholicam fidem, & ſanctæ matris eccleſiæ gremium reducere dignetur, ne eos in talibus duritia & perverſitate dies ſuos finire permittat: Dicendo & *decantando* reſponſorium, *Revelabunt cœli iniquitatem Judæ*, & Pſalmum, *Deus laudem meam non tacueris* &c. cum antiphona, *Mediâ vitâ* &c. ſecundum ejus tenorem populo in matrû lingva vulgarizando: Quò facto, *ad januas eccleſiarum* cum clericis & parochianis veſtris *accedatur*, & ad terrorem, ut eo citius redeant ad eccleſiæ unionem, *tres lapides verſus eorũ habitationes* jaciendo in ſignum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Dathan ac Abiron, quos terra vivos abſorbuit, *denuncietur publicè aggravatos*, & ab omnibus Chriſti fidelibus vitandos, tam diu, donec abſolutionis beneficium meruerint obtinere à ſententia ante dicta.

Excommunicatio aggerandæ.

Ritus illi excommunicationis ſolennis.

Verum ſi præfati *denunciati* & *aggravati* per duodecim dies, ſuprà dictos terminos ac denunciationem & aggravationem hujusmodi immediatè ſequentes, quæ eis pro omni dilatione & monitione canonica aſſignamus, *in ſuis pertinaciis perſiterint*, & contumaciis inſurduerint, cum ſalutis diffidentia, Pharaonis duritia, imitando morem ſurdæ aſpidis, aures ſuas obturantis, ne vocem audiat incantantis: Ex tunc *proceſſus* noſtros hujusmodi *reaggravando requisitis & monendo*, auctoritate apoſtolicâ præfatâ, modo & forma præmiſſis, omnes & ſingulos Chriſti fideles utriusque ſexus homines, quos nos etiam tenore præſentium requirimus & monemus, ac eis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in eos, ac eorum qvemlibet contra facientem ferimus in his ſcriptis, diſtinctius *injungatis*, prout nos etiam injungimus eisdem; Et ſpecialiter *familiaribus*, *& ſerviteribus præfatorum* denunciatorum & aggravatorum, qvod infra ſex ſpatium dierum, poſt intimationem & requiſitionem veſtras ipſis factas immediatè ſequentium, qvorum ſex dierum duos

pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies eis & eorum cuilibet pro tertio & peremtorio termino ac monitione canonica aſſignamus, Chriſti fideles ac familiares & ſervitores, & qvilibet ipſorum *à participatione & converſatione dictorum denunciatorum* & aggravatorum penitus & omninò deſiſtant, & qvilibet eorum deſiſtat, nec cum eiſdem, aut eorum altero, ſerviendo, loquendo, ſedendo, ſtando, ambulando, ſalutando, hoſpitando, comedendo, bibendo, molendo, coquendo, cibum, potum, aquam, ignem miniſtrando, aut aliquo humanitatis ſolatio, præterquàm in caſibus à jure permiſſis, participare præſumant, ſeu alter eorum præſumat.

5. Poſt excommunicationem ſolennem augenda in contumacia pœna converſationis civilis interdicta.

Et ſi contrarium fecerint: Nos in eos, & eorum quemlibet, cum dictis excommunicatis & aggravatis *rebellione participantes* & contrafacientes, ex nunc, prout ex tunc, dictâ ſex dierum canonica monitione præmiſſâ, *excommunicationis ſententiam ferimus* in his ſcriptis, ac etiam promulgamus.

Si verò prænominati, *denunciati, aggravati, & reaggravati*, per XII. dies, dictos XII dies immediatè ſequentes, prædictas ſententias ſuſtinuerunt, ad modum aſpidum ſurdarum aures ſuas obturantium, ne voces audiant incantantium: Nos ex nunc, prout ex tunc, omnia & ſingula *loca, in quibus ipſos morari contigerit*, ſeu aliquem ex eis juriſdictionem per ſe vel alium exercere, de jure vel de facto, civitates, caſtra, oppida, terras, villas, ſuburbia, quarumcunque eccleſiarum collegia, & parochias, ad quæ devenerint, & viſi fuerint, propterea *eccleſiaſtico ſuppominus interdicto, ceſſari* mandantes, in præſentia populi, apertis januis, *à divinis*.

4. Gravior in contumacia pœna, interdictum divinorum, quo locus premitur & regio contumacis.

Quod *interdictum divinorum* hujusmodi ad tres dies, proximè poſt eorum & cujuslibet ipſorum abinde receſſum, *ſtrictius obſervetur*, & faciatis, ab aliis, quantum in vobis fuerit, ſtrictius obſervari. Ita quod *nulla ſacramenta eccleſiaſtica inibi miniſtrentur*: Niſi pœnitentia & baptiſmus omnibus indifferenter, euchariſtia infirmis tantùm, matrimonium ſine eccleſiaſtica ſolennitate contrahatur, inibi decedentibus eccleſiaſtica denegetur ſepultura.

Intimantes eiſdem, quòd contra eos *gravius procederetur*, Epiſcoporum contumacia perſeverante, *ipſiuſque omnis ordo* jure *præcludatur*, ipſi omnibus, nullus eis ſuper aliquo reſpondere teneatur, eorum teſtimonio fides nulla adhibeatur, donec ad debitam ſatisfactionem venerint, Deoque & ſanctæ matri eccleſiæ ac nobis de prædictis contemtibus, præfatoque Domino Regi ſuper omnibus præmiſſis ſatisfecerint, & abſolutionis beneficium obtinere meruerint à ſententiis antedictis.

Sin vero præfati denunciati, *aggravati & reaggravati & interdicti* infra alios XII. dies, ſupradictos termininos immediatè ſequentes, proceſſibus & mandatis noſtris hujusmodi, imò veriùs apoſtolicis, non paruerint cum effectu, quod Deus avertat; Nos, attendentes, quod *mucrone non proficiente Magiſtratus eccleſiaſtico, temporalis gladius non immittitur civilis rito ſuffragatur*, auxilium brachii ſecularis meritò duximus invocandum. Ut *denique* quos timor Dei à malo non revocat, *plorandi*, temporalis ſaltem coerceat ſeveritas diſciplinæ. *5.*

Hinc eſt, quod univerſos & ſingulos illuſtres Principes, Dominos Duces, Marchiones, Comites, Landgravios, Burggravios, Barones, militares, milites, clientes, juſtitiarios, judices, officiales, Vicarios, Advocatos, Capitaneos, Proconſules, nationis Germanicæ, ac provinciæ Treverenſis, nec non Baſilienſis & Leodienſis civitatum & diœceſium prædictarum, *monemus* primò, ſecundo, tertiò & peremtoriè, communiter & diviſim, vobisque nihilominus, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infra ſcriptis ſententiarum pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dies, poſt lapſum dictorum terminorum, & poſtquam hujusmodi noſtræ literæ, ſeu præſentes noſtri proceſſus, vobis aut veſtrum alicui in veſtris juriſdictionibus & diſtrictibus fuerint publicatæ ſeu publicati, immediatè ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos

duos

duos dies vobis & cuilibet veſtrum pro tertio & peremtorio termino, ac monitione canonica aſſignamus: Vos & veſtrum quilibet, omni ſuper hoc *brachii ſeculari invocato auxilio*, quoties & quando pro parte noſtra ſuper hoc fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrũ fuerit requiſitus, in juris ſubſidium, *contra* præfatos *denunciatos*, aggravatos & reaggravatos, & interdictos auctoritate apoſtolica prædicta, per captationem, invaſionem, & detentionem perſonarum, corporum & rerum eorundem, *inſurgatis*, & alios inſurgere faciatis, nec non perſonas, corpora & bona & res eorundem *capiatis*, invadatis, *incarceretis*, in cuſtodia teneatis, arreſtetis, occupetis, per vos, vel alium, ſeu alios, ac quilibet veſtrum, qui ſuper hoc requiſitus fuerit, capiat, invadat, incarceret, cuſtodiat, detineat, occupet, arreſtet, liberè & licitè.

Super qvibus omnibus & ſingulis vobis *licentiam plenariam damus*, auctoritate apoſtolica, qvâ fungimur in hac parte, & concedimus *poteſtatem* per præſentes.

Quod præcibus & minis impetrari non potuerit, hoc armis quærendum eſſe.

Dictosqve denunciatos, aggravatos, & interdictos, ita & taliter *aſtringatis*, & *compellatis* potenter, etiam *manu forti*, absque tamen gravi læſione corporum eorundem, usque ad integram ſatisfactionem omnium præmiſſorum dicto Domino Regi imponendam, & qvousque deputatis ſeu deputandis de dictis decimis unius anni ſatisfactio & ſolutio debita impendatur, & à prædictis rebellionibus deſiterint, & ad ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ redierint, beneficiumque abſolutionis à prædictis ſententiis obtinere meruerint, aut aliud à nobis aut ſuperiori noſtro receperitis in mandatis.

Si verò vos, Domini *Duces*, *Marchiones*, *Comites*, *Laudgravii*, *Burgravii*, & alii prænominati, tam eccleſiaſticæ quàm ſeculares perſonæ, prædictis noſtris, imò verius apoſtolicis, non parueritis, ſeu alter veſtrum paruerit mandatis cum effectu, aut aliquod in contrarium feceritis, ſeu alter veſtrum fecerit: Vos omnes & ſingulos ſupradictos, tam eccleſiaſticas qvam ſeculares perſonas, qvi in præmiſſis quoquomodo culpabiles fueritis, aut deputatis ſeu deputandis noſtris impedimentum aliquod præſiteritis, quò minus omnia & ſingula ſupra dicta ſuum debitum ſortiantur effectum, & impedientibus dantes auxilium, conſilium, vel favorem, & generaliter in omnes & ſingulos in hac parte *contradictores* & rebelles *excommunicationis ſententiam ferimus* in his ſcriptis, & promulgamus.

Et generaliter omnia & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenariè exequantur, juxta traditam ſeu directam à ſede apoſtolica nobis formam. Ita tamen quod iidem *ſubdelegati* noſtri *in præjudicium* dicti Domini *Regis nil valeant*, aut *attentare*, nec circa prædictas per nos latas ſententias abſolvendo vel ſuſpendendo qvicqvam immutare. *Monitis miſſariis, ne quid in præjudicium agant Cæſaris.*

Etſi contingat nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere, de quo nobis omnimodam poteſtatem reſervamus, nolumus nec intendimus propterea hanc noſtram *commiſſionem* in aliquo revocare, niſi de revocatione hujusmodi in noſtris literis ſpecialem & expreſſam fecerimus mentionem.

Præfatasqve literas apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum nolumus penes dictos deputatos ſeu deputandos remanere, & non per vos, aut aliquem veſtrum contra ipſorum voluntatem quomodolibet detineri.

Contrarium verò facientes præfatis noſtris ſententiis, prout in ſcriptis latæ ſunt, ipſo facto volumus ſubjacere.

Mandamus tamen, *copiam fieri de præmiſſis* eam petentibus & habere debentibus, petentium quidem ſumtibus & expenſis.

Abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qvi præfatas noſtras ſententias, *ſua ſubdeant* earum aliquam incurrerint, ſive in quocumqvi modo, *nobis* vel deputatis ſeu deputandis noſtris tantummodò *reſervamus*. *Copia hujus legationis petentibus danda.*

In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras literas, ſive *præſens publicum inſtrumentum*, hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentem, ſeu continens, exinde fieri, & *per Gozvvinũ No Notarium tarum publicum* infra ſcriptum *ſubſcribi ſubſcribique* & pu- *Gozvvin*

& publicari mandavimus, noſtrorumq; JOHANNIS ARCHIEPISCOPI, & JOHANNIS EPISCOPI, Executorum prædictorum, ſigillorum juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Scripta hæc Commiſſa in Concilio Conſtantiæ, provincia Moguntiorum Epiſcoporū litera in Nativitate Domini M CCCC XVIII. indictione XI, die verò Lunæ, 2. menſis Conſtantiæ Maji, hora primarum vel quaſi, Pontificatus dicti Domini noſtri, Domini Martini, divina providentia Papæ V. anno I; Anno verò regnorum dicti Domini noſtri Regis, Hungariæ &c. XXXI. Romani verò VIII. Præſentibus illuſtribus Principibus, Dominis, Friderico, Marchione Brandenburgenſi, Ludovico & Johanne, Ducibus Bavariæ, ac reverendis in Chriſto patribus, Dominis, Andrea, Archi Epiſcopo Colocenſi, & Johanne Lubucenſi, Simone Tragurienſi, & Johanne Curienſi, Epiſcopis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Datum Conſtantiæ, menſis & fidentiæ dicti Domini noſtri Regis, ſub anno à Nativitate Domini M CCCC XVIII. indictione XI, die verò Lunæ, 2. menſis Conſtantiæ Maji, hora primarum vel quaſi, Pontificatus dicti Domini noſtri, Domini longe ante ejus finem A. 1418. d. Teſtes hujus rei Electora Principes, & Epiſcopis in Concilio præſentes.

CAP. II.

Forma dandi hujusmodi decimam.

DE *corporibus* & *groſſis fructibus beneficiorum* duntaxat hæc decima exſolvetur.

De *Parochialibus* verè *Eccleſiis* ſolvetur decima juxta valorem earum ſecundum communem æſtimationem. Et computentur *offertoria quatuor Feſtorum Principalium* præcipuè.

Item *de Obedientiis* & *Villicationibus*, deductis, quæ adminiſtrantur, ſolvetur decima. *Monaſteria* autem *virorum* & *mulierum* ſolvent decimas de his, quæ ratione *Eccleſiæ* ſive Monaſterii percipiunt, *& de agris* quos colunt, tantum, quantum haberent ab aliis colonis, ſi locarentur.

Item in qualibet *Eccleſia* ſive Cathedrali, ſive *Collegiata*, aut *regulari*, deputentur duo, qui ab omnibus perſonis iſtius Eccleſiæ, tam *Canonicis*, quam *vicariis*, & Altariſtis hujusmodi decimas colligent.

Similiter quilibet *Archi Diaconus* per ſe vel per unum Presbyterum ſedis ſuæ, colligat de his, qui in ſuo Archidiaconatu conſiſtunt, etiamſi exemti forent.

Et quicunque *juxta dictam formam & modum* offerret decimam, ab eo recipi debet ſine exceptione & contradictione, & dari ſibi *quitantia & abſolutio*, ſi indiget, *gratis*, ſalvo ſalario ſcriptoris, adhuc moderando. Et *una pro omnibus* de una eccleſia, ſive archidiaconatu formetur *quitantia*, poſtquam ab omnibus decima ſoluta extitit.

De *forma* autem *quitantiæ*, cum abſolutione & rehabilitatione, ad cautelam, ſi opus foret, Capitula deliberabunt ad partem.

Vos ſummam, quam hîc præſentatis eſſe decimam fructuum, redituum, & proventuum omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, cum qua vultis ſatisfacere literis apoſtolicis & proceſſibus, ſuper decima Domino noſtro Regi conceſſis, ac pœnis contentis in eisdem, ſine dolo & fraude dicitis in verbo veritatis.

TOMI II. PARS XXIII.

DOMINICI de GERMINIANO
JCti Florentini
REPUDIUM DECIMARUM,
Diplomatibus MARTINI V. & Edictis Epiſcoporum,
de Decimis à clero Germano ſolvendis,
oppoſitum.
In Conſtantienſi Concilio
ſub illius finem A. 1418
editum.

Ex antiquo Codice MSCto ELECTORALI BEROLINENSI.

CAP.

Digitized by Google

CAP. I.

Querela Eccleſiarum Germanicarum de hac Decimatione Martiniana.

Querela Eccleſiarū ob hanc decimationem.

REverendiſſimi Patres.

Conquerunturſe ptem hæ *eccleſiæ de quibus in commuſione*, quòd pro parte illuſtris Principis, Domini *Regis Romanorum*, petitur integra decima omnium fructuum & reditum beneficiorum, civitatum & diœceſium ipſarum unius anni.

Scrupulus de modo indicta pœnæ.

Item ex *proceſſib⁹* ſuper hoc *fulminatis*, & *pœnis* in eis *contentis*, & ex terminis in adſolutionem fiendam ſtatutis.

Promiſſa hæc decima, ſed quasi ſub antiquata taxa.

Inſuper etiam *conquerunturſe*, quod, licet non teneantur, ut infra deducetur, *obtulerunt* per ſuos procuratores *ſe pauperes ad ſolvendum* juxta *taxam* & quo tam, *prout* olim *patri ipſius Domini Regis decima ſoluta extitit* collectoribus ipſius decimæ. Tamen hanc oblationem recipere recuſarunt.

Argumenta decimis illis ab Autore oppoſita.

Et quod hujuſmodi *querela* rationabiles & *juridica* exiſtant, & per Papam & paternitates veſtras exaudiendæ, & appellationem eſſe pro his committendam, patet.

1 Decimas hau à Papa Germani impoſitas eſſe, ſine conſenſu Prælatorum Germaniæ.

Primò. Quia hæc *impoſitio decima ceſſa eſt non conſentientibus Prælatis nationis Almaniæ*, vel ſaltem *majori parte* ipſorum. Imò inconſultis procuratoribus *cleri dictarum ſeptem eccleſiarum, in Concilio Conſtantienſi exiſtentis.*

Pugnare, hoc cum ipſa conventione inter Papã & nationẽ inita. V. Tom. 1. Parte 23. f. 1039. conf. Acta publica Concilii.

Quod tamen fieri non potuit juxta *conſtitutionem* Domini noſtri *Papæ*: Quæ habet in effectu, quòd *per ipſum nullatenus imponatur ſuper totum clerum generaliter decima, niſi ex magna & ardua cauſa, & univerſalem eccleſiam concernente, & de conſilio & aſſenſu, & ſubſcriptione Dominorum Cardinalium & Prælatorum, quorum conſilium commode haberi poterit, nec ſpecialiter in aliquo regno, vel provincia, inconſultis Prælatis illius regni, vel provinciæ, & ipſis non conſentientibus, vel eorum majori parte. Et eo caſu per perſonas eccleſiaſticas & auctoritate apoſtolica dumtaxat levabuntur.* Sed iſta non eſt ita impoſita, ut ſuprà tactum eſt.

2 Invocatum auxilium magiſtratus civilis pro coercendis contumacibus Eccleſiaſticis.

Item ad ejus levationem *invocatur auxilium brachii ſecularis*. Et ſic contra dictam conſtitutionem, imò & contra *declarationem* Domini *Bonifacii VIII.* (*Extravag. Comm. l. 3. tit. 8. cap. unico*) & recitat *Johannes Andreæ* in una ſua Apoſtilla, & reverendiſſimus Dominus *Franciſcus de Zabarellis, in Clementin: Si beneficiorum, De decimis*, (*Clem. l. 3. tit. 8. c. 2.*) dicens: Bonifacium VIII. ſimpliciter prohibuiſſe, brachium ſeculare invocari propter non ſolutionem, ſine ſpeciali mandato.

3 Taxam decimæ antiquam fuiſſe reſolutam.

Et tamen his non obſtantibus, *comminantur* executores de *incarceratione*. Quod hic fieri prohibetur, ut notat *gloſſa in dicta Clementina ſuper verbo*, *Capi*.

Præterea, etſi prædicta decima fuiſſet impoſita ſecundum formam dictæ conſtitutionis, quod tamen non eſt: Adhuc non deberet ſolvi, niſi *ſecundum quod ſolvi dicta decima conſuevit*, & ſecundum ipſius *taxationem*, ut in *Clementina* prælegata. Sed clerus iſtarum civitatum & eccleſiarum *ſe ſolutarum obtulit* & offert, *ut conſuetum eſt* ipſam decimam ſolvi velle. Et tamen ſua *oblatio ſpreta* fuit. Quod nullatenus debuiſſet. Pro hoc optimè facit *gloſſa in dicta Clementina, ſuper verbo: Taxationem.*

4 Integrã decimam eſſe quæſitam. Pugnare hoc cum jure: Dã expenſa ſint prius ſubdu-cenda.

Inſuper, etſi decima non eſſet taxata, nec in certa forma ſolvi conſueta: Nihilominus adhuc *ſolvi integra non deberet*. Prout expreſſe tenet dicta gloſſa, quæ vult, quod *expenſa etiam deduci debent, facta pro fructibus conſequendis*, ſine quibus fructus *haberi* non poterant. Et hoc etiam dicit patenter in Declarationibus Clementis IV. & Honorii. Secus autem eſt in communibus decimis, Ut in Cap. *Cum homines*, *De decimis* (*Decret. al. l. 3. tit. 30. c. 7.*)

Immunia etiam eſſe à Decimis beneficia, exigenda reditus.

Secundum quas etiam *Declarationes*, ut refert gloſſa, *de reditibus & proventibus leproſariorum*, domorum Dei, hoſpitalium pauperum, & de oblationibus & eleemoſynis, quæ dantur ad opus fabricæ, *decima perſolvi non debet.*

Inſuper *non* videtur, *quod de reditibus beneficiorum*, quæ ſecundum comunem exiſtimationem XXIV *florenos auri valeris annis* non excedunt, *decima perſolvi*

Digitized by Google

ſolvi debeat. Ut patet per *ſtilum curiæ*, qui habetur in literis apoſtolicis, quæ diriguntur collatoribus, quòd *excipiantur beneficia minorum redituum XXIV. florenorum.* Qui quidem ſtilus jus facit, in *Cap. Ad noſtrum*, & *Porretta*, *De Confirmatione utili.* (*Decretal. l.* 2. *t.*30. *c.*5. & 6.)

Et præcipuè ſupra ſcripta attendi debent in hujusmodi *decimis*, quæ ſunt *exorbitantes & odioſa.* Hinc eſt, quod in eis non habet locum *Clementina, Diſpendioſam, de Judiciis* (*Clem. l.* 2. *t.*1. *c.*2.) utpin dicta *Clementina, Si beneficiorum* (*l.*3. *t.*8. *c.* 2.) per gloſſam & Doctores.

5. *Decimarum anticipationi eſſe quæſitam.*

Sed quæſo advertite, ſi juſtum, vel rationabile, ſeu honeſtum aut juri conſonum videri poteſt, qvod clerus harum eccleſiarum *ſolvere* compelleretur decimas fructuum, *antequam* ipſi *fructus recolligerentur.* Cùm, antequam ſint collecti, valor ſciri non poteſt. Nec ante de illis decima perſolvenda eſt, auctoritate *Cap. Ad Apoſtolicæ*, & *Cap. Non eſt in poteſtate*, & *Cap. Paſtoralis*, *De Decimis.* (*Decretal. l.* 3. *t.*30. *c.* 20. 22. 28.)

Sed advertite, *Patres Reverendiſſimi*, cum, qui altari ſervit de alteri vivere debeat, & qvi ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede, clericiqve vivere debeant de patrimonio Jeſu Chriſti, cujus obſeqvio deputantur: Ut in *Cap. Cum ſecundum*, *De Prebendis.* (*Decret. l.* 3. *t.* 5. *c.* 16.) *XII. q.*2. *c.*45. *Caritatem*, & *c.* 66. *Quicunq.* Si juſtum eſt, quod per illos *decimæ* ipſa *extraordinaria & odioſa* ſolvi debeat, qui illâ ſoluta de reſiduo nulla tenus poſſunt ſuſtentari, ſed neceſſe habeant, aut beneficia relinqvere, vel in opprobrium cleri mendicare. Quod, ut *appellationi cleri prælibati* infertum eſt, ipſi clero evenit, ſi decimam, quam dicti executores illarum exigere conantur, ſolvi oporteat.

6. *Decimæ haberi extraordinariæ clericis privilegiis præſidiis vitæ.*

CAP. II.

Deſiderium cleri Germanici pro reſtringendis illis decimis Martinianis.

1. *Ne Commiſſarii & Sub-Commiſſarii exactionis illicitæ.*

2. *Rogatur Papa, ut penas Commiſſariis inflictas ſuſpendat.*

QUa de re Vobis humiliter *pro parte cleri ſupplicatur*, quatenus diligentiſſimè dignemini has *cauſas* conſiderare, & Domino noſtro *Papæ perſuadere*, ut executoribus & ſubexecutoribus dictæ decimæ inhibeſat, *ne in exactione illius metas conſuetas excedant*, vel ſaltem appellationes tales juxta formam commiſſionis committant:

Et interim, donec lis finita fuerit, *proceſſus fulminatos ſuſpendat.* Qui tamen de jure, ut creditur, propter ipſas appellationes quoad appellantes ſuſpenſi ſunt, exqvo appellatio ex juſta cauſa interpoſita eſt. Ut patet in *Cap. 59. Ut debitum*, & *c.*70. *Interpoſitæ*, & *c.* 40. *Præterea*, & *c.* 51. *Bona*, *De Appellat.* (*Decret. l.* 2. *t.*28.) *& in Cap. Cum appellationibus*, ejusdem tituli lib. VI. (*Decretal. l.* 2. *t.*15. *c.* 5.)

Diſtas ſuſpendat.

3. *Ne per laicos exigi, & non ſolventes incarcerari, & brachium ſeculare contra ipſos invocari. Decima.*

Inhibeatqve has *decimas per laicos exigi*, & non ſolventes incarcerari, & brachium ſeculare contra ipſos invocari. Quod facere debet. Qvod patet per ſuperius deducta. Quæ dignentur *Paternitates Veſtræ* emendare, & cuncta in eis deficientia ſupplere.

4. *Ne Magiſtratus civilis intercedat.*

CAP. III.

De Expenſis à decimis ſubtrahendis.

Quæ expenſæ ad decimis ſint ſubtrahendæ.

Non ſolùm, qua à Subexecutoribus factæ

SUper primo *dubio*, ubi dicitur, quod *levans decimas* vult tantù *deducere expenſas*, quæ fuerint *pro colligendis decimis*, & ſic *pro nunciis* ad iſtud exercitium deputatis: Sed expenſas, quæ fiunt gratia quærendorum colligendorum & conſervandorum fructuum, ceterasque neceſſarias expenſas pro fructibus, in colcdis vinéis & agris factis, & ſine quibus fructus haberi non poſſunt, nolunt *illas, aut à nuntiis* juris articuli, quod quædam ſunt *decimæ Papalis*, *prædialis*, qvæ debentur ex fructibus *Sed quæ in* prædiorum: Et tunc in iſtis tales ex- *fructibus* penſæ non deducuntur. Ut patet *De ipſis ex-* *Decimis* (*Decretal. l.* 3. *t.*30. *c.* 28.) *Paſtoralis*, c. 21. *Ex parte*, c. 22. *Non eſt*, & *c.*26. *Tua noſtri*, *cultura impenſæ.*

Quædam

Digitized by Google

Alia personalia devenunt de lucris personalibus,

Quædam sunt *decimæ personales, quæ solvuntur de lucris personalibus.* Et in istis deducuntur expensæ tales, ut dicto *cap. 28. Postea dalis.*

Et de his duabus speciebus decimarum non loquimur hic.

Quædam sunt *decimæ personales, quæ levantur de mandato Papæ.* Et de his proprie loquitur *Clementina secunda De Decimis.* Nam ista est diversa species à præcedentibus, ut notat glossa in *Clem. (l.2. tit.11. c.2.) Dispendiosam, De judiciis,* in verbo, *super Decimis.*

Aliæ decimæ personales de mandato Papæ, vel Papalis. Abhis posterioribus expensa deducenda,

Cum habeat locum deductio dispensarum: isto *casu glossa*, in verbo, *Taxatione*, in dicta Clementina secunda, tenet, quòd *deducentur expensa facta pro fructibus*, & sine quibus fructus haberi non poterant. Et dicitur fuisse aliàs per Papam declaratum. Et ratio est: Quia semper & *qualibet causa*, præterquam in dictis decimis prædialibus, *expensæ istæ sunt deducendæ.* Ut patet *Xlib. 2. c.23. Vobis*, & ibi *glossa.* Quia nullus casus evenire potest, quin expensæ, quæ fiunt gratia quærendorum, colligendorum, & conservandorum fructuum, deducantur, ut notat glossa *De restit. spol.* allegat. *ff. Famil. herciscund. Fundus, qui primo. ff. Solut. matrim. l. Fundus*, cum similibus.

Impensæ, in fructibus parandis, colligendis,

Et in istis includuntur, *gratia fructuum percipiendorum*, ut quæ fiunt in arando, vel seminando, & similiter in vineis fodiendis, & putandis.

Item *gratia colligendorum*, ut quæ fiunt in metendo, triturando, & vindemiando &c.

conservandis.

Item *gratia conservandorum*, ut quæ fiunt in horreis parandis. *ff. de Impensis in res dotal. l. In, §. Non igitur.*

Et de istis *expensis* taliter *detrahendis* ponit etiam specialis titulus *De expensis, §. 1. in principio.*

De decimis aliarum pensionum Ecclesiasticarum, quæ Consolationes dicta, itidè papales,

Et *ista omnia* sunt in hujusmodi decimis *detrahenda*, priusquàm levetur decima, ut dicit glossa prædicta.

Ex his patet quid de omnibus *aliarum pensionum*, quas solvunt ecclesiæ, quæ appellantur *consolationes, & cathedrales & quarta decimarum (sentiendum.)*

Nam, ut patet ex supradictis, *decima papalis*, quæ exigitur ab ecclesiis, quo-

ad expensas deducendas æquiparantur personalibus decimis, & non prædialibus. Quia de prædialibus nullæ expensæ deducuntur. Sed de personalibus. Sicut in dicto *c. Pastoralis [Decret. ad. l. 3. tit. 30. c. 28.)*

expensæ esse detrahendæ.

Cùm igitur hæc decima æquiparetur personalibus quoad deductionem expensarum & onerum, quod dicitur de una, dicendum est de reliqua. Quia adæquatum alteri extremorum assimit naturam illius, cui adæquatur. *De verb. sign. (Decret. ad. l. 5. t. 40. c. 16.) Olim. De constit. c. Translato (l. 1. t. 2. c. 2.)*

Et ideò, sicut in decimis personalibus detrahuntur expensæ, quæ solvuntur pro interponentibus aliquod ministerium in artificio, ex quo proveniunt lucra artificii, ut sunt mediatores, discipuli, & similes, secundum *Innocent. Hostiens. & Pe. De decimis, c. Pastoralis.* Ità debent & in istis decimis tales expensæ deduci.

Similiter de pensionibus Cathedraticis, Episcopo Curata & Parata,

Sed *cathedraticum*, datur Episcopo pro honore cathedræ, vel pro synodo, quam celebrare debet Episcopus singulis annis: Vel datur, cum Episcopus circumit diœcesin suam. Et ideò quandoque appellatur *cathedraticum: scopo Decret. l. 1. t. 31. c. 16.)* & ibi *glossa*: Quandoque *synodaticum*: *(Decret. l. 3. t. 39. c. 19.) De expensis Censibus, Cum olim.* Quandoque, *Curata esse subparochiam suam, X. 3. 3. c. 1.)* Et ita notat ibi Hug. in principio.

decendæ, & Parata, quæ sunt

Cùm igitur Episcopus hoc participat, impendendo ministerium circa illa, ex quibus veniunt illa emolumenta ecclesiæ, tamen, ut dictum est, datur quandoque, cùm circuit parochiam, inducendo tàm sacerdotes quàm laicos, ut iterent disposition em canonum, ex quibus parochianis præcipitur, ut solvant ecclesiæ debita, ad quæ tenentur de jure, ut in decimis & aliis. Patet, quod hæc *expensa cathedrales* sunt *detrahendæ*, juxta theoricam dictorum Doctorum in dicto *cap. Pastoralis.* Quia videtur Episcopus quasi mediator inter subditos, laicos & Prælatos, ut solvant ecclesiis debita. Ergo hæc expensa est deducenda.

Digitized by Google

CAP. IV.

De quarta decimarum, quæ de, cum illam non accipiant Ecclesiæ, nihil possit solvi.

ETidem est dicendum de *quarta decimarum*. Quod probatur apertè.

Nam, ubi *fructus*, qui proveniunt ex possessionibus, *dividuntur per quotas*, respectu ipsorum fructuum, recipiens partem unius quotæ non tenetur solvere, nisi pro illa rata quotæ, quam recepit etiam in decimis prædialibus, ut est casus *in Decret. l. 3. t. 30. c. 24. Anobius*, & *c. 26. Tua nobis*, *De decimis*, & ibi notatur in *glossa*.

Unde si Dominus fundi habet tres partes fructuum fundi, non tenetur solvere decimam, nisi pro illis tribus partibus, ut ibi patet.

Ita est in proposito. *Ecclesiæ*, recipientes decimas, non percipiunt, nisi tres partes. Quia *quarta decimarum* est *debita* de jure *Episcopo*. (*Decretal. l. 1. t. 31. c. 16.*) *De offic. ord. Conquerente*, (*l. 2. t. 26. c. 4.*) *De præscriptis*, *De quarta*.

Cùm ergo ecclesiæ de decimis non recipiant, nisi tres quotas: Ergo pro illis tantùm debent solvere *decimas Papales*, & non pro illa quarta, quam non recipiunt, ut probant jura prædicta.

Et si illud procedat in illis dictis decimis prædialibus, in qvibus onera, expensæ etiam seminis, non deducuntur: Ut dicto *c. Tua nobis*, (*D. l. 3. t. 30. c. 26.*) & dicto *c. 28. Pastoralis*. Fortius debet servari in decimis Papalib', qvæ inseqvuntur potius naturam propriè personalium, quoad deductionem expensarum, ut suprà probavi.

Concluditur ergo, quòd in hujusmodi decimis *deduci debeat quarta decimarum, ut ratione illius quota Ecclesiæ non compellantur solvere*.

CAP. V.

De sumptibus, in Advocatos Ecclesiarum annuatim factis, à decimis subtrahendis.

EX his apparet, quid sit dicendum de *Advocatis* seu *defensionibus & aliis*, quas ex debito singulis annis oportet ecclesias & monasteria solvere, *an debeant detrahi?*

Et videtur, quod *sic*. Quia, ut suprà probavi, illæ *decimæ papales* æquiparantur decimis personalibus, quoad deductionem expensarum. Sed in decimis personalibus deducuntur expensæ, quæ fiunt ad tuitionem rerum, ex quibus decimæ sunt solvendæ, puta, ne res pereat, vel deterioretur. Ut notat *Innocentius*, & *Hostiensis*, (*Decret. l. 3. t. 30. c. 28.*) *De decimis*, *Pastoralis*. Sed istæ expensæ, quæ fiunt in advocatiis & defensionibus, sunt hujusmodi. Ergo *debent detrahi*. Nam si non dentur defensiones, bona ecclesiarū & alia depererunt & destruuntur. Si detur, servantur, & requiescunt in opulentia rerum. Ut dicit textus *De Elect. c. 17. Fundamenta*, §. *Dignè itaque*, & *ut ergo*. *Libr. VI. l. 1. t. 6. De Supplenda negl. prælator. c. 2. Grandis*, *eodem libro VI. l. 1. t. 8.* Cum igitur defensorum & advocatorum officium tendat ad conservationem rerum, & ne res pereat vel deterioretur, & expensæ, quæ ob hanc causam fiant, deducantur de decimis personalibus, quibus æquiparantur decimæ papales, quo ad hoc: Patet, quòd *tales expensæ sunt deducendæ*.

Et pro ista parte aptius, textus *XII. q. 1. c. 23. Vobis*. Ubi textus præcipit expressè, quod, ante quam clerici participant fructus ecclesiarum suarum, deducantur expensæ, quæ fiunt in advocatiis & pro causis ecclesiarum, & residuum mandat assignari postea clericis. Ita, quod ibi textus videtur decidere hoc dubium. Nam decimæ Papales debent solvi de fructibus obvenientibus ad manus clericorum, intuitu beneficiorum. Ut patet in *Clem. 2. De doc. in fe. Si devoto & c. Ad liberandum in parte decisa*.

Deinde

Digitized by Google

Deinde uti *aſſignatio vigeſimæ proſpectus terræ ſanctæ* hit de proventibus eccleſiarum, & ſic hit in decima papali, quæ ſimiliter levatur de proventibus Eccleſiarum, ut notatur in locis prædallegatis. Sed appellatione fructuum & proventuum eccleſiarum, comprehendunt proventus, deductis expenſis Advocatorum. Hoc probat textus in dicto *c. Vobis*, (12. *q.* 2. *c.* 23.) junctо textu in c. 26. *Conceſſo, & c.* 27. *Quatuor, eadem cauſ.* 12. *q.* 2. Nam textus prædicti, & maximè in *c.* 27. *Quatuor*, mandant, quod fructus & proventus eccleſiæ integraliter per Epiſcopum dividentur inter clericos & uſus ibi aſſignatos. Et tamen in *c.* 23. *Vobis*, dicitur, quod per præſens *deducantur expenſæ advocatorum*. Ex quo patet, quod, illis capitibus ſimul junctis, *proventus Eccleſiæ* appellantur *integri quoad clericos, deductis* per prius *illis expenſis Advocatorum*. Unde, ſi ſolvunt decimam Papalem de ſuis proventibus, talibus expenſis deductis: De re dicerentur ſolvere *integraliter* de proventibus ſuis tales decimas Papales: Ex quo illi textus appellant proventus *integros*, *deductis Advocatorum expenſis*.

CAP. VI.

De quotidianis diſtributionibus an decimæ Papales ſolvendæ?

Quoad *quotidianas diſtributiones, an de illis debeat ſolvi decima Papalis? Gloſſa* in *Clem.* 2. *De decim.* dicit, quod Papa declaravit, quod *ſic*. Et dicit, ſe vidiſſe *bullam Bonifacii VIII.*

Certè hæc *declaratio* non reperitur. Quia ſi Papa ſic declaraſſet, oporteret ſtare ſuæ declarationi, [*Decret. l.* 2. *tit.* 1. *c.* 12.] *De Judiciis*, *Cum veniſſent*, *De ſent. exc. inter alia*, *De Offic. ord. ſ. penult. Lib. VI.*

Sed Paulus ibi, qui etiam allegat illam declarationem Bonifacii, nihil dicit de quotidianis diſtributionibus. Unde circumſcripta declarationi Papæ de jure videntur dicenda opponi. Nam tales diſtributiones à laborantibus in vinea Domini quotidiè, ſunt lucra, & in tantum efficiuntur propriè clericorum, quod de eis teſtari poſſunt, ſicut ruſticus de denario diurno. Juxta notata maximè per Hoſti. (*Decret. l.* 3. *tit.* 25.) *De Peculio cleric. c. finali. Ibid. t.* 26. *De teſtamentis, c.* 15. *Requiſiti*, circa finem.

Ex his rationibus motus hoc tenuit *Guilhelmus de monte*, *in Extravag. Johan. XXII. t.* 1. *c.* 2. *Suſcepti*, ſuper verbo: *Svevit.*

Item papales decimæ imponuntur ſuper beneficiis eccleſiaſticis. Ut notat *gloſſa in princ. & fin. clem.* 2. *De decim.* Et ibi etiam *Paulus*. Et apparet *in c.* fin. *Devoto*. Sed appellatione beneficiorum eccleſiaſticorum non comprehenduntur diſtributiones quotidianæ: Cùm illæ potius ſunt quædam *ſalaria*, quæ dantur ſervitoribus pro labore diurno, ſicut *ſtipendia* militibus, & *denarii diurni* operariis. Ut notat idem *Guilhelmus* in dicta *Extravagante*, ſuper verbo, *In toto*, circa finem. Pro dicto ſuo eſt textus, *De Prabendis*, *Licet. Decret. l.* 3. *t.* 5. *c.* 32. Ubi patet, quod appellatione proventuum eccleſiaſticorum, etiamſi addatur verbum *integre*, non includuntur quotidianæ diſtributiones. Et idem probat textus, *De Clericis non reſident.* [*Dec. l.* 3. *t.* 4. *c.* 7.] *c. De cetero*, Ubi mandatur, nihil ſubtrahi de beneficio. Et tamen ſub ipſis verbis non concluduntur quotidianæ diſtributiones. Si ergo appellatione beneficii Eccleſiaſtici vel proventuum Eccleſiaſticorum non comprehenduntur quotidianæ diſtributiones, nec decima papalis imponitur ſuper beneficiis, vel proventibus beneficiorum, ut eſt probatum: Patet, quod *tales diſtributiones non ſunt decimandæ.*

Hanc partem tenet etiam *Jeſſe*, in dicta *Extravagante Joh. XXII. t.* 1. *c.* 2. *Suſcepti*, ſuper verbo, *ſolvere conſuevit*. Ubi, licet dixerit ſub dubio, *forte*, movetur eadem ratione, dicens: *Quod omnes illi fructus ſunt liberi ab his decimis, qui non cadunt in nomine beneficii.* Sed

quotidianæ diſtributiones non cadunt in tale nomen, ut in *c. fin. in fine, De Magiſtris*: Ergo patet, quod tales quotidianæ non ſubjiciantur ſub tali decima, ſecundum eum.

Et pro iſta parte facit optimè textus in *c.* unico, *De Clericis non reſ. Lib. VI. t.* 3. Nam textus ibi in §. *Qui verò*, dicit, quod recipientes quotidianas in caſibus prohibitis non faciant illas ſuas, nec dominium eis acquiratur. Ergò valet, à contrario ſenſu: Quod, ſi recipiunt in caſibus permiſis, dominium acquirunt, & faciunt eas ſuas.

Ex hoc liquidè conſtat, quod quotidianæ non poſſunt dici fructus beneficiorum nec proventus beneficiales.

Quia beneficiati, ſecundum veram opinionem plenè examinatam per *Joannem Kal*, *c.* penult. *De Pœnit. clerici, Decret. l.* 3. *t.* 25. & per *Archidiaconum, De Reſcriptis, Statutum*, §. *Aſſeſſorem, Lib. VI.* non faciunt illas ſuas, nec dominium illorum acquirunt, ſed ſolum habent uſum pro ſe & familia.

Et omnibus incumbit reſiduum diſtribuere, vel in utilitatem eccleſiæ, vel pauperum. De primo patet, *Decretal. l.* 5. *tit.* 40. *De Verb. ſignific. c. finali*, 33. Cam ſimilibus. De ſecundo, *XII. q.* 2. *c.* 70. *Aurum*, cum infinitis ſimilibus.

Sunt enim *procuratores* eccleſiarum, *non Domini*. [*Decretal. l.* 3. *tit.* 24.] *De Donationibus c.* 2. Ex quibus concluditur, quod illæ *quotidianæ diſtributiones non ſubjiciantur ſolutioni decimarum papalium.*

CAP. VII.

Pauperes Eccleſias à Decimis eſſe immunes.

DE *habentibus beneficia debilia & pauperrimam Eccleſiam*, patet, quod *non ſunt decimanda*. Et hoc tenet *Guilhelmus* in dicta *Extravagante*, ſuper verbo, *confovit*, allegata *De Clericis conjugatis c.* 1. Et idem tenet *Paulus* in dicta *Clementina* 2. Qui dicit, quod ita fuit declaratum per Bonifacium VIII.

Et *Paulus* ibidem dicit, quòd *beneficia* dicuntur *debilia*, quæ non excedunt ſummam VII. florenorum. Ita dicit ibi fuiſſe declaratum per *Gvilielmum de monte Lau. in prima Extravagante* dicentem: Hoc eſſe relinquendum arbitrio judicis. Allegat not. *In Clem. 1. l.* 3. *t.* 4. *c.* 1. *De Rebus Eccleſ. non alienand.* ſuper verbo: *modicum.*

In iſto caſu, dico, quòd ſi appareat determinatio Domini Papæ, illi eſſet ſtandum. Si vero non appareret determinatio, procederet dictum Gvilielmi. Et arbitrari deberet per judicem, *beneficium non* fore *decimale*, *propter pauperiatem*, qvando fructus ipſius non ſufficiunt ad *victum* ſuum & *familiæ neceſſaria tantum*, nec ſuperſunt aliqvi reditus, detracto victu, ex qvibus poſſint ſolvi jura epiſcopalia, & alia onera.

Et hoc probat textus in *Decretal. l.* 1. *t.* 10. *c.* 2. *Sicut*, *De Supplenda neglig. Prælator.* Nam *eccleſia* debent *dotari*, ad hoc, ut dicantur ſufficientes, *ita*, *ut habeant ſuſtentationem miniſtrorum*, & unde poſſint onera incumbentia ſolvere, & hoſpitalitates tenere. Ut dicit textus in dicto *c. Sicut*. Notetur *gloſſa* ibidem, & in *c. Cum adeò*, *De reſcriptis*, *Decret. l.* 1. *t.* 3. *c.* 17. *De Prabendis*, *De monaſterlis*, cùm ſimilibus.

Si ergò talia beneficia dicuntur ſufficientia, concurrentibus præmiſſis: Ergò, ſi ex his tribus reqviſitis tantum unum abeſt, debet dici *beneficium pauper*. Ut probat textus in dicto *c.* 2. *Sicut*. Facit, *De Prabend. c.* 1. *L. VI. t.* 4. *& Clementina prima De jure patronat. l.* 3. *tit.* 12. Ad hoc *De Reſtit. Spoliator. VI. Decret. l.* 2. *t.* 5. *c.* 1. *Frequens*, §. *illum autem*. Ubi *nudus & inermis* dicitur ille, qui eſt ſpoliatus tota ſua ſubſtantia, vel majori parte.

Sic dicamus hic: Si beneficiis ſunt ſubtractæ illæ duæ portiones de fructibus, qvos reqvirit beneficium, ad hoc, ut dicatur ſufficiens: Reſtat ſibi tertia pars. Unde debet dici talis *nudus*, *& inermis*, quoad facultatem ſolvendi illam decimam.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VIII.

De monaſteriis egenis non decimandis.

SUper alio *dubio* monaſteriorum, in qvib', qvia *reditus non ſufficiũt pro monialibus*, cuibet aſſignatur portio XII. vel X. florenorũ, ex qvibus vivant, & pro reſiduo ſibi procurent artificio manuum ſuarum, vel donis parentum: *An de his debeant ſolvere decimam?*

Super iſto *Paulus*, in dicta *Clem. 2. De Decimis*, dicit: Quod in dicta declaratione Bonifacii erat declaratum, de *monaſteriis monialium, & aliorum regularium*, quorum *reditus* & proventus ſunt adeò *tenues & exiles, quod de his ſuſtentari non poſſunt*, ſed pro habendo vitæ ſuæ ſuſtentationem neceſsè habeant publicè mendicare, ſecundum *Paulum* ibi. Si ergo illud fuit declaratum, dubium eſt ſolutum.

Sed iſtud idem eſſet dicendum de jure, per rationes ſuprà poſitas in proximo dubio, quæ valdè benè adaptantur huic caſui. Et licet non ponatur in themate, quòd quærant victum per quæſtum, ſatis eſt per artificium manuum procurent vel ex ſuſtentatione parentum.

Et hoc idem tenet *Guilhelmus* in *Extravagante* prælegata, *Suſcepti*, in verbo, *Conſuevit*. Unde dicit, quòd his, *qua moniales nent*, ſeu filant, ſeu monachi ſcribunt, licet totius ſit monaſterii, *non* tamen talia ſunt *decimalia*, ſecundum *Guilielmum*.

Et pro iſtorum declaratione facit: Quia, ut probavi ſuprà, decimæ iſtæ imponuntur ſuper fructibus & proventibus beneficiorum. Sed appellatione fructuum & proventuum beneficiorum non comprehenduntur lucra, quæ proveniunt ex artificio manuum miniſtrorum eccleſiæ; *Decret. l. 3. t. 26. c. 12. De Teſtam. Relatum. Diſt. 91. c. 3. Clericus vitium*, & *eod. c. Clericus qui*. Et facit, *De Conſec. diſt. V. c. 34. Nunquam*.

Si ergo iſta non dicuntur fructus, vel proventus eccleſiarum, & ſuper proventibus decimæ imponuntur; Patet, quod talia de jure non ſunt decimanda.

Scripta per egregium virum, Dominum *Dominicum de Sancto Geminiano, Decretorum Doctorem. Ordinarium in Studio Florentino.*

Digitized by Google

Lectori S.

LAudatum DECIMARUM onus, pro ſacra pace inter Germanos partâ, poſt *immortalia bella Eccleſiaſtica feliciter per Cæſarem ſepulta* Clero Germano à Pontifice Martino impoſitum, non caruit bello. Ut pacem non aliam in orbe eſſe conſtaret, quàm in alio belli ac certaminis genere.

Appellationem cleri Germanici, ab indulgentia iſthac aut beneficio Pontificis decimali *in Concilio Conſtantienſi interpoſitam*, in MSCtis nobis hactenus obviis conſequi haud licuit. *Florentini* interim *JCti*, *Dominici de Geminiano*, *pro Clero Germanico* ejusque interpoſita Appellatione *Apologia*, quam dedimus, iſtum defectum tantiſper ſuppleverit, donec & *Appellationem* iſtam *Germani Cleri*, cum aliis pluribus monumentis, quæ in hanc usque horam quærimus, inveniamus, & vel alteri hujus operis editioni donemus, vel ſeorſim novo Operi inſeramus. Neque enim diſſimulandum, plura & *de hac pacis ac Eccleſiaſticæ unionis materiâ* in Concilio edita fuiſſe monumenta, quæ vel noſtram adhuc fugiant notitiam, vel in quæ incidimus ſcrupulo non carere ſint viſa, longiori examine digna.

Majori jure omnia illa miſimus, quæ ſoluto Concilio *de Conſtantienſi hac pace atque unione* ſunt ſcripta. Neque movere nos potuit, quod res hujus Concilii ac pacis initæ memorent, imo circumſtantias videantur ſubindicare varias, ſuperioribus ſcriptis in Concilio editis non deſignatas. In quibus *ſpecialia* omnino ſunt *momenta*, in electione novi Pontificis in Concilio prodita, quæ ad omnium in Concilio notitiam pervenire haud potuerant, quorundam ſaltem conſcientiæ relicta. Quæ vel hoc nomine fuere ab hoc Opere ſegreganda, quod finem Concilii paulo longius excedant. Nobis autem intra cancellos hujus Concilii nunc conſiſtere fuit imperatum.

En, bone Lector,
Instrumenta
& tractatus
pacis ac unionis Ecclesiasticæ,
post dira & longa
trium
de primatu contendentium
Pontificum
Johannis XXIII.
Gregorii XII.
& Benedicti XIII.
certamina,
nullis machinis componenda,
Solius
Invictissimi ac Gloriosissimi
CÆSARIS
SIGISMUNDI
Victoriosissima manu,
Toto orbe Christiano
sub cœlo Germanico
in Universali Concilio
Constantiæ congregato
applaudente,
illâ viâ
composita,
Ut tria isthæc magna capita
quiescere nescia
cedere
ac quassatis Ecclesiis quietem reddere
Constantini Magni exemplo
constantissime juberet.

Nunc

Nunc
post trium seculorum decursum
ex profundis tenebris
ope antiquissimorum MSCtorum
CÆSAREORUM præcipue VINDOBONENSIUM
eruta,
Felicissimoque fato
Auspiciis Sereniſſimi Brunsvicensium
Ducis
RUDOLPHI AUGUSTI
pacis & tranquillitatis amantissimi
læto hoc anno M DC XCVII
in lucem producta,
Quo
AUGUSTISSIMUS IMPERATOR
Invictissimus Monarcha
LEOPOLDUS
de Turcis funditus deletis
incomparabili exemplo triumphavit,
reliquis bellis finitis,
ac dulcissima pace
in Imperio Romano redintegratâ.
Finitumque hoc PACIS OPUS
suavissimo symbolo
die XV. Mensis Novembris,
Quo Augustum LEOPOLDI nomen
sereno applausu colimus,
ac AUGUSTISSIMO CÆSARI LEOPOLDO
æternam ex victoria & pace gloriam
gratulamur.

Digitized by Google

Digitized by Google

3-3

Digitized by Google